BIBLIOTECA HOSPITAL R...
GRANADA
Sala: 1
Estante: 11
Numero: 424

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala:

Iosephus Scaliger auctor damnatus. opus tamen hoc cum expurgatione permissum.

R.5410

# M. VERRII FLACCI QVAE EXTANT.

# SEX. POMPEI FESTI DE VERBORVM SIGNIFICATIONE LIBRI XX.

*ET IN EOS*

IOSEPHI SCALIGERI IVL. CAESARIS FILII

*CASTIGATIONES nunc primum publicatae.*

auctoris damnati prohibitione et cum expurgatione permissae



No añade nada el Expurg.° de 1707.

Por Comission de los señores ynquisidores corregi este libro conforme al expurgat.° nuevo del año de 1632 en gr.da 11 de Junio 1632 —

Al.° de medrano

Apud Petrum Santandreanum.

M. D. LXXV.

# HIERONYMVS DE MARNEF, LECTORI S.

*INTER varia M. Verri Flacci ingenij monumenta, quæ inſignis ille Grammaticus ſub Auguſti obitum non pauca poſteritati conſecrauit, libri* DE VERBORVM SIGNIFICATIONE, *habentur non incelebres: quippe quos iam olim Gellius, Cariſius, Diomedes, Velius Longus, Plinius, Priſcianus, alijq. veteres in teſtimonium aduocarunt. libri erant, teſtante Pompeio, valde multi. in ijs non tantùm ea quæ notionis erãt vulgariæ explicabat, ſed alia etiam intermortua & ſepulta, adeóque nullius, vt ipſe quidem exiſtimabat, vſus, verba, ſcriptorum antiquorum adductis exemplis, quod Grammatici erat, interpretari conabatur. Acceſſit* SEX. *Pompeius Feſtus, de cuius quidem ætate certi quod dicam non habeo. Ei viſus eſt Ver-*

rius æquo prolixior: ideóq. libros illius, intermortuis omiſsis, in epitomen contraxit, & cenſoris critici munus arrogans, nonnulla iure, plura tamen iniuria reprehendit: ſuóſque libros Priſcorum verborum cum exemplis *inſcripſit*. *Quo ſane exemplo Fabius Planciades Fulgentius*, Expoſitionem ſermonum antiquorum cum teſtimoniis, *librum ſuum ad Chalcidium Grammaticum vocauit. Et hæc quidẽ Verrij epitome à Feſto concinnata paſsim omnibus tantiſper in vſu fuit, dum Paulus Diaconus Longobardus quem præclari facinoris huius auctorem eſſe viri docti iamdudum ſunt ſubodorati, Deſiderio Longobardorum rege victo in Caroli magni poteſtatem redactus captiuitate, vt nouo nouum Dominum beneficio demereret, hiſtorias antiquiores rerum Gothicarum & Longobardicarum narrationis acceſsione augeret; & ſcriptores alios partim interpolaret, partim pro ſuo ſuíque ſæculi captu tanquam meliores & ad intelligendum faciliores faceret, inepto neſcio quo compendij genere deprauaret. Itaque & Verrium iam magnam partem conciſum plane curtum fecit, & Feſtum tantùm non Feſto prorſus reddidit diſsimilem. hinc Epitomæ factæ grauidæ alias epitomas mirabiles ſibi pepererunt; & pro vero & germano fetu neſcio quæ monſtra nobis ſpuria protulerunt: atq. adeo matrem ipſam abortiuo partu prorſus enecaſſent, niſi, fato neſcio quo, ante annos viginti & quod excurrit, Antonius Auguſtinus Hiſpani generis doctiſsimus, qui tum litibus iudicandis Romæ dabat operam, poſt Epiſcopus Alliſanus, deinde Ilerdenſis, nunc ſummis ſuis in orbem terrarum meritis Tarraconenſis pontifex fragmentum Feſti, quod mutilum & ſine capite ex Illyrico in bibliothecã Farneſianam apportatum fuerat, cum raris ſuis notis publicaſſet. Ex quo tempore viri docti per Italiam & Gallias fragmentum coniecturis & opinionibus, quando veteribus libris deficiebantur, paſsim adiuuare & illud melius quod in ijs erat, conari reddere non deſtiterunt: eaſque coniecturas, Varijs, Nouis & Antiquis lectionibus, Aduerſarijs, Miſcellaneis, aliiſque id genus libris paſsim inſeruerunt, donec ſuperioribus annis ~~doctiſsimus~~* IOS. SCALIGER, *Auguſtini veſtigijs inhærens, eundem ſcriptorem ſibi edendum erudítiſque caſtigationibus & annotationibus illuſtrandum eſſe exiſtimauit: & defectus plurimos diuini ingenij adminiculo feliciter ſupplere tentauit. Quo certe magno magni viri labore non parum ſeſe adiutos eſſe, qui eidem pòſt ſcriptori manus admouerunt, illi ipſi non inuiti fatebuntur.*

*Poſtremo Fuluius Vrſinus, qui eruditione an humanitate & promta rem litterariam iuuandi voluntate maior ſit incertum eſt, cum Auguſtinum, vel operarum negligentia vel præ negotiorum multitudine, Farneſiani notas & apices codicis, non ſatis exactè videret expreßiſſe, idem negotium denuo, voluit agere, librúmq. diligenter cum autographo collatum variiſq. & eruditis notis exornatum non ita pridem Romæ in vulgus emiſit. In tot tamen támque diuerſis vnius Feſti editionibus exemplaria deſiderari neque ſatis commodè reperiri poſſe frequentibus ſtudioſorum querelis cognoui. Cui malo vt vbique ſuccurreretur, & nos pro noſtro inſtituto ſtudijs & ſtudioſorum incommodis inſeruiremus, nouam eiuſdem ſcriptoris publicationem adornare, aliáq. eam ad rem pertinentia moliri cœpimus. Igitur Venetam Auguſtini editionem cum fide repræſentauimus; neq. Antonij annotationes prætermiſimus. quin & Scaligeri caſtigationes ijs adiunximus, & ex Fuluij libro lacunas ſuppleri curauimus, illiúſq. notas alijs appendimus. Ne vero, nihil à nobis præcipuum (lector) haberes: Eas de quibus modo dixi, doctorum virorum coniecturas è libris illorum tranſcripſimus, & ſeparatim in vnum quaſi faſcem coniecimus vt vno intuitu quid vnuſquiſque huic*



D

Dio 181,39,188,6
emendatur 49,24
Diomedes 15,5
Dionyſius 22,5.105, 25,106, 29.111.30, 170,9,35,171,6, 174,22
reprehend. 105,36
Donatus apud Seruium 59, 13

E

Ennius 11,32,39,6,46,3,51 12 69,15,71,6,91,14,94,19,106 36.108.12 119.19.121,25,155 30,156,3,162,29.167,20,183 25,194,29,197,16
emendatur 93, 8.119,25,132 2.156,1.158,9,165,34.179,10 191 39
Epictetus 87,17
Euripides 66,22,73,24
Euſtathius 5,26

F

Fauorinus 53.5
Frontinus 141 15
emendatur 159 15
Fulgentius 84,29

G

Gannius 7,1
Gellius 58,25,71,21, 35 99, 23, 101 29 115,15 148.34, 152,25
emendatur 72.5,122,34,153 22 183,7
Gloſſarium vet. emẽdatur 4. 17,6,36,7,18.25.9,25,30,19,7 23,12,25,3,10,36,27,1,28,20 32 15.36,25,37,13,43,8,49, 12,53,7.55.17.56,33,57, 39. 58,32.59.2.62.4.65.20, 70. 10 16.71.26.74.21.75,25 26, 16.101.23.130.10.137.58.22, 8.148.10.167.24.172.12.195 15.214.39
Goueanus 54.13
Grammatici Cræci 12,32.49 17.77.39.80.28

H

Herodotus 70,22
Heſychius 26.18 32.27 35.20 82.20.102 10.119.204.30
emendatur 22.34
Hieronymus 76 27
Homerus 5.22.36.35 45 31.103 12 33.109 10 112 14.121.22. 151 16.158,1.209 33.210,8
Horatius 13.36 25 15.26.21.33 35.5 .22.88.39.94 25. 7.118.8 119 22.138.12.143.6.146.37. 177.3
Hoſtius 47.37.206.32

I

Incerti 42.18.35.52.29.62 14
Interpres vet. Bibliorum ſacr. 216,22
Iſidorus 7.39.11,30.44,39. 131,5.146,27,147,20
emendatur 97,14
Iuſtinianus Imp. 33,39
Iuuenalis 36,10,55,23.102,20 125,8,216,15

L

Laberius 154,17
emendatur 45,20; 86,15
Læuius 163,1

X

Liuius Andronicus 5.21. 48.34.51.19.74.19 109.9
emendatur 110,12. 121.19.132.4.212.37.
T. Liuius 20.5.62.28. 64.36.76.8.127.15.128.1. 32.132.16.141.8.
emendatur 79.12.145.7.
D. Lucas in act. Apoſt. 64,.34.181.10.
Lucanus 37.17.53.13.62.11.
Lucillius 4 34. 23.36.24. 30.32.12 16.43.38.46 26. 50.24.59.29.67.18.68.19. 69.26.70.26.73.27.125.3. 130.37.161.10.162.7.19. 169 35.184.35.190.2.192. 11.204.39.215.2.
emendatur 83.18.110.14. 133.12.181 27.197.10.15. 205.1.214.32 215.8.
Lutatius Grammaticus 66,7

## M

Macrobius 130.30.165.30. 184.28.192.16
emendatur 63.30.
reprehend. 15,14.18.32.
Martialis 26.6.36.9. 42.13.54.24.72.35.132.26 136.10.183.2.190.34
emend. 4.36.216.31
Marrianus Capella 4.3.
Mattius 120.13
Menander 91.15
Minutius Felix 133.28

## N

Næuius 6.14.7.34.25.13. 61.9.111.20.115.27.116.9. 124.3.149.3.158.30.162. 24.196.30.208.33.
emendatur 128.34.
Nelei carmen 209.28.
Nigidius 64.20.17.39
Nonius 0.16,68.21. 69.19.115.17
emendantur 4.16.84.20, 85.13.115.20
eius error 76.24.215.11
Nouius 57.5.111.20

## O

Ouidius 25.25.37.23.38 24.41.2.23.43.1.49.8.611 64.3.70.30.88.36 89.16 113 35 157.1.174.14.186 16.208.37.215.20
emendatur 64.3.215.0

## P

Pacuuius 38.4.66.12.77.18 86.5.129.37.162.9.192. 209.24
emendatur 85.27.110 29.167.22
Pandectæ Florentinæ 58. 20.84.28
Faulinus 183.14
Perſius 17.26.31.9.49.15. 74 3.187.37
Petronius 14.33.23,2. 52.35
Plato 77.5
Plautus 7.32.9.12.28.18. 32.32.33.15.35.9.37.36.44. 47.5.12.56.11.57.15.58. 15.64.38.77.35.81.6.86.27 95.8.96.19.100.20.119.36. 120.10.125.25.127.10.20. 128.24.145.5.30.158.28. 163.35.172.27.180.8.20. 188.30.190.20.191.34.197 8.198.23.199.15.203.6. 20.
emendati loci 83.50.52.18. 69.35-102.3.108.20.111.13. 130.14.134.2.189.12.207. 18.
Plinius 24.24.36.18.93 33. 118 36.120.21.35.127.36. 36.32.148.23.151 37.161. 39.165.23.173.34
emendatur 60.25.104 38 163.15.191.10
Plinius Iunior 14.14.31. 122.25
Plutarchus 62.24.79.25. 156.29.160.37
emendatur 113.21.
Pomponius Attellanarius 45.11.194.35.213.30.
Porphyrio emend. 31.31
Priſciani error 7.8
Probus 15.5.189.22
Propertius 40.37.79. 29.93.23
explicatus 154.11

## Q

Quadrigarius 28.36

## S

Salluſtius 83.2.172.2.185.33
Santra 66.33
Seneca 56,32,87,30, 120,38,133,30,176,33
emendatur 46,23,189, 26 198,31,208,12
Serenus 119,29,
Seruius 34,20,39,27,53, 15,59,3.72.2,74,10,75,5, 28,78,15,79,7,94,15,97,18 104,4,139,14,147.9,158,38 159,3,176,8,191,13
notatur 37,29,
emendatur 94,21
simonides 51,25
simplicius 70,36
sinnius Capito 116,21
siſenna 177,26,185,36
solinus 65,8
stephanus 35,7
strabo 16,40:18,19. 33,20.75,12,82,35.83,5,164 17
emendatur 51,34
succius 189,5
suetonius 165,7,182,3, 184,14
emendatur 195,18
suidas 80,36
sulpitius 98,39
syrus vet. parapraſtes No. Teſt. 169,39

## T

Terentius 29,12,54,4,9, 93,22,213,14
Q. Terentius scaurus 204, 24.
Tertullianus 3,19,9,1. 20,26,22,13,36,21,41,15,45 10,57,30,64,15,70,32,79,

20,80,23.94,32,95,37,97, 4,
111, 11,145,10;187, 29,188 ,1,
184,7,191,6,193,36.198, 3 9,
199,5 210,28
emendatus 80,8,96,13,
194,3
Theognis 16,1
Tibullus 104,6
emendatur 41,4
Titinnius 69,10,
125.20,148,26,163,30,199,
13
emendatur 95,32,119,15,
125.19
Tubero 56,7
Turnebus 5,1,82,6,87,39,
134,6,188,32
Turpilius 27,6,74,6
116, 12

V

Val. Maximus 90,35
Valgius 108,29
Varro 4.13,22,16.27,22,27 35
7,43.23,25,46,16,52 39,61,1,15
63 3.15,65,26,67,12,75.23.78,
23,79,29,80.2,81,10,84,7.85
10,89,15,96, 12, 25, 116, 1, 123,
26,133,21,137, 10, 37, 141, 29,
145.36,155,12,161,34, 166, 26,
191,2,283,29,37 211,5
corrigitur 50,26,156,32
Virgilius 18,17,25,23, 28, 37,
40,23,46,20,66,24,90,22,
99.12,124.22,132,13,149,7,
151, 21,204,27
Vitruuius 3,10.34,30.123, 24
emẽdatur 20,13,205,8,18,22
Vlpianus I.C. 102,23

## LEGVM ET MONVMENTOrum quorundam index.

Carmen ſaliare 4,11,54,26
Fœdus Latinum 101,36
Inſcriptio nummi argentei
Panſæ 21,9
L. Lucretii 183,35
Inſcriptio vetus 5.8.8.8.34
32,37.3.79.19.88.21.175,26
195.37
Lex Cenſoria 145,26.179.8
Lex xii. Tabul. 5,17.64.
30.110, 35.177,37 207,24
Lex flaminica 21,38,23.13
Lex Numæ 12,9,44,6.
137,1.160,19 169,10
emendata 121,36. 197.28
Lex Regia 4,5
Lex Riualitia 186. 39
Lex Romuli 135,15
Lex ſcripta in ſacrario deae
Opeconſiuæ 200.2
Lex Veſtalis capiundæ 122.
29
Lex vetuſtiſſima 145,22.
151,29.174,28 179,26.182.19
206,24
Monumentum 3,16
Oraculum 51,31
Plebiſcitum 149,21
Plebiſcitum Papirianum 175,
4
Pontificij libri 206,19
Prætoris edictum 76,5

FINIS.

*auctori contulerit facile ſit volenti exiſtimare, & tu, lector, hoc vno in libro habeas quod in infinitis diuerſorum librorum voluminibus ſparſim neceſſe alioqui erat quærere. Quam meam voluntatem & tibi gratificandi ſtudium ſi tuo fauore proſequeris, erit cur alia eaq. maiora (vtiliora dicere non audeo, quando hic merus eſt latinæ antiquitatis theſaurus) a nobis debeas exſpectare. Vale Lutetiæ, K L. Martijs.* CIↃ.IↃ LXXXIIII.

## In hanc Pompei Feſti editionem Epigramma.

*FAma duos certaſſe deos fert , nomen Athenis*
*Quis daret egregium , ſeu Deus anne dea:*
*Haud aliter noſtro non inferiora ſecuti.*
*Tempore Semones DIs ſimileſque viri:*
*Certarunt quiſnam Feſto meliora referret*
*Quo nullum Latio clarius exſtat opus.*
*Auguſtinus erat Neptunus, námque tabellas*
*Naufragio eripuit, quas ſupereſſe vides*
*Squallentes mendis, multóque errore ſcatentes*
*Seminecéſque, Deus ni ferat alter opem.*
SCALIGER *ille Deus, qui multa emendat & auget,*
*Felici ante alios quo valet ingenio.*
*Qui poſtliminij repetens rediuiuus honores*
*Vrbis & antiquæ priſtina iura ſuæ:*
*Vindicias cuncti potius tribuere Mineruæ*
*Scaligeri, vt nomen debeat ille dare.*
*Romanus quamuis donarit Fuluius vrbe*
*Orbéque Romano, municipúmque loco.*
*Cernere ſi quis auet, iam iam quid quiſque laboris*
*Præſtiterit, vel quæ ſymbola cuique data eſt*
*Vt videat quiſnam meliùs mereatur , & à quo*
*Impoſitum potius nomen & omen eat:*
*Tres ſimul atque ſemel codex hic continet vnus,*
*Et facta hæc ratis eſt, pluribus è tabulis.*

*I. Iacq.*

## EX POLITIANI MISCELLANEORVM CAP. LXXIII. DE Feſto & eius Epitoma.

QVOD nunc tradituri ſumus fortaſſe à nonnullis vt incertum , & vacillans parúmque adhuc exploratum deridebitur , & exſibilabitur : ſed ego mihi de eo dicendum putaui, ne veſtigium iſtud antiquitatis penè iam abolitum, qualecúmque ſit extingueretur. Oſtēdit mihi Romæ abhinc quadrienniū. Manilius Rallus Græcus homo , ſed Latinis literis ad prime excultus, Fragmentum quoddam. Sex. Pompeij Feſti (nam ita erat in titulo) ſanè quam vetuſtum, ſed pleraque mutilatum, prærosúmque à muribus. Quod me magnopere tenuit , ſiquidem reliquiæ illæ qualeſcúmque ex integro ipſo volumine ſuperabant , quod autor Feſtus cōpoſuerat , non ex hoc autem compendiario , quod nunc in manibus coactum violenter, & decurtatum , ſcilicet ab ignobili , & indocto quodam , nec iſto quoque nomine ſatis bene de literis merito. Nonnullas quoque ex codē fragmento, Pomponius Lætus vir antiquitatis , & literarum bonarum conſultiſſimus ſibi pagellas retinuerat, quas itidem legendas mihi , deſcribendáſque dedit. Ex lectione igitur ea ſuſpicatus vtique ſum, verbum me Catullianum quaſi poſtliminio in ſuas ſedes reuocaturum. Siquidem vbi exponitur in hoc compendiario vocabulū Supernati , quod eos ſignificare oſtendit , quibus femina ſunt ſucciſa in modum ſuillarum pernarum , atque ex Ennio verſus allegatur:

*His pernas ſuccidit iniqua ſuperbia Pœni.*

Hoc vtique loco vetus codex circumroſam planè habet expoſitionem, ſed ita tamen , vt appareat ex reliquiis literarum malè cohærentib. Catullum quoque poſt Ennium

adduci, citarique eum verſiculum, qui nunc mendoſè ſic legitur:

*In foſſa liguri iacet ſeparata ſecuri.*

Nam vt de carminis reſiduo nihil mihi arrogem temere, videbar ſanè tum ſyllabatim quæque olfactans, etiam pro explorato afferre poſſe, Expernata legendum in eo, non ſeparata, quantum ex paucis illis poteram veluti minutalibus, aut ramentis colligere quantúmque etiam vel ex obliteratis penè iam veſtigiis ariolari. Quod ſi cui pendere adhuc veri fides videtur, at pēdeat equidem malo, quàm aut cadat, aut iaceat. Nos aliquod in eo certè, nec arbitror iniuria, ponimus firmamentum.

## *SVMMA PRIVILEGII.*

REGIÆ maieſtatis priuilegio cautum eſt, ne quis alius quàm Hieronymus de Marnef in alma Pariſienſi Academia Bibliopola *Sextum Pompeium Feſtum* cum fragmento & Annotationibus doctiſſimorum virorum, ante annos decem à die impreſſionis abſolutæ, in ſuis regionibus imprimat, alibiue impreſſa importet, aut venalia habeat, pœna confiſcationis librorum & mille coronatorum, aliáque illi qui aduerſus ea fecerit, indicta: Vt fuſius Regio diplomate cōtinetur. Dat. Pariſiis. XXIIII. Ianuarij anno 1584.

*De Conſilij ſententia ſignato.*

LE COINTE

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

# M. VERRII
# FLACCI QVÆ
# EXSTANT.

*Ex Sueton. de grammaticis.*

VERRIVS Flaccus libertinus docendi genere maxime inclaruit. namque ad exercitanda diſcentium ingenia æqualeis inter ſe committere ſolebat, propoſita non ſolum materia, quam ſcriberent, ſed & præmio, quód victor auferret. id erat liber aliquis antiquus, pulcher, aut rarior. Quare ab Auguſto quoque nepotibus eius præceptor electus tranſiit in palatium cum tota ſchola. verum vt neque amplius poſthac diſcipulum reciperet. Docuitque in in atrio Catilinę domus, quæ pars palatij tunc erat, & ſeſtertia centena in annū accepit. Deceſſit ætatis exactæ ſub Tiberio. Statuam habet Præneſte * in inferiore fori parte contra hemicyclum, in quo faſtos a ſe ordinatos, & marmoreo parieti inciſos publicarat.

** pro Veſtæ)*

*Ex eodem.*

Scribonius Aphrodiſius Orbilij ſeruus, atque diſcipulus, mox a Scribonia Libonis filia, quæ prior Auguſti vxor fuerat, redemptus, & manumiſſus docuit, quo Verrius, tempore. cuius etiam libros de Orthographia reſcripſit non ſine inſectatione ſtudiorum, morumque eius.

*Ex eodem in Augu. cap. 86.*

Marcum quidem Antonium, vt inſanum increpat Auguſtus, quaſi ea ſcribentem, quæ mirentur potius homines, quam intelligant. &c. Tuque dubitas, inquit, Cimberne Annius, an Verrius Flaccus imitandi ſint tibi: ita vt verbis, quæ Criſpus Salluſtius excerpſit ex originibus Catonis, vtaris? an potius Aſiaticorum oratorum inanibus ſententiis verborum volubilitas in noſtrum ſermonem transferenda?

*Ex Euſeb. in Chron.*

Ante obitum Auguſti anno quarto Athenodorus Tarſenſis ſtoicus Philoſophus, & M. Verrius Flaccus grammaticus, inſignes habentur.

# M. VERRII FLACCI RERVM MEMORIA DIGNARVM.

## LIB. I.

*Ex Gell. lib. 15. cap. 5.*

VERRIVS hoc libro refert, cur dicatur verſus ille ex Heſiodo, Malum conſilium cōſultori peſſimum eſt. Statua Romæ in comitio poſita Horatij Coclitis fortiſſimi viri de cælo tacta eſt. Ob id fulgur piaculis luendum aruſpices ex Etruria acciti inimico, atquę hoſtili in populum Romanum animo inſtituerant eam rem contrariis religionibus procurare. Atque illam ſtatuam ſuaſerunt in inferiorem locum perperam tranſponi, quem ſol oppoſitu circum vndique aliarum ædium nunquam illuſtraret. quod cum ita fieri perſuaſiſſent, delati ad populum, proditique ſunt. & cum de perfidia confeſſieſſent, necati ſunt. conſtititque eam ſtatuam perinde, vt veræ rationes poſt compertæ monebant, in locum editum ſubducendam, atque ita in area Vulcani ſublimiori loco ſtatuendam. Ex qua re bene, & proſpere reip. ceſſit. Tunc igitur quod in Etruſcos aruſpices male conſulentes animaduerſum, vindicatumque fuerat: verſus hic ſenarius ſcite factus, cantatuſque eſſe pueris vrbe tota fertur.

## INCERTI LIBRI.

PLVRIMAS prodidit Verrius mortes repentinas. *Ex Plin. lib. 7. cap. 53.*

Roma plurimos elephantos vidit anno quingenteſimo ſecundo, victoria L. Metelli Pontificis in Sicilia de Pœnis captos. CXLII. fuere tranſuecti ratibus, quas doliorum conſertis ordinibus impoſuerant. Verrius eos pugnaſſe in circo, interfectoſque iaculis tradit penuria conſilij: quoniam neque ali placuiſſet, neque donari regibus. *Ex eod. lib. 8. cap. 6.*

Tenuiſſimum murænis tergus, contra anguillis craſſius, eoque verberari ſolitos tradit Verrius prætextatos, & ob *Ex eod. lib. 9. cap. 23.*

id multam his dicit non inſtitutam.

*Ex eod. lib. 18. cap. 7.* Populum Romanum farre tantum è frumento trecentis annis vſum Verrius tradidit.

*Ex eod. lib. 28. cap. 2.* Verrius Flaccus auctores ponit, quibus credat in oppugnationibus ante omnia ſolitum à Romanis ſacerdotibus euocari Deum, cuius in tutela id oppidum eſſet, promittique illi eundem, aut ampliorem locum apud Romanos, cultúmue.

*Ex eod. lib. 23. cap 3.* Tunica aurea triumphaſſe Tarquinium Priſcum Verrius tradit.

*Ex eod. lib. cap. 7.* Enumerat auctores Verrius, quibus credere ſit neceſſe, Iouis ipſius ſimulacri faciẽ diebus feſtis minio illini ſolitam, triúmphãtumq; corpora. Sic Camillum triumphaſſe. Hac religione etiam nunc addi in vnguenta cænæ triumphalis, & a Cenſoribus inprimis Iouem miniandũ locari.

*Ex Macrob. lib. 1.* Verrius Flaccus ait, cum populus Ro. peſtilentia laboraret; eſſetque reſponſum id accidere, quod dij deſpicerentur: anxiam vrbem fuiſſe, quia non intelligeretur oraculum: eueniſſéque, vt Circenſium die puer de cænaculo pompam ſupernè deſpiceret, & patri referret, quo ordine ſecreta ſacrorum in arca pilenti compoſita vidiſſet. Qui cum rem geſtam ſenatui nunciaſſet; placuiſſe velari loca ea, quà pompa veheretur: atque ita peſte ſedata puerum, qui antiquitatem ſortis abſoluerat, togæ prætextæ vſum munus impetrauiſſe.

## M. VERRII FLACCI

### SATVRNVS.

*Ex Macrob. lib. 1. Satur.* SATVRNALIORVM dies apud Græcos quoque feſti habentur.

*Ex eod. lib.* Dilucidè me de conſtitutione Saturnaliorum ſcripſiſſe arbitror.

*Ex eod. lib.* Cur autem Saturnus ipſe in compedibus viſatur, Verrius Flaccus cauſam ſe ignorare dicit.

*Ex eod. lib.* XII. Kal. Ian. feriæ ſunt diuæ Angeroniæ, cui Pontifices in ſacello Volupiæ ſacrum faciunt: quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait, quòd angores, ac animorum ſollicitudines propitiata depellat.

# M. VERRII FLACCI

## DE OBSCVRIS CATONIS.

### LIB. I.

### LIB. II.

*Ex Gel. lib. 17. cap. 6.* IN eo libro ſcriptum inuentum eſt, receptitium ſeruum dici nequam, & nulli pretij, qui, cum venum eſſet datus, redhibitus ob aliquod vitium, receptúſque ſit. Propter ea, inquit, ſeruus eiuſmodi ſectari maritum, & flagitare pecuniam iubebatur. vt eo ipſo dolor maior, & contumelia grauior viro fieret, quòd eum ſeruus nihili petendæ pecuniæ cauſa compellaret. Cum pace autem, cúmque venia iſtorũ, ſi qui ſunt, qui Verrij Flacci auctoritate capiuntur, dictum hoc ſit. receptitius enim ſeruus in ea re, quam dicit Cato, aliud omnino eſt, quam Verrius ſcripſit.

# M. VERRII FLACCI

## DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

### LIB. I.

### LIB. II.

### LIB. III.

### LIB. IIII.

*Ex Gell. lib. 5. cap. 17.* VERRIVS hoc libro dies, qui ſunt poſtridie Kalẽdas,

Nonas, Idus, quos vulgus imperite nefaſtos dicit: propter hanc cauſam dictos, habitoſque atros eſſe ſcribit. Vrbe, inquit, à Gallis Senonibus recuperata L. Atilius in ſenatu verba fecit, Q. Sulpitium TR. MIL. ad Alliam aduerſus Gallos pugnaturum, rem diuinam dimicandi gratia poſtridie Idus feciſſe: tum exercitum populi Romani occidione occiſum, & poſt diem tertium eius diei vrbem præter Capitolium captam eſſe. Compluresque alij ſenatores recordari ſeſe dixerunt, quotiens belli gerendi gratia res diuina poſtridie Kalendas, Nonas, Idus a magiſtratu populi Romani facta eſſet: eius belli proximo deinceps prælio reipublicæ malam geſtam eſſe. Tum ſenatus eam rem ad Pontifices reiecit, vt ipſi, quod videretur, ſtatuerent. Pontifices decreuerunt nullum ijs diebus ſacrificium recte futurum.

Ex *Gell. lib. 5. cap.* 18.

Hiſtoriam ab annalibus quidam differre eo putant; quod, cum vtrumque ſit rerum geſtarum narratio; earum tamen proprie rerum ſit hiſtoria, quibus rebus gerendis interfuerit is, qui narret. eamque eſſe opinionem quorundam Verrius refert. Ac ſe quidem dubitare ſuper ea re dicit. Poſſe auté videri putat nonnihil eſſe rationis in ea opinione. quod hiſtoria Græce ſignificat rerum cognitionem præſentium. Sed nos audire ſoliti ſumus, annales omnino id eſſe, quod hiſtoriæ ſint: hiſtorias non omnino eſſe id, quod annales ſint.

## LIB. V.

Ex *Feſto, verbo Salua res eſt.*

SALVA *res eſt, dum ſaltat ſenex*, quare paraſiti Apollinis in ſcæna dictitent, cauſam Verrius in libro quinto, quorum prima eſt P litera, reddidit. Quod C. Sulpicio, C. Fuluio Conſulibus, &c. At in hoc libro refert Sinnij Capitonis verba, &c. Quam inconſtantiam Verrij noſtri non ſine rubore retuli.

## LIB. VI.

## INCERTI LIBRI.

BELLITVDINEM ſicut magnitudinem Verrius (alias Varus) dixit. — Ex *Feſto vel Paulo.*

Impetum, induſtrium, indulgentem perinde compoſita ait Verrius, atque impunis, & immunis, mihi non ſatis perſuadet. — Ex *eodem.*

Mamphula appellatur panis Syriaci genus, quod, vt ait Verrius, in clibano ante, quam percoquatur, decidit in carbones, cineremque &c. — Ex *eodem.*

Mater Matuta, manes, mane, matrimonium, materfamiliæ, matertera, matrices, materiæ dictæ videntur, vt ait Verrius, quia ſint bona &c. — Ex *eodem.*

Matronæ a magiſtratibus non ſummouebantur &c. quam ob cauſam ait Verrius *neque earum viros* ſedentes cum vxoribus in vehiculo, deſcendere *coactos*. — Ex *Feſto, & Paulo.*

Mendicum dici Verrius putat a mente eius, quem fefellerit fortuna. vel quod precetur quemque, vt vitæ ſuæ medeatur cibo. — Ex *eodem.*

Metaphoram quam Græci vocant, nos tralationem, id eſt domo mutuatum verbum, quo vtimur, inquit, Verrius, &c. — Ex *eodem.*

Naucum ait Ateius Philologus poni pro nugis. &c. Quidam nucis iuglandis, quam Verrius iuglandam uocat, medium, velut diſſepimentum. &c. — Ex *eodem.*

Occare, & occatorem Verrius putat dictum ab occædendo, quod cædat grandis globos terræ. cum Cicero venuſtiſſime dicat ab occæcando fruges ſatas. — Ex *eodem.*

Orcum quem dicimus, ait Verrius ab antiquis dictum vragum, &c. ſed nihil affert exemplorum &c. — Ex *eodem.*

Oſcos, quos dicimus, ait Verrius Opſcos antea dictos teſte Ennio, cum dicat: De muris res gerit Opſcus. Addiici etiam, quod ſtuprum in cōceſſæ libidinis obſcena dicantur ab eius gentis conſuetudine inducta. Quod verum eſſe non ſatis adducor &c. — Ex *eodem.*

Pedum eſt quidem baculum incuruum &c. Sed in eo verſu, qui eſt in Iphigenia Ennij, Procede, gradum proferre pedum, nitere, ceſſas? id ipſum iaculum ſignificari cum ait Verrius, mirari ſatis non poſſum. &c. — Ex *eodem.*

Ex eodem. Percunctatio pro interrogatione dicta videtur ex nautico vſu etc. ob quam cauſam ait Verrius etiam ſecundam ſyllabam per O ſolere ſcribi. Mihi id falſum videtur. etc

Ex eodem. Piari eos, veluti proprio verbo ait Verrius, qui parum ſint animati etc.

Ex eodem. Pictor Zeuſis riſu mortuus, dum ridet effuſè pictam à ſe anum γραῦν. Cur hoc loco relatum ſit a Verrio, cum de ſignificatu verborum ſcribere propoſitum habuerit, equidem non video. etc.

Ex eodem. Praedia rurſus Verrius vocari ait ea remedia, quae data Caecilia etc. ea vocari ait quod mala prohibeant.

Ex eodem. Praerogatiuae centuriae dicuntur etc. Verrius probabilius iudicat eſſe, vt cum eſſent deſignati à praerogatiuis in ſermonem res veniret etc.

Ex eodem. Profanum, quod non eſt fanum etc. vt Verrius etc. cuius opinionem neque in hoc, neque in aliis compluribus refutare minimè neceſſe eſt. Cum propoſitum habeam ex tanto librorum eius numero intermortua iam, & ſepulta verba, atque ipſo ſaepe confitente nullius vſus, atque auctoritatis praeterire: & reliqua quam breuiſſimè redigere in libros admodum paucos. Ea autem, de quibus diſſentio & apertè, & breuiter, vt ſciero, ſcripta in his libris meis inuenientur, inſcribuntur: PRISCORVM VERBORVM CVM EXEMPLIS.

Ex eodem. Quatere ſuſpenſum, & vicinum rei alicuius motum ſignificat: non, vt Verrius putat, ferire etc.

Ex eodem. Refert cum dicimus, errare nos ait Verrius. eſſe enim rectum Rei fert etc. ſed eſſe iam vſu poſſeſſum.

Ex eodem Repagula ſunt, vt Verrius ait, quae patefaciundi gratia ita figuntur, vt ex contrario quae oppangantur, etc.

Ex eodem. Repaſtinari ager is dicitur, vt Verrius exiſtimat, cuius natura mutatur fodiendo etc.

Ex eodem. Repudium Verrius ait dictum, quod fit ob rem pudendam. etc.

Ex eodem. Rhegium appellare oportere ait Verrius id municipiũ, quod in freto è regione Siciliae eſt etc.

Ex eodem. Romuliam tribum etc. *meminiſſe* ait Verrius *vetitam* etc.

Ex eodem. Ruſcum eſt, vt ait Verrius, amplius paullò herba, & exilius virgultis etc.

Ex eodem. Sacram viam quidam appellatam eſſe exiſtimant etc

nec appellari debere ait Verrius, ſed diſiunctè, vt ceteras vias Flaminiam, Appiam, Latinam: vt ne nouam viam quidem etc.

Salicem Verrius virgulti genus non arboris dicit, & ridiculè interpretatur dictum, quòd ea celeritate creſcat, vt ſalire videatur. Ex eodem.

Salinum in menſa pro aquali ſolitum eſſe poni ait cum patella: quia nihil aliud ſit ſal, quam aqua. Ex eodem.

Sas Verrius putat ſignificare eas, auctore Ennio. etc. cũ ſuas magis videatur ſignificare. etc. Ex eodem.

Satis verbum Verrio melius fuit præterire, vt mihi videtur, quàm tam abſurdas opiniones ſuas de eo recitare, quas ſciens præterij, tam Hercules, quam de ſcabro, quod proximum ſequebatur. Ex eodem.

Scraptæ dicebantur nugatoriæ, ac deſpiciendæ mulieres, vt ait Verrius ab iis, quæ ſcrea iidem appellabant etc. Ex eodem.

Scurræ vocabulum Verrius ineptiſſime aut ex Græco tractum ait, quod eſt σκυρράζειν, aut à ſequendo, cui magis adſentitur etc. Ex eodem.

Senonas Gallos Verrius ait exiſtimare appellari, quia noui venerint etc. Ex eodem.

Serilla Verrius appellari putat nauigia Iſtrica etc. cum παραφραστικῶς, & ficto vocabulo vſus ſit etc. Ex eodem.

Sertorem quidam putant dictum a prendendo etc. quod totum Verrius ἀπιθάνως introduxit. Ex eodem.

Silicernium Verrius exiſtimat etc. Ex eodem.

Solea, vt ait Verrius, eſt non ſolum ea, quae ſolo pedis ſubiicitur, ſed etiam pro materia robuſta etc. Ex eodem.

Solida ſella etc. *appellabant* inquit Verrius, quod *ſcilicet totæ eſſent*, abſurde vt mihi videtur, etc. Ex eodem.

Solla appellantur ſedilia etc. quæ, vt ait Verrius, omnia dicta ſunt à ſollo etc. Ex eodem.

Spondere Verrius putat dictum, quòd ſponte ſua, id eſt voluntate, promittatur. Deinde oblitus inferiore capite ſponſum & ſponſam ex Græco dictam ait. etc. Ex eodem,

Stellionem *genus lacertæ* Verrius dic*tum ait* etc. Ex eodem.

Stipatores ait dictos à ſtipe etc. Ex eodem.

Suburam Verrius alio libro à pago Succuſano dictam ait: hoc vero maxime probat eorum auctoritate etc. Ex eodem,

Superuacaneum *vt videtur ſe* cludit Verrius *ab vacuo*. etc. Ex eodem.

*Ex eodem.* Tænias Græcam vocem ſic interpretatur Verrius, vt dicat ornamentum eſſe laneum capitis honorati etc.

*Ex eodem.* Talionis mentionem fieri in duodecim ait Verrius etc. neque id, quid ſignificet, indicat, puto quia notum eſt etc.

*Ex eodem.* Taminia, vua ſilueſtris generis videtur Verrio dicta, quæ tam mira ſit quam minium.

*Ex eodem.* Tarquitias ſcalas etc. appellatas eſſe ait vulgo exiſtimari Verrius.

*Ex eodem.* Tartarino cum dixit Ennius, horrendo, & terribili Verrius vult accipi a Tartaro, qui locus apud inferos.

*Ex eodem.* Tentipellium Artorius putat eſſe calciamentum etc. Titinium ait Verrius exiſtimare id medicamentum eſſe etc. cum ille τροπικῶς dixerit.

*Ex eodem.* Tonſillam eſſe Verrius ait palum dolatum etc.

*Ex eodem.* Tumultum dici ait Verrius, qui ab aliis oriatur, quam ab Italicis, & Gallicis hoſtibus etc.

*Ex eodem.* Turrhenos Etruſcos appellari ſolitos ait Verrius, a Turrheno duce Lydorum etc.

*Ex eodem.* Vacerram Verrius, & alij complures vocari dicunt ſtipitem, ad quem equos ſolebant religare.

*Ex eodem.* Vineæ, vt Verrius præcipit, quod vini feraces ſint. etc.

# M. VERRII FLACCI

## EPISTVLAE.

NAM crebro in antiquis lectionibus inuenitur, ſicut in epiſtulis probat Verrius Flaccus exemplis, auctoritate, ratione dicens in aduerbiis pro V, O plerumque maiores ponere conſuetos, & ſic pro Huc Hoc, veteres dicere ſolebant, ſicut pro illuc, illoc dicimus. *Ex Seruio li. viij Aen.*

# M. VERRII FLACCI

## CARMINA.

*Ex Priſc. lib. viij.*

BLANDITVSQ. labor molli curabitur arte.



SAEVITIAQ. eorum abominaretur ab hominibus. *Ex Priſc. li. 8.*

Feſtinat à fando dicitur: quoniam iſti ignauiores, qui nihil perficere poſſunt, plus verborum, quam operæ habent. Sed id nimis coactum, atque abſurdum videtur, inquit Gellius. *Ex Gell. lib. 16. cap. 14.*

Caper oſtendit de dubiis generibus Verrium Flaccum poſuiſſe alecem hanc dicens. *Ex Priſc. lib. 6.*

Alicam ſine aſpiratione dictam Verrius tradit, & ſic multi dixerunt. *Ex Chariſ. lib. 1.*

Helenius Acron Verrium dicit errare, qui putat hos ambo dici debere. *Ex eodem. lib.*

Amœna loca Varro dicta ait, eo quod ſolum amorem præſtent, & ad ſe amanda alliciant. Verrius Flaccus, quòd ſine munere ſint, nec quidquam his officiat: quaſi amunia, hoc eſt ſine fructu, vnde nullus fructus exſoluitur. inde etiam nihil præſtantes, immunes vocantur. *Ex Iſid. lib. 14. c. 8. etym.*

Non negat Verrius Flaccus Kal. Apr. poſtea conſtitutũ, vt matronæ Veneri ſacrum facerent. *Ex Macrob. lib. 1. Satur.*

Nonnulli etiam ex participiis putauerunt talia figurari. vt Verrius Flaccus, qui ab eo, quod eſt audens, audenter. *Ex Chariſ. lib. 2.*

Camara dicuntur, vt Verrius Flaccus adfirmat, non camera per E. Sed Lucretius cameræque caminis ex cratibus: etiam cameram dici poſſe oſtendit. *Ex eodem. lib. 1.*

Incohaui ab incoho dicendum putat Iulius Modeſtus: quia ſit cõpoſitum a caho initio rerum, quod Verrius (&) Flaccus in poſtrema ſyllaba aſpirandum probauerunt. * Cohum enim apud veteres mundum ſignificat. *Ex Diome. lib. 1.* (*probauit)

Clunes Verrius Flaccus maſculino genere dici probat, quoniam in IS ſyllaba terminata omnia carentia nominatiuo ſingulari maſculina ſunt. vt panis, cinis, crinis, & ſimilia. *Ex Chariſ. lib. 1.*

Diligente. Verrius Flaccus, inquit Plinius, eorũ nominum, quæ NS finiuntur, caſu nominatiuo, ablatiuus in E dirigendus eſt. *Ex eod. lib.*

Differt fatigatus a feſſo, vt Verrius ait, quod fatigatus, cum quis per alium laborare compellitur: feſſus vero, cum *Ex Diomede lib. 1.*

quis labore deficit, vt laſſus.

*Ex Lact. lib. 1. c. 20.* Nec hanc ſolum Romani meretricem colunt, ſed Faulam quoq;, quam Herculis ſcortum fuiſſe Verrius ſcribit.

*Ex Chariſ. lib. 1.* Verrius Flaccus ſic diſtinxit: modica eſſe labra, labia immodica, & inde Labiones * dici.

*(* Labeones)*

Verrius lacte pro lac dicit.

*Ex eod. lib.*

*Ex Velio Longo de Orthog.* Nonnulli ſynalephas quoque circa obſeruandam ſcriptionem exiſtimauerāt. ſicut Verrius Flaccus. vt vbicumque prima vox M littera finiretur, ſequens a vocali inciperet? M non tota, ſed pars illius prior tantum ſcriberetur, vt appareret exprimi non debere.

*Ex Chariſ. lib. 1.* Manibus per duo I dicendum, quia ſunt a manibus, vt putat Verrius. ſed & manubiæ per V dici poſſunt.

*Ex eodem.* Nomenclator ſine V dicitur, vt Verrius ait, velut nominis calator.

*Ex eodem.* Panis genitiuo plurali panum Verrius dixit.

*Ex eodem.* Polenta dici debet per O, cuius rei Verrius Flaccus rationem reddit, quòd vſu omnium poliatur.

*Ex eodem.* Cum autem quid hoc eſt hominis quæritur, inquit, de alicuius quæro hominis qualitate * qui neceſſe ſit * hic maſculine dicendus eſt, vt Verrius ait. quoniam neutra in I & in V S non exeunt.

*Ex eodem.* Sal neutro genere Verrio etiam placuit.

*Ex eodem. lib. 2.* Porphyrio ex Verrio & Feſto, in auguralibus, inquit, libris ita eſt, SANE SARCTEQVE.

*Ex Gel. lib. 18. c. 7.* Verrij Flacci ſcripta ad hoc genus quæſtionis pertinentia hæc fuerunt. Senatum dici & pro loco, & pro hominibus. ciuitatem & pro loco, & oppido: & pro iure quoque hominum, & pro hominum multitudine. tribus quoque & decurias dici, & pro loco, & pro iure, & pro hominibus. concionem autem tria ſignificare, locum, ſuggeſtumque vnde verba fierent: item ſignificare cœtū populi adſiſtentis: item orationem ipſam, quæ ad populum diceretur.

*Ex Velio Longo de Orthogr.* Verrio Flacco videtur eandem eſſe apud nos V litteram quæ apud Græcos Y. namque his exemplis argumentatur. quod illi dicunt κύμινον, nos cuminum, quā illi κυπάρισσον, nos cupreſſum. illi κυβερνήτην, nos gubernatoré. nec non ex eiuſmodi Theſeus, Menœceus, Peleus, & ſimilibus adfirmat.

*Ex eodem.* X, & Z Verrio Flacco placet mutas eſſe: quoniam à mutis incipiant, vna a C, altera a P * quod ſi quos mouet, quod in ſemiuocalem deſinant: ſciant, inquit, Z litteram ſic ſcribi ab iis, qui putant illam ex C & D * conſtare, vt ſine dubio muta finiatur.

Ex Verrio Flacco Plinij lib. III. VII. VIII. XIV. XV. XVIII. XXVII I. XXIX. XXXIII. XXXIV. XXXV. *Ex Plin. lib. 1. de nat. hiſt.*

## EPISTOLA PAVLLI AD CAROLVM REGEM.

DIVINÆ largitatis munere, ſapientia potentiaque præfulgido Domino Regi Carolo Regum ſublimiſſimo Paullus vltimus ſeruulus. Cupiens aliquid veſtris bibliothecis addere, quia ex proprio perparũ valeo, neceſſariò ex alieno mutuaui. Feſtus denique Pompeius Romanis ſtudiis affatim eruditus, tam ſermonum abditorum, quàm etiam quarundam cauſarum origines aperiens, opus ſuum ad viginti vſque prolixa volumina extendit. ex qua ego prolixitate ſuperflua quæque, & minus neceſſaria prætergrediens, & quædam abſtruſa penitus ſtilo proprio enucleans, nonnulla ita vt erant poſita relinquens, hoc veſtræ celſitudini legendum compendium obtuli. In cuius ſerie, ſi tamen lectum ire nõ dedignabimini, quædam ſecundum artem, quædam iuxta etymologiam poſita non inconueniẽter inuenietis, & præcipuè ciuitatis veſtræ Romuleæ, viarum, portarum, montium, locorum, tribuũmque vocabula diſerta reperietis, ritus præterea gentilium, & cõſuetudines, varias dictiones quoque poetis, & hiſtoriographis familiares, quas in ſuis opuſculis frequentius poſuere. quod exiguitatis meæ munuſculum ſi ſagax, & ſubtiliſſimum veſtrum ingenium non vſquequaque repulerit, tenuitatẽ meam, vita comite, ad potiora excitabit. Vale.

# SEX. POMPEI FESTI DE VERBORVM SIGNIFICATIONE,

## LIBRI XX.

[illegible] VNIVERSITAT [illegible]

ABACTI magiſtratus dicebantur, qui coacti depoſuerant imperium.

Abalienatus dicitur, quem quis a ſe remouerit.

Abambulantes, abſcedentes.

Abarcet, prohibet.

Abauus dicitur, quia abeſt ab auo, & eſt auus aui.

Abditiui, abortiui.

Abemito ſignificat demito, vel auferto. emere enim antiqui dicebant pro accipere.

Abgregare, eſt ab grege ducere: adgregare, ad gregem ducere: ſegregare, ex pluribus gregibus partes ſeducere. vnde & egregius dicitur è grege lectus. quorũ verborum frequens vſus non mirum ſi ex pecoribus pendet; cum apud antiquos opes, & patrimonia ex his præcipue conſtiterint. vt adhuc etiam pecunias, & peculia dicimus.

Abietaria negotia dicebantur, quam materiam nunc dicimus, videlicet ab abietibus coemendis.

Abiiſſe, pro adiiſſe * dicebant. *abiiſſe)

Abitionem antiqui dicebant mortem.

Abnutare, ſæpè abnuere.

Ab olocs dicebant, pro ab illis. antiqui enim litteram non geminabant.

Aborigines appellati ſunt, quod errantes conuenerint in agrum, qui nunc eſt populi Romani. fuit enim gẽs antiquiſſima Italiæ.

Abortum grauidæ mulieris dicitur, quod non ſit tempeſtiue ortum.

Abrogare, infirmare.

Abs præpoſitio à Græco deducitur ἄψ, ſignificat autem retractionem in partem poſteriorem.

ACERATVM lutum, cum paleis mixtum.

Acerra, ara, quæ ante mortuum poni ſolebat. in qua odores incendebantur. alij dicunt arculam eſſe thurariam, ſcilicet vbi thus reponebant.

Acetare dicebant, quod nunc dicimus agitare.

Acieris, ſecuris ærea, qua in ſacrificiis vtebantur ſacerdotes.

Acies, Acumen, Acus, & Acuere dicuntur ab ἀκόνη, quam Latinè dicimus cotem.

Aclaſſis tunica, ab humeris non conſuta.

*Aerumæruma.

Acrumæruma * vtenſilia ampliora.

Actus, modo ſignificat in comœdiis, & tragœdiis certa ſpatia canticorum: modo iter inter vicinos quatuor pedum latum: modo in geometrica minorem partem iugeri, id eſt centum viginti pedum: modo motum corporis, vt hiſtrionũ & ſaltatorum, qui etiam ex hoc ipſo actuoſi dicuntur.

Acupedius dicebatur, cui præcipuum erat in currendo acumen pedum.

*ſubſternendum) " eodem primo.)

Acus palea eſt. Varro rerum ruſticarum tertio: acus ſubſtruendum * parturientibus, acus in area excutitur. Idẽ in eodem. primo " argillam mixtam acere.

Acus dicitur, qua ſarcinatrix, vel etiam ornatrix vtitur. paleæ etiam quædam de frumento acus dicuntur. exercitus quoque inſtructio; quòd ea pars militum vehemẽtiſſima eſt ad hoſtem vulnerandum acumine telorum. totum autem ex Græco ſermone trahitur; cum ſarcire apud illos ἀκέσασθαι dicitur.

Ad, aut proprie perſonam ſignificat; vt Eo ad Pompeium: aut locum, vt abiit ad theatrum.

Adagia, ad agendum apta.

Adaſia, ouis vetula recentis partus.

Adaxint, adegerint.

Adcenſi dicebãtur, qui in locum mortuorum militũ ſubito ſubrogabãtur; dicti ita, quia ad cenſum adiiciebãtur.

Addicere eſt proprie idem dicere, & approbare dicendo. alias addicere damnare eſt.

*dubium.

Addubanum, Danubium.*

Addues, addideris.

Adeo duas habet ſignificationes. nã cum prima acuta effertur; idem ſignificat, quod accedo. vt cũ dicimus Adeo prætorem. cum autem ſecunda; id eſt quod vſque eo; non quidem ſecundum rationem; quia ad præpoſitio accuſatiuis accommodata eſt: ſed vetuſta quadam loquendi conſuetudine.



Ad exitam ætatem, ad vltimam ætatem.

Adfaborum, fabrefactum.

Adfatim dictum a copia fandi, ſiue abundanter. Liuius: Adfatim edi, bibi, luſi. Terentius adfatim dixit pro eo, quod eſt, ad laſſitudinem.

Adfectare eſt pronum animum ad faciendum habere.

Adfines, in agris vicini, ſiue conſanguinitate coniuncti.

Adgretus. apud Ennium adgretus fari, pro eo quod eſt adgreſſus ponitur. quod verbum venit à Græco ἀγρεῖν.

Adigas, dare cogas.

Aditiculum, paruum aditum.

Adlecti dicebantur apud Romanos, qui propter inopiam ex equeſtri ordine in ſenatorum ſunt numero adſumpti. nam patres dicuntur, qui ſunt patricij generis: conſcripti, qui in ſenatu ſunt ſcriptis adnotati.

Adlicit eſt, perducit aliquem in rem. dictum a verbo lacit, id eſt decipit. Hinc deſcendit inlicere, & oblectare, id eſt fruſtrantem inducere.

Adliueſcit, liuere incipit, hoc eſt liuidum fieri.

Admiſſiuæ áues dicebantur ab auguribus, quæ conſulentem iuberent.* *iuuarent)

Adnictat," ſæpe, & leuiter oculo annuit. Næuius in Tarentilla: alij adnutat, alij adnictat, alium amat, alium tenet. " Adnutat.

Adoleſcita Græco ἀδολεσχῶ, * id eſt adcreſco, venit. vnde fiunt adultus, adoleſcens, altare; eo quod in illo ignis excreſcit; & exoletus, qui exceſſit oleſcendi, id eſt creſcendi modum; & inoleuit, id eſt creuit. *ἀλίζω.

Adoptatitius * ex adoptato filio natus. * Adoptiuus.

Ador farris genus, edor quondam appellatum, ab edẽdo; vel quod aduratur, vt fiat toſtum. vnde in ſacrificio mola ſalſa efficitur.

Adorare apud antiquos ſignificabat agere. vnde & legati oratores dicuntur: quia mandata populi agunt.

Adoream laudem, ſiue gloriam dicebant: quia glorioſum eum putabant eſſe, qui farris copia abundaret.

Adpromiſſor eſt, qui quod ſuo nomine promiſit, idẽ pro altero quoque promittit.

Adrumauit, rumorem fecit, ſiue commurmuratus eſt. quod verbum quidam a rumine, id eſt parte gutturis [illegible]

putant deduci.

Adſciſcere eſt adiungere, vel adſumere.

Adſcripti dicebãtur, qui in colonias nomina dediſſent, vt eſſent coloni.

Adſcripticij. veluti quidam ſcripti dicebantur; qui ſupplẽdis legionibus adſcribebantur. hos & adceſos dicebãt: quod ad legionum cenſum eſſent adſcripti. quidam velatos, quod veſtiti inermes ſequerentur exercitum. nõnulli ferentarios, quod fundis lapidibuſque præliaturi ea modo ferrent, quæ in hoſtes iacerent. alij rorarios, quod id genus hominum ante, quam acies coirent, in modum rorantis tempeſtatis dimicaret.

*adfectata. Adſectata * femina vel in bonam partẽ dicitur, velut honorata: vel in malam; quaſi ad extremum periculum adducta.

Adſerere manu eſt admouere. quod ea quoq;, quæ in terram dimittuntur, ſeri dicuntur. vnde etiam feræ appellantur, quia foribus admotæ opponuntur * defixæ poſtibus; quemadmodum ea, quæ terræ inſeruntur. *apponũtur.

Adſidelæ, menſæ vocantur, ad quas ſedentes flamines ſacra faciunt.

Adſiduus dicitur, qui in ea re, quam frequenter agit, quaſi conſediſſe videatur. alij adſiduum locupletem; quaſi multorum aſſium dictum putarunt. alij eum, qui ſumptu proprio militabat; ab aſſe dando vocatum exiſtimarunt.

Adſipere, & præſipere dicebant antiqui a ſapiendo. ſicut nos quoque modo dicimus ab æquo iniquum: a quærendo inquirere.

Adſtaſſent, ſtatuerunt.

Adtegrare eſt, vinum in ſacrificiis augere. integrare enim, & adtegrare minus factum, eſt in ſtatutum redigere.

Adteſtata dicebantur fulgura, quæ iterato fiebant, videlicet ſignificationem priorum adteſtantia.

Adtritum, & tritum ex Græco deſcendit: quia illi veſtem tritam τριβώνιον* appellant. τρίβωνας.

Adtubernalis, habitator continuæ tabernæ. quod genus domicilij antiquiſſimũ Romanis fuiſſe teſtimonio ſunt exteræ gentes, quæ adhuc tabulatis habitant ædificiis. vnde etiam tecta caſtrenſia, quamuis pellibus contegantur, tabernacula tamen dicuntur.



Aduelitatio iactatio quædam verborum figurata ab haſtis velitaribus. velites dicuntur expediti milites, quaſi volites, id eſt volantes.

Aduerſus aut contrarium ſignificat: aut idem, quod erga.

Adulari eſt compoſitum ex accedendo, & adludendo.

Adulter, & adultera dicuntur: quia & ille ad alteram, & hæc ad alterum ſe conferunt.

Adulterina ſigna dicuntur alienis anulis facta.

Aduocitat, ſæpe aduocat.

Aduoſem, aduerſarium, hoſtem.

AE ſyllabam antiqui Græca conſuetudine per AI ſcribebant. vt aulai, pictai, muſai.

Aedilis initio dictus eſt magiſtratus, qui ædium non tantum ſacrarum, ſed etiam priuatarum curam gerebat. poſtea hoc nomen & ad magiſtratus tranſlatum eſt. Dictus eſt autem Aedilis, quod facilis ad eum plebi aditus eſſet. ſed & Aedilatus dicebatur eadem dignitas; ſicut pontificatus, magiſtratus.

Aedis, domicilium in edito poſitum, ſimplex, atque vnius aditus. ſiue ideo ædis dicitur, quod in ea æuum degatur, quod Græce αἰὼν * vocatur. itaque ædificare, cum ſit propriè ædem facere, ponitur tamen pro omni genere conſtructionis καταχρηστικῶς. * αἰώνιον.

Aeditimus, ædis intimus.

Aedituus, ſacræ ædis tuitor. * id eſt curam agens. * Tutor.

Aegæũ mare appellatur, quod crebræ in eo ſint inſulæ; vt procul aſpiciẽtibus ſpecies caprarum videantur. ſiue quod in eo Aegaea * Amazonum Regina perierit. ſiue quod in eo Aegeus pater Theſei ſe præcipitauerit. * Aege.

Aegrum ex Græco ἀνιγρὸν appellatur. à quibuſdam putatur à voce doloris appellari: quod eſt αἲ αἲ.

Aegyptinos, Aethiopas.

Aemidum, tumidum. * * Timidum.

Aemiliam gentem appellatam dicunt à Mamerco Pythagoræ philoſophi filio; cui propter vnicam humanitatem cognomen fuerit Aemilos. Alij, quod ab Aſcanio deſcendat, qui duos habuit filios Iulum, & Aemilon.

Aenariam appellauere locum, vbi Aeneas claſſem à Troia veniens appulit.

Aenatores cornicines dicuntur, id eſt cornu canentes.

*Sit.* Aeneolum, quod ex ære fit * dicimus.

Aeneſi dicti ſunt comites Aeneæ.

Aenulum, vas ex ære paruum,

Aquidiale apud antiquos dictum eſt, quod nunc dicimus æquinoctiale. quia nox diei potius, quam dies nocti adnumerari debet. Græci quoque in hoc conſentiunt ἰσημερίαν, id eſt æquidiale, dicentes.

Aequilauium ſignificat ex toto dimidium. dictum à lauatione lanæ, quæ dicitur æquilauio redire, cum dimidiũ decidit ſordibus.

Aerarij Tribuni à tribuendo ære ſunt appellati. Aerarium ſane populus Romanus in æde Saturni habuit.

Aeribus pluraliter ab ære, id eſt æramento dicit Cato.

Aeroſam appellauerunt antiqui inſulam Cyprum; quod in ea plurimum æris naſcatur.

Aerumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas ſarcinas viatores gerebãt. quarũ vſum quia C. Marius rettulit, muli Mariani poſtea appellabantur. itaque ærumnæ labores oneroſos ſignificant. ſiue, à Græco ſermone deducuntur. nam ἄρειν Græce, Latine tollere dicitur.

Aeruſcare, æra vndique, id eſt pecunias, colligere.

Aeſtimata pœna ab antiquis ab ære dicta eſt. qui eam æſtimauerunt ære: ouem decuſſi, bouem centuſſi, hoc eſt decem & centum aſſibus.

Aeſtimias, æſtimationes.

Aeſtuaria ſunt omnia, qua mare viciſſim tum accedit, tum recedit.

AGASONES equos agentes, id eſt minantes.

Agea via in naui dicta, quod in ea maxima quæque res agi ſolet.

Agedum ſignificat age modo. eſt enim adhortãtis ſermo.

Agere modo ſignificat ante ſe pellere, id eſt minare. Vergilius: & potum paſtas age Tityre. modo ſignificat iurgari: vt cum dicimus, agit cum eo furti. modo rependere: vt cũ dicimus, gratias ago. modo verbis indicare: * vt cũ dicimus cauſam ago. quin etiam ſi acceſſit geſtus, & vultus quidam decor: vt cum ſcænici agere dicuntur.

* *Indicare.*

* *Quo.* Agina eſt, qua * inſeritur ſcapus trutinæ. id eſt in quo foramine trutina ſe vertit. Vnde aginatores dicuntur, qui



paruo lucro mouentur.

Agnus dicitur à Græco ἁγνός, quod ſignificat caſtum. eo quod ſit hoſtia pura, & immolationi apta. Agnus ex Græco ἀμνός deducitur. quod nomen apud maiores cõmunis erat generis, ſicut & lupus, quod venit ex Græco λύκος.

Agolum, paſtorale baculum, quo pecudes aguntur.

Agonias, hoſtias putabant ab agendo dictas.

Agonium dies appellabatur, quo rex hoſtiam immolabat. hoſtiam enim antiqui agoniam vocabant. Agonium etiam putabant Deum dici præſidẽtem rebus agendis: Agonalia eius feſtiuitatem. ſiue quia agones dicebant montes: Agonia ſacrificia, quæ fiebant in monte. hinc Romæ mons Quirinalis Aegonis, * & collina porta Aegonenſis. * Agonium id eſt ludum. ob hoc dictum, quia locꝰ in quo ludi initio facti ſunt, fuerit ſine angulo. cuius feſta Agonalia dicebantur.

* *Agonus.* * *Agonenſis.*

ALBEGMINA partes extorum, quæ dijs immolabant.

Albeſia ſcuta dicebantur, quibus Albenſes, qui ſunt Marſi generis, vſi ſunt. hæc eadem decumana vocabantur, quod eſſent ampliſſima, vt decumani fluctus.

Albiona ager trans Tiberim dicitur, à luco Albionarũ: quo loco bos alba ſacrificabatur.

Albogalerus à galea nominatus. eſt enim pileum capitis, quo Diales flamines, id eſt ſacerdotes Iouis vtebãtur. fiebat enim ex hoſtia alba Ioui cæſa: cui adfigebatur apex virgula oleagina.

Albula Tiberis fluuius dictus ab albo aquæ colore. Tiberis autem à Tyberio * Siluio rege Albanorum: quod is in eo extinctus eſt.

* *Tyberino.*

Album, quod nos dicimus, à Græco, quod eſt ἄλφον, eſt appellatum. Sabini tamen alpum dixerunt. vnde credi poteſt nomen Alpium à candore niuium vocitatum.

Alcedo dicebatur ab antiquis pro halcyone. vt pro Ganymede Catamitus: pro Nilo Melo.

Alebria bene alentia.

Aleonem, aleatorem. Næuius: peſſimorũ peſſime, audax, ganeo, lurco, * aleo.

* *Luſtro.*

Aletudo, corporis pinguedo.

Alga, herba, quã mare ad littus proiicit. Vergilius in Bu-

colicis : Proiecta vilior alga.

Algeo ex Græco ἀλγῶ dicitur, id eſt doleo. vt ſit frigus, dolor quidam membrorum rigore coniectus. *

** Collectus)*

Alica dicitur, quod alit corpus.

Alicariæ meretrices appellabantur in Campania ſolitæ ante piſtrina alicariorum verſari quæſtus gratia. ſicut hæ, * quæ ante ſtabula ſedebant, dicebantur proſtibulę.

** eæ.*

Alienatus, qui alienus eſt factus.

Alimodi pro aliuſmodi.

Aliorſum, & illorſum, ſicut introrſum dixit Cato.

Ali rei dixit Plautus pro eo, quod eſt aliæ rei.

Alites volatu auſpicia facientes iſtæ putabantur: buteo, ſanqualis, immuſculus, aquila, vulturius.

Aliuta antiqui dicebāt pro aliter, ex Græco ἄλλη vel ἄλλως transferentes. Hinc eſt illud in legibus Numæ Pōpilij: SI QVIS ALIVTA FAXIT, IPSOS IOVI SACER ESTO.

Allus, * pollex ſcandens proximum digitum: quod velut inſiluiſſe in alium, videatur. quod Græce dicitur ἄλλεσθαι.

** Allex.*

Allienſis dies dicebatur apud Romanos obſcœniſſimi ominis. ab Allia fluuio ſcilicet, vbi Romanus fuſus à Gallis exercitus eſt.

Alma, ſancta, ſiue pulchra; vel alens: ab alendo ſcilicet.

Almities habitus almarum rerum.

Altaria ſunt, in quibus ignis adoletur. Altaria ab altitudine dicta ſunt. quod antiquis diis ſuperis in ædificiis à terra exaltatis, ſacra faciebant: diis terreſtribus in terra: diis infernalibus in effoſſa terra.

Altellus Romulus dicebatur, quaſi altus in tellure: vel quod tellurem ſuam aleret: ſiue quod aleretur telis: vel quod à Tatio Sabinorum rege poſtulatus ſit in colloquio pacis; & alternis vicibus audierit, locutúſq; fuerit. ſicut enim fit diminutiue à macro macellus, * vafro vafellus; ita ab alterno altellus.

** A Marco Marcellus*

Alter, & pro non bono ponitur; vt in auguriis altera cum appellatur auis, quæ vtique proſpera non eſt. ſic alter nonnunquam pro aduerſo dicitur, & malo.

Alteras ponebant pro eo, quod eſt aduerbium alias.

Altercatio, iurgatio.

Alternatio, per vices ſucceſſio.

Alterplicem, duplicem.



Alterta, * alterutra.

** Altertra.*

Alterum Sinnius ait idem ſignificare, quod apud Græcos ἕτερον. Quidam vero ex vtroq; eſſe cōpoſitū ἄλλος, & ἕτερος.

Altum proprie mare profundum.

Altus ab alendo dictus: alias ab altitudine.

Alucinatio, erratio.

Alueolum, tabula aleatoria.

Alumento pro Laumedonte à veteribus Romanis nec dū adſuetis Græcæ linguæ dictum eſt. ſic Melo pro Nilo, Catamit⁹ pro Ganymede: Alphi⁹ pro Alpheo dicebatur.

Aluus venter fœminæ ab alendo dicta eſt.

AM præpoſitio loquelaris ſignificat circum. vnde ſupra * ſeruus ambactus, id eſt circumactus dicitur.

** Infra.*

Amaſſo, amauero.

Amatio * ab amore denominatum.

** Amutio.*

Ambactus apud Ennium lingua gallica actus * dicitur

** Seruus.*

Ambaruales hoſtiæ appellabantur, quę pro aruis à duob⁹ fratribus * ſacrificabātur. Ambarualis hoſtia eſt, quæ rei diuinę cā circū arua ducitur ab iis qui pro frugib⁹ faciūt.

** Ac frugibus.*

Ambaxioqui, circum euntes cateruatim.

Ambegni bos, & veruex appellabantur, cum ad eorum vtraque latera agni in ſacrificium ducebantur.

Ambeſt ita tertiæ perſonæ verbum eſt, vt nullam aliam habeat declinationem.

AMbidens ſiue bidens ouis appellabatur, quæ ſuperioribus & inferioribus eſt dentibus.

AMbiguum eſt, quod in ambas agi partes animo poteſt. huiuſmodi apud Græcos ἀμφίβολον dicitur.

AMbitio eſt ipſa actio ambientis.

AMbitus propriè dicitur inter vicinorum ædificia locus duorum pedum, & ſemipedis ad circum eundi facultatem relictus. ex quo etiam honoris ambitus dici cœptus eſt à circum eundo, ſupplicādóque. AMbitus propriè dicitur circuitus ædificiorum patens in latitudinē pedes duos, & ſemiſſem; in longitudinem idem, quod ædificium. ſed & eodem vocabulo crimen auaritiæ, vel adfectati honoris appellatur.

AMbo ex Græco dictum * videtur, quod illi ἄμφω dicunt.

** Ductum.*

AMbrices regulæ, * quæ tranſuerſæ aſſeribus, & tegulis interponuntur.

** Tegulæ.*

Ambrones fuerũt gens quædã Gallica, qui ſubita inũdatione maris, cum amiſiſſent ſedes ſuas, rapinis, & prędationibus ſe ſuoſque alere coeperunt. eos, & Cimbros, Teutonoſque C. Marius deleuit. ex quo tractum eſt, vt turpis vitæ homines Ambrones dicerentur.

Ambulacra, ambulationes.

Amburbiales hoſtiæ dicebantur, quæ circum terminos vrbis Romæ ducebantur.

Ambuſtus, circum vſtus.

Amenta, quibus, vt mitti poſſint, vinciũtur iacula, ſiue ſolearum lora. ex Græco, quod eſt ἅμμαπα, ſic appellata. vel quia aptantes ea ad mentum trahunt.

Ameria vrbs in Vmbria. ab Amiro ſic appellata.

Amia genus piſcis.

*Amucinũ. Amicinum* vtris pediculum, ex quo vinum diffunditur.

Amicitiæ vocabulũ ab amore deducitur: quamuis interdum vituperandus ſit amor. ab antiquis autem ameci, & amecæ per E literam efferebantur.

Amiculum genus eſt veſtimenti a circumiectu dictum.

*Animula. Aminula * vrbs paruarum opum fuit in Appulia.

Amita patris mei ſoror, quia ſimiliter tertia a me ſit, atque auia, videri poteſt dicta: ex eo quod ab antiquioribus a uita ſit vocitata. ſiue amita dicta eſt, quia a patre meo amata eſt. nam plus ſorores a fratribus, quã fratres diligi ſolent. videlicet propter diſſimilitudinẽ perſonarum, quæ ideo minùs habent diſſenſionis, quo minùs æmulationis.

Amites, perticæ aucupales.

Amnenſes appellabantur vrbes ſitæ prope amnem, vt a mari maritimæ. vnde Interamnæ, & Antemnæ dictæ ſunt quod inter amnes ſunt poſitæ, vel antè ſe habeant amnes.

Amnis proprie dicitur a circumnando, quoniam AM ex Græca præpoſitione ſumptum, quæ eſt ἀμφὶ, ſignificat circum, & nare fluere.

Amoebaeum carmen eſt, quotiens aliqui ex æquali numero verſum canunt: & ita ſe habet ipſa reſponſio, vt aut malum, aut contrarium aliquid dicat.

Amœna dicta ſunt loca, quæ ad ſe amanda alliciant, id eſt trahant.



Amoſio, annuo.

Ampedices dicebantur ab antiquis, quod circum penderent, quos nunc appendices appellamus.

Amputata, id eſt circumputata, dicitur ab eo, quod antiqui putum pro puro dicebant. vnde deducuntur pudor, & pudicus.

Amſegetes dicuntur, quorum ager viam tangit.

Amtermini, *qui circa terminos prouinciæ manent. Vnde amiciri, amburbium, ambarualia, amplexus dicta ſunt. *Amptermini.

Amuſſim, regulariter, tractum a regula, ad quam aliquid exæquatur, quæ amuſſis dicitur. quidam amuſſim eſſe dicunt non tacite: quod mutire interdum dicitur loqui.

ANATEM morbum anuum dicebant, id eſt vetularum: ſicut ſenium morbum ſenum.

Ancæſa dicta ſunt ab antiquis vaſa, quæ cælata appellamus: quod circum cædendo talia fiant. ipſum quoque cælare verbum ab eadem cauſa eſt dictum, D litera cum L permutata.

Anceps ſignificare videtur id, quod ex vtraque parte caput habeat, vt ſecuris, bipennis. ſed magis a capiendo, quod ex vtraque parte æque captatur, *appellatum eſt. *capiatur.

Ancillæ dictæ ab Anco Martio. quod is bello magnum feminarum numerum ceperit. ſiue ideo ſic appellantur, quod antiqui anculare dicebant, pro miniſtrare. ex quo dij quoque, ac deæ feruntur coli, quibus nomina ſunt Anculi, & Anculæ.

Anclabris menſa miniſteriis diuinis apta. vaſa quoque ænea, quibus ſacerdotes vtuntur anclabria appellantur.

Anclare, *haurire. a. Græco ἀντλῶ deſcendit. Liuius: florem anclabant" liberi ex carcheſiis. *Antlare) "antlabant.

Ancunulentæ feminæ menſtruo tempore appellantur. vnde trahitur inquinamentum.

Ancus appllatur, qui aduncum brachium habet, vt exporrigi non poſſit

Andrõ locus domicilij appellatur anguſtior lõgitudine, in quo viri plurimi *morabantur, vt gynæceum a mulieribus. *plurimum.

Andruare, id eſt recurrere a Græco verbo ἀναδρᾶν, id eſt inuenire hinc & drua vocata eſt.

Angeronæ deæ ſacra a Romanis inſtituta ſunt, cũ angina

omne genus animalium conſumeretur, cuius feſta Angeronalia dicebantur.

Anginam vinariam habere dicuntur, qui vino ſuffocantur.

Angiportus, iter compēdiarium in oppido: eo quod ſit anguſtus portus, id eſt aditus in portum.

Angor eſt animi, vel corporis cruciatus, proprie a Græco *ἀγχόνη) ſυνάγχη, id eſt ſtrangulatione dictus. vnde & faucium dolor angina vocatur. Plautus: vellem me in anginam verti. quo huic anniculae fauces præoccuparem.

Angulus a Græco ἀγκυλον: ſiue ab eo, quod eſt ἐγγὺς. id eſt *adducatur. prope quod aduncatur.* quod ex diuerſo coacta faciunt anguli formam.

Annaria lex dicebatur ab antiquis ea, qua finiuntur animagiſtratus capiendi.

Annus ex Græco venit quem illi ἔνον dicunt? & quod nos *trimum. triennium*, illi dicunt τρίενον.

Anquirere eſt, circum, querere.

Antarium bellum, quod ante vrbem geritur.

Ante Terentius pro antea ponit.

Antefixa, quæ ex opere figulino tectis adfiguntur ſub ſtillicidio.

Antes ſunt extremi ordines vinearum, vnde etiam nomen trahunt antæ, quæ ſunt latera oſtiorum.

Anteurbana prædia, vrbi propinqua.

Antiæ muliebres capilli demiſſi in frontem appellati ex *ἄντιον. Græco videntur. quod enim nos contra, illi ἀντὶ* dicunt.

Anticum veteres etiam pro ianua poſuere.

Antigerio antiqui pro valde dixerunt.

Antios, id eſt excruciatos.

Antipagmenta valuarum ornamenta: quæ antis adpangūtur, id eſt adfiguntur.

Antiquare eſt in morem priſtinum reducere.

Antras, conualles, vel arborum interualla.

Antroare, gratias referre. truant, mouēt truam quoque vocant, quo permouent coquentes exta.

Anus dicta eſt ab annorum multitudine: quoniam antiqui non geminabant conſonantes vel quod iam ſit ſine ſenſu, qui Græce dicitur νοῦς.

*Axur) Anxur * vocabatur, quæ nunc Tarracina dicitur Volſcæ



gentis. ſicut ait Ennius: Vulſculus perdidit Anxur.

APE apud antiquos dicebatur, prohibe, compeſce.

Apellinem antiqui dicebant pro Apollinem.

Aperta idem Apollo vocabatur, quia patente cortina reſponſa ab eo dentur.* *darentur.

Apex qui eſt ſacerdotum inſigne, dictus eſt ab eo, quod comprehendere antiqui vinculo, apere dicebant. vnde aptus is, qui conuenienter alicui iunctus eſt.

Apica dicitur ouis, quæ ventrem glabrum habet.

Apiculum filum, quo flamines velatum apicem gerunt.

Apluda eſt genus minutiſſimæ paleæ frumenti ſiue panici. de qua Næuius: Non hercle apluda eſt hodie, quam tu nequior. ſunt qui apludam ſorbitionis liquidiſſimū putent genus, quod flatu deiiciatur, & quaſi adplaudatur.

Apluſtria* nauium ornamenta, quæ quia erant amplius, * Apluſtra quam eſſent neceſſaria vſu, etiam ampluſtria* dicebantur. * ampluſtra

Apollinares ludos, hoc eſt in laudē Apollinis, populus laureatus ſpectabat ſtipe data pro cuiuſque copia.

Apor* apud. * Apot)

Appellitauiſſe, appellaſſe.

Appia via, & aqua ab Appio Claudio eſt appellata.

Apricum locum a ſole apertum. a Græco vocabulo φρίκης appellatur, quaſi ἀφρίκης, id eſt ſine horrore, videlicet frigoris. vnde etiam putatur Africa appellari.

Aptus cum propria ſignificatione intelligatur, poni tamē ſolet pro adepto: ſicut apiſci pro adiſpici.

Apua, genus minimi piſciculi.

Apud mutuam loci, & perſonæ coniunctionem ſignificat: vt cum dicimus cæno apud amicum. Apud, & Penes in hoc differunt: quod alterum perſonam cum loco ſignificat: alterum perſonam, & dominium, ac poteſtatem. quod trahitur a penitus.

AQVA dicitur, a qua iuuamur.* Aqua & ignis Interdici ſolet *viuamus. damnatis, quam * accipiunt nuptæ: videlicet, quia hæ *quæ) duæ res humanam vitam maxime continent. Itaque funus proſecuti redeuntes ignem ſupergrediebātur aqua adſperſi: quod purgationis genus vocabant ſuffitionē.

Aquælicium dicitur, cū aqua pluuialis remediis quibuſdā elicitur: vt quōdā, ſi creditur, manali lapide in vrbē ducto.

Aquagium quaſi aquæ agium, id eſt aquæ ductus appellatur.

Aquarioli dicebantur mulierũ impudicarum ſordidi adſeclæ.

Aquilus color eſt fuſcus, & ſubniger. a quo aquila dicta eſſe videtur. quamuis eam ab acute volando dictã volunt. Aquilus autem color ab aqua eſt nominatus. nam cum antiqui duos omnino naturales noſſent, id eſt album & nigrum: interuenerit autem is quoque qui ita neutri ſimilis eſt, vt tamen ab vtroque proprietatẽ trahat: potiſſimum ab aqua eum denominarunt, cuius incertus eſt color.

(*Aquilius) vel Aquillus) ''nomen))* Aquilius* prænomen'' ab aquilo colore, id eſt nigro, eſt dictum.

Aquilo ventus a vehemẽtiſſimo volatu ad inſtar aquilæ appellatur.

(**Acipenſer)*) Aquipenſer* genus piſcis.

Arabice olet, id eſt ex odoribus Arabicis.

Arbilla aruina, id eſt pinguedo corporis.

(**qui.*) Arbiter dicitur iudex, quod* totius rei habeat arbitrium, & facultatem.

Arbitrarium, cum adhuc res apud arbitrum geritur.

Arbitrium dicitur ſententia, quæ ab arbitro ſtatuitur.

Arboſem pro arbore antiqui dicebant, & roboſem pro robore.

Arbutus genus arboris frondibus raris. Vergilius: & quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra.

Arca deminutiuum facit arculam, & arcellam: vt a porco porculum, & porcellum: a mamma mammulam, & mãmillam.

Arcani ſermonis ſignificatio trahitur ſiue ab arce, quæ tutiſſima pars eſt vrbis, ſiue a genere ſacrificij, quod in arce fit ab auguribus, adeo remotum a notitia vulgari, vt ne litteris quidem mandetur: ſed per memoriam ſucceſſorum celebretur. ſiue ab arca, in qua, quæ clauſa ſunt tuta manent. cuius ipſius origo ab arcendo pendet.

Arcere eſt continere. vnde & arcus in ædificiis dictus eſt: quia ſe ipſum continet. Alij dicunt arcum dictum eſſe ab opere arrigendo in altitudinem. Arcere prohibere eſt. ſimiliter abarcet prohibet. porcet quoque dictum ab



ab antiquis, quaſi porro arcet, & pro eo, quod eſt continet, ponitur. vnde & coercere continere dicimus. trahitur autem hoc verbum a Græcorum magiſtratu, quẽ illi ἄρχοντα vocant, in cuius poteſtate eſt cogere, vel prohibere.

Arcubiæ, qui excubabant in arce.

Arcula dicebatur auis, quæ in auſpiciis vetabat aliquid fieri.

Arculata dicebantur circuli, qui ex farina in ſacrificiis fiebant.

Arculum appellant circulum, quem capiti imponebant ad ſuſtinenda commodius vaſa, quæ ad ſacra publica capite portabantur.

Arculus putabatur etiam deus, qui tutelam gereret arcarũ. (** Arcirma*)

Arcuma *genus plauſtri eſt modici, (quo homo geſtari'' poſſit. (*''quod homo geſtare.*)

Area proprie dicitur locus vacuus, quaſi exaruerit, & non poſſit quidquam generare.

Arferia aqua, quæ inferis libabatur. dicta a ferendo. ſiue vas vini, quod ſacris adhibebatur.

Argea* loca Romæ appellantur: quod in his ſepulti eſſent quidem Argiuorum illuſtres viri. (**Argei.*)

Argennon argentum percandidum.

Argeos vocabant ſcirpeas effigies, quæ per virgines Veſtales annis ſingulis iaciebantur in Tiberim.

Argus, oculeus. Argus nomen eſt hominis, qui fuiſſe fingitur oculis plenus.

Argutum iri, in diſcrimen vocari.

Aridum proprie eſt, quod naturalem humorem amiſit. dicitur autem per contrariam ſignificationem, quod irrigari deſierit. nam Græce irrigare eſt ἄρδειν.

Arilator qui etiam cocio *appellatur, dictus videtur a voce Græca, quæ eſt αἶρε'', id eſt tolle, quia ſequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli poſſit tollere. lucellũ deminutiuum eſt a lucro. (**coctio ''ἆρα.*)

Ariminum a nomine fluminis propinqui eſt dictum.

Ariſtophorum vas, in quo prandium fertur, vt diſcus.

Arma proprie dicuntur ab armis, id eſt humeris, dependentia: vt ſcutum, gladius, pugio, ſica, & ea quibus prope præliatur: ſicut tela, quibus procul.

b

Armata dicebatur virgo ſacrificãs,cui lacinia togæ in humerum erat reiecta. Legibus etiam Laurentium ſancitum eſt, ne pomum ex alieno legatur in armum , id eſt quod humeri onus ſit.

Armẽtum id genus pecoris appellatur, quod eſt idoneum ad opus armorum, Inuenies tamen feminine armentas apud Ennium poſitum.

Armillas ex auro,quas viri militares ab imperatoribus donati gerunt,dictas eſſe exiſtimant,quod antiqui humeros cum brachiis armos vocabant. vnde arma ab his dependentia ſunt vocata.

Armillum vas vinariũ in ſacris,dictum, quod armo, id eſt humero deportetur.

Armiluſtrium feſtum erat apud Romanos , quo res diuinas armati faciebãt:ac dum ſacrificarẽt,tubis canebant.

Arnæ caput,agni * caput. *agnæ)

Arquites arcu præliantes,qui nunc dicuntur ſagittarij.

Arſe verſe , auerte ignem ſignificat. Tuſcorum enim lingua arſe,auerte:verſe,ignem cõſtat appellari.vnde Afranius ait : Inſcribat aliquis in oſtio ARSE VERSE.

Arſineum,ornamentum capitis muliebris.

Artifices dicti,quod ſciẽtiam ſuam per artus exercent,ſiue quod apte opera inter ſe artent.qua ex cauſa etiam artes appellatæ ſunt.

Artitus, bonis inſtructus artibus.

Artus ex Græco appellantur , quos illi ἄρθρα dicunt.ſiue artus dicti,quod membra membris artentur.

Aruum dicimus agrum necdum ſatum.

Arytenam , ſiue artenam , vas ab hauriendo * ſic appellabant. *ἀρύειν.

ASPARAGVS herba dicta , quod in aſpero virgulto naſcatur.

Aſſa dicebatur cantus tibiarum.

Aſſeres dicti,quod aſſideant parieti,trabibuſque.

Aſſiratum*apud antiquos dicebatur genus quoddam potionis ex vino, & ſanguine temperatum,quod Latini priſci ſanguinem aſſir vocarent. *aſſaratum

Aſt ſignificat at:ſed,vel autem.

Aſtu apud poëtas aſtutiã ſignificat , cuius origo ex Græco ab oppido ἄστυ deducitur : in quo qui conuerſati aſſidue ſint,cauti,atque acuti eſſe videantur.



Aſtutus, arte tutus.

AT differentiam rerum ſignificat.vt cum dicimus , Scipio eſt bellator,at M.Cato orator.

Atanuuium*eſt poculi fictilis genus,quo in ſacrificiis Romani vtebantur ſacerdotes Potitij." *Atauium potioni.

Atauus,quia tata*eſt aui" , id eſt pater : vt pueri vſurpare ſolent. Atta abaui)

Atra bilis ab atro,id eſt , animi vitio dicta.eſt enim atrum nigrum,id eſt,a candore remotum.

Atratas*atrati coloris. *atritas

Atriplexum herba,quæ nnnc atriplex dicitur.

Atrium proprie eſt genus ædificij ante ædem continens mediam aream,in quam collecta ex omni tecto pluuia deſcendit . dictum autem atrium, vel quia id genus ædificij Atriæ primum in Etruria ſit inſtitutum: vel quia a terra oriatur : quaſi aterreum.* *alterum.

Atroces appellantur ex Græco , quia illi atrocia appellant,quæ cruda ſunt.ſiue atrox dicitur ab eo , quod nihil timeat.τρέσαι enim Græci dicunt timere.

Attæ appellantur , qui propter vitium crurum , aut pedum plantis inſiſtunt , & attingunt magis terram, quam ambulant . quod cognomen Quintio poëtæ adhæſit.

Attam pro reuerẽtia ſeni cuilibet dicimus : quaſi eum aui nomine appellemus.

Atticiſſat, Attice loquitur. Plautus:non Atticiſſat, ſed* Siciliſſat.id eſt Sicule loquitur. *verum)

Attinge pro attingam poſuere.

AVCTA ſæpe aucta.

Auctarium dicebant antiqui , quod ſupra menſuram, vel pondus iuſtum adiiciebatur , vt cumulus vocatur in modio.

Auctor communis generis apud antiquos.

Auctum vocabatur ſpatium circi , quod ſupra definitum modum victoriæ adiungitur.

Audacia ab auide,id eſt, cupide agendo,dicta eſt.

Audacias pluraliter Cato dixit.

Audax deminutiuum facit audaculus.

Audiuitaui,*ſæpe audiui. *Audita

Auentinus mons intra vrbem dictus eſt, quod ibi rex Albanorum Auentinus bello fuerit extinctus, atque ſepultus.

Auere nihil aliud eſt, quam cupere. argumento eſt auidũ, & auiditatem.*e xquibus præcipua cupiditas intelligitur, cum ſignificet & gaudere. *auiditas)

Aues ab aduentu earum dicuntur, quod inde veniant, vnde quis non ſuſpicetur.

Augur ab auibus, gerẽdoque dictus, quia per eum auium geſtus edicitur*: ſiue ab auiũ garritu: vnde & auguriũ. *editur

Auguraculum appellabant antiqui, quam nos arcem dicimus: quod ibi augures publice auſpicarentur.

Auguſtus locus ſanctus, ab auium geſtu, id eſt quia ab auibus ſignificatus eſt, ſic dictus: ſiue ab auium guſtatu, quia aues paſtæ id ratum fecere.

Auidus a non videndo propter nimiam cupiditatem appellatur. ſicut amens, qui mentem ſuam non habet.

Auillas agnas recentis partus.

Aulas antiqui dicebant, quas nos dicimus ollas: quia nullam litteram geminabant. Itaque aulicoqua* exta, quæ in aulis" coquebantur, dicebant, id eſt elixa. *aulicoctia "ollis)

Auolant, euolant.

Aureas dicebant frenos, quibus equorum aures rediguntur.* *religantur

Aureax auriga. aureas enim dicebatur frenũ, quod ad aures equorum religabatur. orias quo ora coercebantur.

Aureliam familiam ex Sabanis oriundam a Sole dictam putant: quod ei publice a populo Romano datus ſit locus, in quo ſacra facerent Soli. qui ex hoc Auſelij dicebantur, vt Valeſij, Papiſij: pro eo, quod eſt Valerij, Papirij.

Auricalchum, vel oricalchum quidam putant compoſitum ex aere, & auro: ſiue quod colorẽ habeat aureum. oricalchum ſane dicitur, quod in montuoſis locis inuenitur. mons etenim Græce ὄρος appellatur.

Auritus a magnis auribus dicitur. vt ſunt aſinorum, & leporum. alias ab audiendi facultate.

Aurum dictum, quia præcipue cuſtoditur. Græce enim ὠρεῖν, cuſtodire dicitur. vnde & theſaurum. Hippocrates medicus de nomine inuentoris id dictum putat. quem



vocitatum ait Aurum *quidam a ſimilitudine auroræ coloris nomen traxiſſe exiſtimant, nonnulli quia mentes hominum auertat. alij a Sabinis tranſlatum putant: quod illi auſum dicebant. *Aurion.

Auſculari dicebant antiqui pro oſculari. quod eſt os cum ore conferre.

Auſis, audeas.

Auſoniam appellauit auſon Vlyſſis, & Calypſus filius eam primam partem Italiæ, in qua ſunt vrbes Beneuentum, & Cales. deinde, paulatim tota quoque Italia, quæ Appennino finitur. *dicta eſt Auſonia ab eodem duce, a quo etiam conditam fuiſſe Aruncam" vrbem ferunt. *funditur. "Auruncam

Auſpicium ab aue ſpicienda. nam quod nos cum præpoſitione dicimus aſpicio, apud veteres ſine A præpoſitione ſpicio dicebatur.

Autumnum quidam dictum exiſtimant, quod tunc maxime augeãtur hominum opes coactis agrorũ fructibus.

Auunculus matris meæ frater. traxit appellationem ab eo, quod æque tertius a me, vt auus eſt: ſed non eiuſdem iuris. ideoque vocabuli facta deminutio eſt. ſiue auunculus appellatur, quod aui locum obtineat, & proximitate tueatur ſororis filium.

Auus patris, matriſque pater. dictus a Græco vocabulo, quod eſt apud eos πάππος, mutatis quibuſdam litteris. Alij volunt, quod ex ea voce appelletur, quod apud eoſdem Græcos πάπα* appellatur. ſignificatque magnum. cum veluti magnus pater ſit auus. Alij putant auum dictum eſſe, quia ad duos attineat, quaſi adduum: vel quia ad patrem ſit additus. *ἀγὸς

Auxiliares dicuntur in bello ſocij Romanorum exterarum nationum, dicti ex Græco vocabulo αὔξησις, quod nos dicimus rerum creſcentium auctionem.

Auxilla, olla paruula.

AXAMENTA dicebantur carmina ſaliaria, quæ a Saliis ſacerdotibus componebantur in vniuerſos homines (compoſita) Nam in deos ſingulos verſus facti, a nominibus eorum appellabantur. vt Ianualij, * Iunonij, Mineruij. *Ianulij

Axare, ominare.

Axe adglomerati, vniuerſi ſtantes, id eſt cohortibus, aut legionibus.

Axis, quem Græci ἄξονα dicunt, plures habet ſignificationes. Nam & pars cæli ſeptentrionalis, & ſtipes teres, circa quem rota vertitur: & tabula ſectilis axis appellatur.

Axitioſi factioſi dicebantur: cum plures vna quid agerent, facerentque. Axit autem antiquos dixiſſe, pro egerit, manifeſtum eſt. vnde Axies mulieres, ſiue dij dicebantur vna agentes.



BACAR vas vinarium ſimile bacrioni.* *Baccioni. vel batrioni.

Bacchanalia dicebantur Bacchi feſta.

Bacrionem * dicebant genus vaſis longioris manubrij. hoc alij trullam appellant. *Baccionem, vel Batrionem.

Baiulos dicebant antiqui, quos nunc dicimus operarios. vnde adhuc baiulari dicitur.

Balænæ nomen à Græco deſcendit. hanc illi φάλαιναν dicunt antiqua conſuetudine, qua πύῤῥον burrum, πύξον buxum dicebant. Balænam belluam marinam, ipſam dicunt eſſe piſtricem, ipſam eſſe cetum.

Balatrones, & blateas bullas * luti ex itineribus: aut quod de calciamentorum ſoleis eraditur, appellabant. *ballas.

Barathrum Græci appellant locum præcipitem, vnde emergi non poſſit. dictum ab eo, quod eſt βαθύς.

Barbari dicebantur antiquitus omnes gentes exceptis Græcis. vnde Plautus Næuium poëtam Latinum, barbarum dixit. & de ſe cum transferret fabulam ex Græco dixit. M. Attius * vertit barbare (Fortaſſe & hinc noſter *Marcus. apoſtolus Græcis, ac barbaris ſe debitorem eſſe fatetur.)

Barbaricum appellatur clamor exercitus: videlicet quod eo genere barbari vtantur.

Bardus ſtultus a tarditate ingenij appellatur. Cæcilius: nimis audacem, nimiſque bardum barbarum. trahitur autem à Græco, quod illi βάρδους dicunt. Bardus Gallice cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit, à gente Bardorum, de quibus Lucanus. Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

Barium vrbem Italiæ appellauerunt conditores eius, expulſi ex inſula Bara, quæ non longe eſt à Brundiſio.

Barrire elephanti dicuntur. ſicut oues dicimus balare, vtique à ſono ipſo vocis.

Baſilica ἀπὸ τοῦ βασιλίος, hoc eſt rege dicta.

Baſilicum, regale.

Baſilicus appellatur genus ſerpentis. vel quod in capite habeat album inſtar diadematis: vel quod reliqua ſerpentum genera vim eius fugiant.

Batus genus herbæ.

BELLARIVM, & bellaria res aptas bellis appellabant.

Bellicrepam ſaltationem dicebant, quando cum armis ſaltabant, quod a Romulo inſtitutum eſt ne ſimile pateretur quod fecerat ipſe, cum a ludis Sabinorum virgines rapuit.

**Varru.* Bellitudinem ſicut magnitudinem Verrius *dixit.

Bellona dicebatur dea bellorum, ante cuius templum erat columella, quæ bellica vocabatur. ſupra quam haſtam iaciebant, cum bellum indicebatur.

Bellule, asud Plautum, deminutiuum aduerbium eſt a bene, quod facit belle, & bellule.

Bellũ a belluis dicitur: quia belluarũ ſit pernicioſa diſſẽſio

Bellutus beſtiæ ſimilis.

Beneficiarij dicebantur milites, qui vacabant muneris beneficio. e contrario munifices vocabantur, qui non vacabant, ſed munus reipublicæ faciebant.

Beneuentum colonia cum deduceretur, appellari coeptum eſt melioris ominis cauſa. namque eam vrbem antea Græci incolentes μαλοίπον appellarunt. **μαλεβέντ)*

Benignus proprie dicitur is, qui bonis, & dignis largitur. eſt autem compoſitum ex bono, & gignendo.

Benna, lingua Gallica genus vehiculi appellatur. vnde vocantur conbennones in eadem benna ſedentes.

Bes appellatum eſt, quod bis triens ſit, quamuis dura cõpoſitio fiat beſſis ex triente. beſſis vnciæ octo ſunt, triens* quatuor. **trientis)*

B i b l i o t h e c a e & apud Græcos, & apud Latinos tam librorum magnus per ſe numerus, quam locus ipſe, in quo libri collocati ſunt, appellantur.

Bidental dicebant quoddam templum, quod in eo bidentibus hoſtiis ſacrificaretur. Bidentes autem ſicut oues* duos dentes longiores ceteris habentes. **hoſtiae.*

Bigenera dicuntur animalia ex diuerſo genere nata. vt leopardus ex leone & panthera, (cicurſus * ex apro & ſcropha domeſtica, mulus ex equa & aſino.

Bignæ geminæ dicuntur, quia bis vna die natæ ſunt.

Bilbit factũ eſt a ſimilitudine ſonitus, qui fit in vaſe. Næuius, Bilbit amphora, inquit.

Bilingues Brutates Ennius dixit, quod Brutij & Oſce, & Græce loqui ſoliti ſint. ſunt autem Italiæ populi vicini Lucanis.



Billis apud Afros appellatur ſemen humanum humi profuſum.

Binomius, cui geminum eſt nomen, vt Numa Pompilius, Tullus Hoſtilius.

Biſeta porca dicitur, cuius a ceruice ſetæ bifariam diuiduntur, cum iam eſſe incipit maior ſex menſium.

Bitienſes dicuntur, qui peregrinantur aſſiduè.

B l a n d i c e l l a verba blanda per deminutionem ſunt dicta.

Blaterare eſt ſtulte, & percupide loqui; quod à Græco βλὰξ originem ducit. ſed & camelos, cum voces edunt, blaterare dicimus,

Blennos ſtultos eſſe Plautus indicat, qui ait: Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones.

Blitum genus oleris a ſaporis ſtupore appellatum eſſe ex Græco putatur, quod ab his βλὰξ dicatur ſtupidus.

B o a * ſerpens eſt aquatilis; quem Græci ὕδρον vocant. **Boua.* à qua icti obturgeſcunt. crurum quoque tumor viæ labore collectus boa * appellatur. **Boua.*

Boare, id eſt clamare, a Græco deſcendit βοάω.

Boarium forum Romæ dicebatur; quod ibi venderentur boues.

Bocas genus piſcis. a boando, id eſt vocem emittendo appellatur.

Boiæ, id eſt genus vinculorum, tam ligneæ, quam ferreæ dicuntur.

Boicus ager dicitur, qui fuit Boiorum Gallorum. is autem eſt in Gallia citra Alpes, quæ togata dicitur, in qua* ſunt Mediolanenſes. **quo)*

Bombitatio * eſt ſonus apum. ab ipſo ſonitu dictus; ſicut mugitus boum, hinnitus equorum. ** Bombizatio, vel Bombigatio.*

Bona, id eſt ſubſtantia rerũ, dicta ſunt ꝙ digna ſint bonis.

Botulus genus farciminis propter connexionem a bolis ſic appellatur.

Bouem bidentem a dentium numero dicunt appellari.

Bouinatur, conuiciatur.

B r a c h i v m nos, Græci βραχίων dicunt. quod deduciducitur à βραχὺ, id eſt breue: eo quod ab humeris ad manus breuiores * ſint, quàm à coxis plantæ. **Breuiora)*

Braſſica a præſecando eſt dicta.

Breue à Græco deſcendit, quod eſt βραχύ.

Bruma à breuitate dierum dicta.

*Brundam. Brundiſium quidam poëtæ breuitatis cauſa Brendam* dixerunt.

Brutianæ parmæ dicebantur ſcuta, quibus Brutiani ſunt vſi.

Brutiani dicebantur, qui officia ſeruilia magiſtratibus præſtabant: eo quod hi primum ſe Hannibali tradiderant; & cum eo perſeuerauerunt, vſquedum recederet de Italia.

Brutum antiqui grauem dicebant.

Bubinare eſt menſtruo mulierum ſanguine inquinari. Lucilius: Hæc, inquit, te imbubinat, & contra te imbulbitat. Imbulbitare eſt puerili ſtercore inquinari. dictum ex fimo quod Græci appellant βόλβιτον.

*Bubeum. Bubleum * eſt genus quoddam vini.

Bublinum.) Buccina quam nos appellamus, Græci buchianon à ſimilitudine ſoni dicunt.

Bucephalus vocatus eſt equus Alexandri regis, propter quandam bubuli capitis ſimilitudinem.

Bucerum pecus de bubus dicimus.

Bulgas Galli ſacculos ſcorteos appellant.

Bulimam Græci magnam famem dicunt, adſueti magnis, & amplis rebus præponere BV, à magnitudine ſcilicet bouis. hinc eſt, quod grandes pueros bupædas appellant; & mariſcam ficum, buſycon.

Bulla aurea inſigne erat puerorum prætextatorum, quæ dependebat eis à pectore, vt ſignificaretur eam ætatem alterius regendam conſilio. dicta autem eſt à Græco ſermone βουλή, quod conſilium dicitur Latine. vel quia eam partem corporis bulla contingat, id eſt pectus, in quo naturale manet conſilium.

Burranica potio appellatur lacte commixtum ſapa. a rufo colore, quem burrum vocant.

Burranicum, genus vaſis.

Burrum dicebant antiqui, quod nunc dicimus rufum. vnde ruſtici burram appellant buculam, quæ roſtrum habet rufum. pari modo rubens cibo ac potione ex prandio burrus appellatur.

Buſtum proprie dicitur locus, in quo mortuus eſt combuſtus, & ſepultus. diciturque buſtum quaſi bene vſtum. vbi vero combuſtus quis tantum modo, alibi verò eſt ſepultus, is locus ab vrendo vſtrina vocatur. ſed modo buſtum, eo, quod ſepelitur, ſepulchra vocamus.



Buteo genus auis, quæ ex eo ſe alit, quod accipitri eripuerit: vaſtitatiſque eſt cauſa his locis, quæ intrauerit, vt bubo: à quo etiam appellatur buteo.

Butubata, Næuius pro nugatoriis poſuit, hoc eſt nullius dignationis.

CACVLA ſeruus militis. Plautus: Video caculam militarem. dicitur autem à Græco κάλον, quod fuſtibus clauiſque ligneis ad tutelam dominorum armari ſoliti ſint.

Caculatum, ſeruitium.

Cadmea terra, quæ in æs coniicitur, vt fiat orichalcum.

Caduca auſpicia dicunt, cum aliquid in templo excidit, veluti virga è manu.

Caduceatores legati pacem petentes. Cato: Caduceatori inquit, nemo homo nocet.

Cæcultant, cæcis proximi ſunt oculorum acie obtuſa. Plautus: Num nam mihi oculi cæcultant? eſt ne hic noſter Hermio?

Cæcultare eſt cæcos imitari.

Cæculus condidit Præneſte. Vnde putant Cæcilios ortos, quorum erat nobilis familia apud Romanos. Alij appellatos eos dicunt à Cæcade Troiano Aeneæ comite.

Cæcum vallum dicitur, in quo præacuti pali terræ adfixi, herbis vel frondibus occuluntur.

Cædem putant ex Græco dici, quod apud illos κτείνειν * ſignificat interficere.

Cædere à cædendo * dictum.

* καίνειν.

* Cedere à cadendo.

Cæditiæ tabernæ in via Appia à Domini nomine ſunt vocatæ.

Cælaſſis, cælaueris.

Cæleſtia auguria vocant, cum fulminat, aut tonat.

Cælibem dictum exiſtimant, quod dignam cælo vitam agat.

Cælla, quod ea cælentur, quæ volumus eſſe occulta.

Cœna apud antiquos dicebatur, quod nunc eſt prandium. Veſperna, quam nunc cænam appellamus.

Cænacula dicuntur, ad quæ ſcalis aſcenditur.

Cærimoniam cauſam alij ab oppido Cære dictam exiſtimant; alij à caritate dictam iudicant.

Cæſar, quod eſt cognomen Iuliorum, à cæſarie dictus eſt, quia ſcilicet cum cæſarie natus eſt.

Cæſariati, comati.

Cæſones appellantur ex vtero matris exſecti.

Ceſtus vocantur & ij, quibus pugiles dimicant. & genus



quoddam muliebris ornatus.

Calaſis tunicæ genus quod Græci καλάσιριν dicunt. Alij dicunt nodum eſſe tunicæ muliebris, quo connexa circa ceruicem tunica ſubmittitur.

Calathos Græci, nos dicimus quaſillos.

Calatores dicebantur ſerui, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod eſt vocare; quia ſemper vocari poſſent ob neceſſitatem ſeruitutis.

Calbeos armillas dicebant, quibus triumphantes vtebantur, & quibus ob virtutem milites donabantur.

Calces ampullæ plumbeæ.

Calicata ædificia calce polita. Calicatis calce politis.

Calim antiqui dicebant pro clam; vt nis pro nobis; ſam pro ſuam; im pro eum.

Caliptra genus veſtimenti, quo capita operiebant.

Calix, quod in eo calidum bibitur: vel à Græco κύλιξ.

Calones, calcei ex ligno facti. Calones militum ſerui, dicti, quia ligneas clauas gerebant, quæ Græci κᾶλα vocant. Is quoque qui huiuſmodi telo vtitur, clauator appellatur.

Calpar vinum nouum, quod ex dolio demitur ſacrificij cauſa ante, quam guſtetur. Ioui enim prius ſua vina libabant, quæ appellabant feſta vinalia. Calpar genus vaſis fictilis.

Calpurnij à Calpo Numæ regis filio ſunt oriundi.

Camara, & camuri boues à curuatione, & Græco καμπαὶ dicuntur.

Camelis virginibus ſupplicare nupturæ ſolitæ erant.

Camenæ muſæ à carminibus ſunt dictæ: vel quod canunt antiquorũ laudes: vel quod ſint caſtæ mentis præſides.

Camillus propriè appellatur puer ingenuus.

Cana dicunt Græci, nos caniſtra, & per deminutionem caniſtella.

Canalicolæ forenſes, homines pauperes dicti, quod circa canales fori conſiſterent.

Cancri dicebantur ab antiquis, qui nunc per deminutionem cancelli. ex quo genere ſunt calces, qui per deminutionem appellantur calculi.

Candelabrum dictum, quod in eo candelæ figantur.

Canentas capitis ornamenta.

Canephora * mulier appellatur, quæ fert canũ; id eſt qua-

*Camara dicunt vt Verrius Flaccus affirmat non Cameræ per e. Sed Lucretius Cameræque Caminis. Excratibus dicendo, etiam Camirã dici poſſe oſtendit Chariſius libr. Gram. pag. 55.*

* *Canifera.*

lum quod eſt ciſtæ genus.

Canicæ furfures de farre, à cibo canum vocatæ.

Canitudinem pro canitie. Plautus: Stultus eſt aduerſus ætatem, & capitis canitudinem.

* Canẽſem. Canenſem * curſorem Titinius pro piſtore dixit.

Canta pro cantata ponebant.

Cantherius hoc diſtat ab equo, quod maialis à verre, capus à gallo, veruex ab ariete. eſt enim cãtherius equus, cui teſticuli amputantur.

Canturnus nomen loci.

caperatũ rugoſũ, à cornuũ caprinorũ ſimilitudine dicitur

Capidulum genus veſtimenti, quo caput tegebatur.

Capillatam vel capillarem arborem dicebant, in qua capillum tonſum ſuſpendebant.

Capis poculi genus dictum à capiendo.

Capita deorum appellabantur faſciculi facti de verbenis.

* Capitale. Capital * facinus, quod capitis pœna luitur. Capital, linteum quoddam, quo in ſacrificiis vtebantur.

* Capite. Capitalis lucus, vbi ſiquid violatum eſt, caput * violatoris expiatur.

Capitarium æs, quod capi poteſt.

* Campas. Cappas * marinos equos Græci à flexione poſteriorum partium appellant.

Capræ dictæ, quod omne virgultum carpant, ſiue à crepitu crurum. Vnde & crepas eas priſci dixerunt.

Capreoli vitium cincinni intorti, quia ad locum capiendum tendunt appellati.

Caprilia appellatur ager, qui vulgo ad Capræ paludes dici ſolet.

Capronæ equorum iubæ in frontem deuexæ, dictæ quaſi à capite pronæ.

Caprunculum vas fictile.

* χύμ-ψας.) Capſæ à Græco appellantur. Has illi χάμπλεας * dicunt.

Capſit, prehenderit.

Captus locus dicitur ad ſacrificandũ legitimè cõſtitutus.

Capuam in Campania quidam à Capy appellatam ferunt, quem à pede introrſus curuato nominatum antiqui, noſtri Falconem vocant: alij à planicie regionis.

Capulum & manubrium gladij vocatur, & id, quo mortui efferuntur. vtrumque à capiendo dictum. ſane à capulo



ſit capularis.

Caput ex Græco dictum, quod illi interdum κάρα dicunt. *Obiiciẽtes.

Carinantes, probra obiectantes. * à carina dicti, quæ eſt infima pars nauis: ſic illi ſortis infimæ.

Cariſſam " apud Lucilium vafram * ſignificat. "Capriſſam. * Vafrum.

Carnificis loco habebatur is, qui ſe vulneraſſet, vt moreretur.

Caſa à cauatione dicta.

Caſaria, quæ cuſtodit caſam.

Caſcum, antiquum.

Caſeus à coeundo dictus. *Varro 4. de lingua Latina dicit dictum lacte coacto.*

Caſinam fabulam Plautus inſcripſit ab ancillæ nomine Caſina, quam amari à ſene introduxit.

Caſnar, ſenex Oſcorum lingua.

Caſſabundus crebro cadens.

Caſſia via à Caſſio ſtrata.

Caſſiculum, reticulũ, à caſſibus per deminutionẽ dictum.

Caſſilam antiqui pro caſſide ponebant.

Caſta mola genus ſacrificij, quod Veſtales virgines faciebãt.

Caſtrenſi corona donabatur, qui primus hoſtium caſtra pugnando introiſſet. cui inſigne erat ex auro vallum.

Caſus dicimus non modo ea, quæ fortuito hominibus accidũt, ſed etiam vocabulorum formas: quia in aliam, atque aliam cadunt effigiem.

Catachreſin tropum nos abuſionem dicimus, cum alienis abutimur perinde, ac propriis, cum propria deficiunt.

Catamitum pro Ganymede dixerunt, qui fuit Iouis concubinus.

Catampo genus eſt luſus.

Catax, claudus.

Catifons, ex quo aqua Petronia in Tiberim fluit; dictus, quod in agro cuiuſdam fuerit Cati.

Catilatio graue obproprium hominibus generoſis obiiciebatur, ſiqui prouincias amicas populi Romani expoliaſſent.

Catilones * appellabant antiqui guloſos. Catiliones.

Catones " appellantur portus in mari interiores arte & manu facti. " Cothones.

Catularia porta Romæ dicta eſt, quia non longe ab ea ad

placandū caniculæ ſidus frugibus inimicum rufæ canes immolabantur, vt fruges flaueſcentes ad maturitatem perducerentur.

Catulinam carnē eſitauiſſe, hoc eſt comediſſe Romanos Plautus in Saturione refert.

Catulus genus quoddam vinculi, qui interdum canis appellatur.

* Caudetæ. Caudecæ *ciſtellæ ex iunco, à ſimilitudine equinæ caudæ factæ.

Caudicariæ naues ex tabulis craſſioribus factæ.

* Cauæ. Cauiares hoſtiæ dicebantur, quod cauiæ, *id eſt pars hoſtiæ cauda tenus diceretur, & ponebatur in ſacrificio pro collegio pontificum quinto quoque anno.

Cauillatio eſt iocoſa calumniatio.

Cauillum, cauillatio, id eſt irriſio.

Cauitionem dicebant, quam modo dicimus cautionem.

Caulæ à cauo dictæ. antiquitus enim ante vſum tectorum oues in antris claudebantur.

* Ex) Cauum à Chao dictum, & * eius inanitate.

Celeres antiqui dixerūt, quos nunc equites dicimus, à Celere interfectore Remi, qui initio à Romulo iis præpoſitus fuit, qui primitus electi fuerunt ex ſingulis curiis deni, ideoque omnino trecenti fuere.

* Cælibari. Celibari * haſta caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris ſtetiſſet abiecti, occisíque vt quemadmodum illa coniuncta fuerit cum corpore gladiatoris, ſic ipſa cum viro ſit. vel quia matronæ Iunonis Curitis in tutela ſint, quæ ita appellabatur à ferenda haſta, quæ lingua Sabinorum curis dicitur. vel quod fortes viros genituras ominetur. vel quod nuptiali iure imperio viri ſubiicitur nubens: quia haſta ſumma armorum, & imperii eſt. quam ob cauſam viri fortes ea donantur, & captiui ſub eadem veneūt, quos Græci δορυαλώτους καὶ δορυκλήτους vocant.

Celſus ex Græco κέλης eques dictus.

* Cænina. " Cænite. Cenina *vrbs, quæ fuit vicina Romæ, à Cenité " conditore appellata.

Cenſere nunc ſignificat putare; nunc ſuadere; nunc decernere.

Cenſio æſtimatio. vnde cenſores. Cenſio haſtaria dicebatur, cum militi multæ nomine ob delictum militare indicebatur, quod haſtas daret. Cenſionem facere dibatur cenſor, cum multam equiti inrogabat.



Cenſores dicti, quod rem ſuam quiſque tanti æſtimare ſolitus ſit, quantum illi cenſuerint.

Cenſui cenſendo agri propriè appellantur, qui & emi, & venire * iure ciuili poſſunt. * Vendi.

Centaurion medicamētum à Chirone centauro inuentū.

Centenariæ cænæ dicebantur, in quas lege Licinia non plus centuſſibus, præter terra nata impendebatur: id eſt, centum aſſibus (qui erant breues nummi ex aere.)

Centenas pondo dicebant antiqui referentes ad libras.

Centumuiralia iudicia à centum viris ſunt dicta. Nā, cum eſſent Romæ triginta & quinque tribus (quæ & curiæ dictæ ſunt,) terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandum, qui centumuiri appellati ſunt: & licet quinque amplius, quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, centumuiri ſunt dicti. Centumuiralia iudicia, quæ centumuiri iudicabant.

Centuria in agris ſignificat ducenta iugera; in re militari centum homines.

Centuriata comitia, (item curiata) dicebantur; quia populus Romanus per (centenas turmas * diuiſus erat. * centurias.

Centuriatus ager in ducenta " iugera definitus. quia Romulus centenis ciuibus ducenta * iugera tribuit. " ducena. * ducena.

Centurionus antea, qui nunc Centurio; & curionus, & decurionus dicebantur.

Cercolopis * genus ſimiæ, quæ vltimam partem caudæ villoſam habet. * Cercolopex.)

Cercopa Græci appellant lucrari vndique cupientem. quaſi κέρδωνα, quem nos quoque lucrionem vocamus.

Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus; quia candelis pauperes, locupletes cereis vtebantur.

Cermalus locus in vrbe ſic nominatus.

Cernuus calciamenti genus.

Cerritus furioſus.

Cerrones * leues & inepti à cratibus dicti; quod Siculi aduerſus Athenienſes cratibus pro ſcutis* ſunt vſi, quas Græci γέῤῥας appellant. * Congerrones.) * Pro ſtratis.

Ceruaria ouis, quæ pro cerua immolabatur.

Ceruus, quod κέρατα, id eſt cornua gerat, dictus.

Ceſpes eſt terra in modum lateris cæſa, cum herba, ſiue frutex reciſus & truncatus eſt.

* Ceſtillus.

Ceſticillus * appellatur circulus, quem ſuperponit capiti, qui aliquid eſt laturus in capite.

CHALCIDICVM genus ædificij, ab vrbe Chalcidica dictum.

Chaos appellat Heſiodus confuſam quandam ab initio vnitatem hiantem, patentémque in profundum, ex eo & χαίνειν Græci, & nos hiare dicimus. Vnde Ianus detracta aſpiratione nominatur ideo, quod fuerit omnium primus, cui primo ſupplicabant velut parenti, & à quo rerum omnium factum putabant initium.

Chilo dicitur cognomento à magnitudine labrorum. Cilo ſine aſpiratione, cui frons eſt eminentior, ac dextra, ſiniſtráque velut reciſa videtur.

Choenica, menſuræ genus.

Choragium, inſtrumentum ſcenarum.

CIBVS appellatur ex Græco, quod illi peram, in qua cibum recondunt, κιβώτιον * appellant.

* κίβος.

Cicatricare, cicatricem inducere.

Ciccum membrana tenuis malorum punicorum.

Cicindela genus muſcarum, quod noctu lucet, videlicet à candore. Vnde etiam candelabra putantur appellata.

* Cucuma.

Cicuma * auis noctua.

Ciere, nominare.

Ciliũ eſt follicul9, quo oculus tegitur. vnde fit ſuperciliũ.

Cillibæ, menſæ rotundæ.

Cimbri lingua Gallica latrones dicuntur.

Cimmerij dicuntur homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias, & Cumas in ea regione, in qua conuallis ſatis eminenti iugo circũdata eſt; quæ neque matutino, neque veſpertino tempore ſole contegitur.

Cincia, locus Romæ, vbi Cinciorum monumentum fuit.

Cincta flaminica veſte velata.

Cingulo noua nupta præcingebatur, quod vir in lecto ſoluebat, factum ex lana ouis: vt ſicut illa in glomos ſublata coniuncta inter ſe ſit, ſic vir ſuus ſecum cinctus,



vinctúſque eſſet. Hunc Herculaneo nodo vinctum vir ſoluit ominis gratia: vt ſic ipſe felix ſit in ſuſcipiendis liberis, vt fuit Hercules, qui LXX liberos reliquit.

Cingulos appellabant homines, qui in his locis, vbi cingi ſolet, ſatis ſunt tenues.

Cinxiæ Iunonis nomen ſanctum habebatur in nuptijs, quod initio coniugij ſolutio erat cinguli, quo noua nupta erat cincta.

Circanea * dicitur auis, quæ volans circuitum facit.

* Circenda.

Circites, circuli ex aere facti.

Circumluuium ius prædiorum.

Ciſpius mons in vrbe Eſquilinæ regionis de nomine cuiuſdam hominis * dictus.

* Ciſpij Anagnini.

Ciſterna dicta eſt, quod cis ineſt infra terram.

Citeria appellabatur effigies quædam arguta, & loquax, ridiculi gratia, quæ im pompa vehi ſolita ſit. Cato in M. Cæcilium * Quid ego cum illo diſertem amplius, quem ego deniq; credo in pompa vectitatum ire ludis pro citeria, atque cum ſpectatoribus ſermocinaturum?

* Cælitum.

Citimus, extremus. Vls enim facit vltra, vltimus: cis, citra, citimus.

Citior comparatiuum à cito. Plautus: Nullam ego rem citiorem apud homines eſſe, quam famam reor.

Citroſa veſtis appellata eſt à ſimilitudine citri.

Ciuicam coronam ciuis ſalutis ſuæ cauſa ſeruatus in prelio dabat, quæ erat ilignea frondem habens perennem.

* Calcendix.

CLACENDIX, * genus conchæ.

Clam à clauibus dictum, quod his, quæ cælare volumus, claudimus.

Claritudinem claritatem.

Claſſes clypeatas antiqui dixerunt, quos nunc exercitus vocamus.

Claſſici teſtes dicebantur, qui ſignandis teſtamentis adhibebantur.

Claſſis procincta, exercitus inſtructus.

Claua teli genus, qua Hercules vtebatur.

* Intexta.

Clauata dicuntur aut veſtimenta clauis intertexta, * aut calciamenta clauis confixa.

Claudere & clauis ex Græco deſcendit. cuius rei tutelam penes Portumnum eſſe putabant, qui clauim * manu te-

* Clauum.

* *Portuum.* nere fingebatur, & Deus putabatur eſſe portarum. *

Claudiana tonitrua appellabantur, quia Claudius Pulcher * *Coniectus.* inſtituit, vt ludis poſt ſcenam collectus * lapidum ita fieret, vt veri tonitrus ſimilitudem imitaretur. nam antea leues admodum, & parui ſonitus fiebant, cum claui & lapides in labrum æneum coniicerentur.

Clauim conſuetudo erat mulieribus donare ob ſignificandam partus facilitatem.

*ϖείοδοι. Clauſula, quam Græci κολοφῶνα * vocant, à breui concluſione eſt appellata.

Clauus annalis appellabatur, qui figebatur in parietibus ſacrarum ædium per annos ſingulos, vt per eos numerus colligeretur annorum.

Clientam pro cliente Plautus dixit.

*κιγκλίζειν. clingere cingere à Græco χλείν * dici manifeſtum eſt.

clitellæ dicuntur non tantum eae, quibus ſarcinæ conligatæ mulis portantur, ſed etiam locus Romæ propter ſimilitudinem. & in via Flaminia loca quædam deuexa ſubinde & accliua. eſt etiam tormenti genus eodem nomine appellatum.

cliuia auſpicia dicebant, quæ aliquid fieri prohibebant. omnia enim difficilia cliuia vocabant. vnde & cliui loca ardua.

cloacæ à conluendo dictæ.

Cloacale flumē dixit Cato pro cloacarum omnium conluuie.

cloacare, inquinare. vnde & cloacæ dictæ.

*cloantho. cloelia familia a Cloelio * Aeneæ comite eſt appellata.

cloeliæ foſſæ à cloelio duce Albanorum dictæ.

clucidatum dulce, & ſuaue dicebatur.

clumæ folliculi ordei.

clunaculum cultrum ſanguinarium dictum; vel quia clunes hoſtiarum diuidit; vel quia ad clunes dependet.

clunas ſimias à clunibus tritis dictas exiſtimant.

clunes maſculine. Plautus: Quaſi lupus ab armis valeo, clunes infractos fero.

clutum Græci χλυτὸν dicunt. Vnde accepta præpoſitione fit iuclutus. IN enim ſæpe augendi cauſa adiicimus, vt inuocauit, inclamauit.

clypeum antiqui ob rotunditatem etiam corium bouis



appellarunt, in quo fœdus Gabiorum * cum Romanis fuerat deſcriptum. * *Sabinorū.*

CNASONAS, * acus, quibus mulieres ſcalpunt caput. * *cnaonas.*

cnephoſum antiqui dicebant tenebricoſum. Græci enim κνέφας appellant obſcurum.

COCETVM * genus edulij ex melle & papauere factū. * *Coccetum.*

Coclacæ * dicuntur lapides ex flumine rotundi ad coclearum ſimilitudinem. * *conchalaca.*

Coctiones dicti videntur à cunctatione, quod in emendis, vendendiſque mercibus tarde perueniant ad iuſti pretij finem. Itaque apud antiquos prima ſyllaba per V literam ſcribebatur.

coctum à cogendo dicitur, quia coquendo coartetur, * vt ad vtilitatem veſcendi perducatur. * *cogendo coercetur.*

cocula vaſa ænea coctionibus apta. Alij cocula dicunt ligna minuta, quibus facile decoquantur obſonia.

codeta ager, in quo frutices exiſtunt in modum codarum equinarum. codeta appellatur ager trans Tiberim, quod in eo virgulta naſcuntur ad caudarum equinarum ſimilitudinem.

Cœlius mons dictus eſt à cœle * quodam ex Etruria, qui Romulo auxilium aduerſus Sabinos præbuit; eo quod in eo domicilium habuit. * *cælio Vibenno.*

Cœpiam futurum tempus ab eo, quod eſt cœpi. Cato: cœpiam ſeditioſa verba loqui. Inuenitur quoque apud maiores & infinitiui modi cœpere.

cogitatim aduerbialiter, pro cogitate.

cogitatio dicta velut coagitatio, id eſt longa eiuſdem rei agitatio in eadem mora conſilij explicandi.

cognitor eſt qui litem alterius ſuſcipit coram eo, cui datus eſt. procurator autem abſentis nomine auctor * fit,

cognitu facilia eadem ratione dicūtur, qua dictu facilia, & perſpectu, & factu facilia.

cognomines dicuntur, qui eiuſdem ſunt nominis.

cohum lorum, quo temo buris cum iugo conligatur, à cohibendo dictum. copum poetæ cælum dixerunt à chaos: ex quo putabant cælum eſſe formatum.

Coinquire, deputare.

collus * quoque maſculine dixerunt. eſt enim genus tormenti è corio. * *culeum.*

colluuiaris porcus dicitur, qui cibo permixto, & colluuiaris nutritur.

colophon dixerunt, cum aliquid finitum ſignificaretur.

coloſſus à caleto * artifice à quo formatus eſt, dictus. Fuit enim apud Rhodum inſulam ſtatua ſolis alta pedes centum & quinque.

** Coleto. Charete)*

columnæ dictæ, quod culmina ſuſtineant.

colurna haſtilia ex corno arbore facta.

comedum bona ſua conſumentem antiqui dixerunt. Comedo comedonis, qui, vt ſupra, bona ſua conſumit.

comiſſatio à vicis, quos Græci κώμας dicũt, appellatur. in his enim habitabant prius, quam oppida conderentur. quibus in locis alij alios conuictus cauſa inuitabant.

comitiales dies appellabãt, cum in comitio conueniebãt. qui locus à coeundo, id eſt ſimul* veniendo dictus eſt.

** Inſimul.*

commentacula* virgæ, quas flamines portant pergentes ad ſacrificium, vt à ſe homines amoueant.

** Commotacula.*

commentaculum genus virgulæ, qua in ſacrificiis * vtebantur.

** Sacris.*

committere proprie eſt inſimul mittere. Nunc, eo vtimur & pro facere, aut pro relinquere, aut pro incipere.

commugento, conuocanto.

comœdias conſtat appellari ex eo, quod initio in vicis iuuenes cantare ſoliti eſſent conuenientes.

comœdice figuratum à comœdio. Plautus: Euge heus adſtitiſti & dulce, & comœdice.

comparſit Terentius pro compeſcuit poſuit

compaſcuus ager, relictus ad paſcendum communiter vicinis.

comperce pro compeſce dixerunt antiqui.

compernes nominãtur homines genibus plus iuſto coniunctis.

compeſcere eſt velut in eodem paſcuo continere.

compeſcere lucum, eſt lucum ſuis finibus cohibere.

compilare eſt cogere, & in vnum condere.

compitalia feſta, quæ in compitis peragebant.

compluriens à compluribus ſignificat ſæpe. Cato: Contumelias mihi dixiſti; compluriens.

compræedes eiuſdem rei populo ſponſores.

comptus; id eſt ornatus, à Græco deſcendit, apud quos



κοσμεῖν dicitur comere. & κόσμιος, quod * apud nos comis. & comæ dicuntur capilli cum aliqua cura cõpoſiti.

** quē*

Conauditum, coauditum, ſicut conanguſtatum * dicitur.

** conagulatum*

Conceptiuæ feriæ feſta dicebantur, quæ incertis diebus ſeruabantur quotannis, vt ſementinæ, * compitaliciæ.

** ſementiuæ*

Conciliabulum dicitur locus, vbi in concilium cõuenitur.

Conciliatrix dicitur, quæ viris conciliat vxores, & vxoribus viros.

Concilium dicitur a populi conſenſu. ſiue concilium dicitur a concalando. id eſt vocando.*

** conuocando*

Concinnare eſt apte componere. Concinare * enim conuenire eſt.

** Concìere)*

Concio conuentus dicta, quaſi cõuocatio. Concio ſignificat conuẽtum, non tamen alium, quam eum, qui a magiſtratu, vel a ſacerdote publico per præconem cõuocatur. Concionem antiqui maſculino genere poſuere.

Concipilauiſti dictũ a Næuio pro corripuiſti, & inuolaſti.

Conclauatæ dicebantur, quæ ſub eadem erant claue.

Conclauia dicuntur loca, quæ vna claue* clauduntur.

** clauī*

Condere, componere. Condere proprie eſt in vnum, & in interiorem locum dare ad cuſtodiam faciliorem. quod verbum nunc ſignificat conſcribere: nunc facere: nunc componere, & inſtruere.

Condicere eſt dicendo denuntiare.

Condictio in diem certũ eius rei, quæ agitur. denũtiatio

Condictum eſt, quod in communi eſt dictum.

Condulus* anulus. Condalium ſimiliter anuli genus.

** Condalus*

Confecerunt, vna fecerunt.

Confeta ſus dicebatur, quæ cum omni fetu adhibebatur ad ſacrificium.

Conflages loca dicũtur, in quæ vndique confluunt* venti.

** coſligunt*

Confœduſti, fœdere coniuncti.

Confugelam antiqui confugium dicebant.

Congruere dictum eſt a gruibus, (quæ nõ ſe ſegregrant, * ſiue cum volant, ſiue cum paſcuntur.

** quia non ſe re ſegregantur,*

Coniector interpres ſomniorum.

Conitum" genus libaminis, quod farina conſperſa faciebant. Conitum * Afranius pro ornatu & excultu" poſuit.

*Conſtus, vel comitus vel comptum, vel conſtum.*

** Comptum*

*" cultu*

Coniuola, occulta.*

** oſcula*

Conlatia oppidum fuit prope Romam, eo quod ibi opes aliarum ciuitatum fuerint conlatæ. a qua porta Romæ Conlatina dicta eſt.

Conlatiuum ſacrificium dicitur, quod ex conlatione offertur.

Conlatiuum ventrem magnum, turgidum dixit Plautus, quia in eum omnia edulia congeruntur.

Conlucare dicebant, cum profanæ ſiluæ rami deciderentur officientes lumini.

Conquirere, coercere,

Conregione, e regione.

Conruſpari, conquirere. Plautus: Conruſpare tua conſilia in pectore.

Conſcripti dicebantur, qui ex equeſtri ordine patribus adſcribebantur, vt numerus Senatorum expleretur.

Conſentia ſacra, quæ ex multorum conſenſu ſunt ſtatuta.

Conſiderare a contemplatione ſiderũ videtur appellari.

Conſilium vel a conſulendo dicitur, vel quod in vnam ſententiam plurium mentes conſiliãt. * & conueniãt. ſed a ſilentio credibilius dictum putatur, quo maxime inuenitur.

**conſidrant)*

Conſiluere Ennius pro conticuere poſuit.

Conſiptum apud Ennium pro cõſeptum reperitur. *Conſiptum clauis præfixum.

**inuenitur.*

Conſponſor, coniurator.

Conſponſos antiqui dicebant fide mutua conligatos.

Conſternatio, quæ eſt concitatio quædam ſubita ex aliquo metu, à ſternutamento*deducta eſt, quod eo * toto concutimur corpore.

**ſternata mente*
**eo quod*

Conſtitutus hominum a conſiſtentium multitudine appellatur.

Conſualia ludi dicebantur, quos in honorem Conſi faciebant, quem deum conſilij putabant.

Conſuetionem Plautus pro conſuetudine dixit.

Conſulas antiqui ponebant, non tantum pro conſilium petas, & perconteris, ſed etiam pro iudices, & ſtatuas.

Contagionem eſſe dicendum, non contagium.

Contemplari dictum eſt a templo, id eſt loco, qui ab omni parte aſpici, vel ex quo omnis pars videri poteſt, quem antiqui templum nominabant.



Conteſtari eſt, cum vterque reus dicit, Teſtes eſtote. Conteſtari litem dicuntur duo, aut plures aduerſarij, quod ordinato iudicio vtraque pars dicere ſolet, Teſtes eſtote

Cõtignum fruſtum carnis cum ſeptem coſtis demptum.

Contrarium aes, graue aes.

Contubernales dicuntur a tabernis, quæ fiebant ex tabulis. vnde & tabernacula dicta ſunt, licet (ex tentoriis, &* ex pellibus fiant.

**tentoria)*

Contubernium dicitur contubernalium habitatio.

Contuoli * oculi ſunt in anguſtum coacti conniuentibus palpebris.

**Conculi*

Conuallis eſt planities ex omni parte comprehenſa montibus, collibuſue. Vallis duobus lateribus incluſa planities. Vallis deminutiuum vallicula facit.

Conuentæ * condicio dicebatur, cum primus ſermo de nuptiis, & earum conditione habebatur.

**Conuentæ vel conuentio*

Conuentus quatuor modis intelligitur. Vno, cum quemlibet hominem ab aliquo conuentum eſſe dicimus, Altero, cum ſignificatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in vnum locum, Tertio, cũ a magiſtratibus iudicii cauſa populus congregratur, Quarto, cum aliquem in locum frequentia hominum ſuplicationis, aut gratulationis cauſa colligitur.

Conuexum eſt ex omni parte declinatũ, qualis eſt natura cæli, quod ex omni parte ad terrã verſus declinatum eſt

Conuitium a vicis, in quibus prius*habitatum eſt, videtur dictum, vel immutata littera quaſi conuocium.

**primum*

Conuoti, iiſdem votis obligati.

Copona taberna a copiis * dicta.

**cupis)*

Coquitare pro coctitare. id eſt frequenter coquere, Plautus poſuit.

Coquum & piſtorem apud antiquos eundem fuiſſe accepimus. Næuius, Coquus, inquit, edit Neptunum, Venerem, Cererem. ſignificat per Cererem panem, per Neptum piſces, per Venerem holera.

Corbitæ dicuntur naues onerariæ: quod in malo earum ſummo pro ſigno corbes ſolerent ſuſpendi.

Corculum a corde dicebant antiqui ſolertẽ, & acutum.* Plautus in Aſina. Ego ſum liber Meum corculum melliculum verculum.

**cautum*

Corda frumenta, quæ ſero matureſcunt, vt fenū cordum.

Corgo apud antiquos pro aduerbio, quod eſt profecto, ponebatur.

Corinthienſes ex eo dici coeperunt, ex quo coloni Corinthum ſunt deducti qui antea Corinthij ſunt dicti. quam conſuetudinem ſeruamus etiam, cum Romanenſes, & Hiſpanienſes, & Sicilenſes negotiatores dicimus, qui in alienis ciuitatibus negotiantur.

Corius apud antiquos maſculino genere dicebatur. Plautus: Iam tibi tuis meritis craſſus corius redditus eſt. Pari modo diuerſo genere dicebant, hæc ludus, * hæc metus, hæc amnis, hic frons.*

*lucus *fons

Corniſcarum diuarum locus erat trans Tiberim cornicibus dicatus, quod in Iunonis tutela eſſe putabantur.

Cornua Liberi patris ſimulachro addiiciūtur, quē inuentorē vini dicūt: eo quod homines nimio vino truces fiūt.*

*fiant, vt beluæ

Corolla diminutiuum eſt a corona. corollam noua nupta de floribus, verbenis, herbiſque a ſe lectis ſub amiculo ferebat.

Corona, cum videatur a choro dici, caret tamen aſpiratione. ſiue coronæ dicuntur, quod cohonorent eos, quibus imponuntur.

Corpulentis Ennius pro magnis dixit. nos corpulentum dicimus, corporis obeſi hominem.

Coſſi ab antiquis dicebantur natura rugoſi corporis homines, a ſimilitudine vermium ligno editorum, qui coſſi appellantur.

*Cutiliæ

Cotiliæ* lacus appellatur, quod in eo eſt inſula Cotilia nominata a Græcis.

Coturnium vas, quo in ſacrificiis vinum fundebatur.

Coturnix appellatur a ſono vocis,

Cracentes graciles. Ennius Succincti gladiis media regione cracentes.

" κρατευτῶν ἢ κρατευτῶμα

Craticulum a Græco κρατέω" deducitur.

Crebriſuro apud Ennium ſignificat vallum crebris ſuris, id eſt palis, munitum.

Creduas, credas Plautus: Ipſus nec amit, nec tu creduas.

Creperum, dubium. vnde increpitare dicimus, quia male dicta fere incerta, & dubia ſunt.

Crepidines, ſaxa prominentia,



* Crepiculū

Crepitulum* ornamentum capitis. id enim in capitis motu crepitum facit.

Crepos Romani lupercos dicebant a crepitu pelliculārum, quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis in lupercalibus nudos diſcurrere, & pellibus obuias quaſque feminas ferire.

Creterre vocabulum trahitur a cratere, quod vas eſt vini.

Creui modo ſignificat hereditatem adij: modo maior ætate, vel cenſu ſum: modo iudicaui: modo diuiſi. quæ omnia a duobus verbis creſco, & cerno veniunt: cuius vnius origo ex Græco trahitur, quod illi κραίνειν dicunt perficere.

Crines a diſcretione dicti, quam Græci κρίσιν * appellant. nam iidem eos χεϱνίδας vocant.

*διάκρισιν

Crocatio, coruorum vocis appellatio.

Crocotilum valde exile. Plautus: Extortis talis cum crocotilis cruſculis.

Crocotinum, genus operis piſtorij.

Crucium, quod cruciat. Vnde Luciliusvinum inſuaue crucium dixit.

Crumina ſacculli genus. Plautus: Dij bene vortant. tene, crumina minuerint triginta minæ.

Cruſculum deminutiuum a crure.

Cruſtariæ tabernæ a vaſis potoriis cruſtatis dictæ.

Cruſtumina* tribus a Tuſcorum vrbe Cruſtumena" dicta.

*Cruſtumerina " Cruſtumeria

Cvbam* Sabini vocant eam, quam militares lecticam. vnde videtur deriuatum eſſe cubiculum.

* Cumbam

Cubans auſpicatur, qui in lecto quærit augurium.

Culcita, quod tomento inculcatur, appellata.

Culigna vas potorium. Cato, Culignam, inquit, in foeno Græco ponito, vt bene oleat. Culigna vas vinarium a Græco dicta, quam illi dicunt κύλικα.

Culina vocatur locus, in quo epulæ in funere cōburuntur.

Culiola cortices nucum viridum, dicta à ſimilitudine culeorum, quibus vinum ſiue oleum continetur.

Culticula* fuſticulus quidem ligneus in ſacris dicebatur.

*Culcitula

Cumalter ſignificat cum altero, * dictum ab antiquis ita breuitatis cauſa, vt ſodes pro ſi audes, ſcilicet pro ſcias licet, ſis pro ſi vis.

*aliter)

Cumeram vocabant antiqui vas quoddā, quod opertum

in nuptiis ferebant, in quo erãt nubentis vtenſilia, quod & camillum dicebant, eo quod ſacrorum miniſtrum κάμιλλον appellabant.

Cumerum vas nuptiale à ſimilitudine cumerarum, quæ fiunt palmeæ vel ſparteæ ad vſum popularem, ſic appellatum.

Cum imperio eſſe* dicebatur apud antiquos, cui nominatim à populo dabatur imperium. *eſt

Cum populo agere, hoc eſt populum ad concilium, aut comitia vocare.

Cum poteſtate eſſe* dicebatur de eo, qui a populo alicui negotio præficiebatur. *eſt

Cuncti ſignificat quidem omnes, ſed coniuncti & cõgregati; at vero omnes etiam ſi diuerſis locis ſint.

Cuniculum, id eſt foramen ſub terra occultum, aut ab animali, quod ſimile eſt lepori, appellatur, quod ſubterfoſſa terra latere eſt ſolitum; aut à cuneorum ſimilitudine, qui omnem materiam intrant findentes.

Cunire eſt ſtercus facere. vnde & inquinare.

Cupes, & cupedia antiqui lautiores cibos * nominabant. inde macellum forum cupedinis appellabant. Cupedia autem à cupiditate ſunt dicta. vel, ſicut Varro vult, quod ibi fuerit Cupedinis equitis domus, qui fuerat ob latrocinium damnatus. *ſciphos.

Cupreſſi mortuorum domibus ponebantur ideo, quia huius generis arbor exciſa non renaſcitur; ſicut ex mortuo nihil iam eſt ſperandum. quam ob cauſam in tutela Ditis patris eſſe putabatur.

Cura dicta eſt, quaſi cor edat; * vel quia cor vrat. *coreda.

Curatores dicuntur, qui pupillis loco tutorum dantur. ſiue illi, qui rei frumentariæ, agriſue diuidundis præpoſiti ſunt.

Curia, locus eſt, vbi publicas curas gerebãt. Calabra curia dicebatur, vbi tantum ratio ſacrorũ gerebatur. Curiæ etiam nominãtur, in quibus vniuſcuiuſq; partis populi Romani quid geritur. * quales ſunt eæ, in quas Romulus populũ diſtribuit numero triginta. (quibus poſtea additæ ſunt quinque:) vt in ſua quiſque curia ſacra publica faceret, feriaſque obſeruaret. hiſque curiis ſingulis nomina Curiarum virginum impoſita eſſe dicuntur, quas virgines quondam Romani de Sabinis rapuerunt. *digeritur.



Curiales eiuſdem curiæ, vt tribules, & municipes. Curiales flamines curiarum ſacerdotes. Curiales menſæ, in quibus immolabatur Iunoni, quæ Curis eſt appellata.

Curiata comitia à curiis appellata.

Curij" fana à Curio* dicta. quia eo loco domũ habuerat. "Curiati. *Curiatio.

Curionem agnum Plautus pro macro dixit, quaſi cura macruiſſet.

Curionia ſacra, quæ in curiis fiebant.

Curioniũ aes dicebatur, quod dabatur curioni ob ſacerdotium curionatus.

Curis eſt Sabine haſta. Vnde Romulus Quirinus, quia eam ferebat, eſt dictus; & Romani à Quirino Quirites dicuntur. Quidam eum dictum putant à Curibus, quæ fuit vrbs opulentiſſima Sabinorum.

Curitim Iunonem appellabant, quia eandem ferre haſtam putabant.

Curriculo pro curſim ponebant. Plautus: Licet, inquit, vos abire curriculo.

Curriculus deminutiuum eſt à curru.

Curtij locus appellatur à Curtio, qui eo loco in profundiſſimũ ſe ob ſalutem populi Romani proiecit hiatum.

Curules equi quadrigales. Curules magiſtratus appellati ſunt, quia curru vehebantur.

Cuſſilirem pro ignauo dicebant antiqui.

Cuſtodelam dicebant antiqui, quam nunc dicimus cuſtodiam.

Cuſtoditio eſt opera ad cuſtodiendum quid ſumpta.

Cutis Græcam habet originem. hanc enim illi κύτος dicunt.

CYBELE * mater, quam dicebant magnam, ita appellabatur, quod ageret homines in furorem, quod Græci κίβιβον * dicunt. Cybele verò eadem dicta à loco, qui eſt in Phrygia. *Cybebe) *βέβηλον κυβήβειν)

Cybium dictum, quia eius medium æque patet in omnes partes, quod genus à geometris κύβον dicitur. Vnde etiam teſſelæ quadratæ κύβοι. Hinc & κύβιον genus piſcis, quia piſcantes id genus piſcium velut aleam ludant. κύβικος.)

Cyllenius Mercurius dictus, quod omnem rem ſermo ſine

manibus cõficiat, quibus partibus corporis, qui carent, κυλλοὶ vocantur: ideóque quadratum eum fingunt. Alij volunt ſic appellatum, quod in Cyllenia via ſit nutritus. Alij quod in monte Arcadiæ Cyllene. Alij quod à Cyllene ſit nympha educatus.

Cymbam Græci appellant κύμβην.

Cymbium poculi genus à ſimilitudine nauis, quæ dicitur cymba, appellatum.

Cynthius Apollo à Cyntho Deli monte vocatus.

Cypariſſæ appellantur acies quædam igneæ, quæ noctu apparere ſolent ad ſimilitudinem cupreſſi.

Cypariſſiæ dicuntur ignes prodigioſi a ſimilitudine cypreſſorum.

Cypria Venus, quod ei primum in Cypro inſula templum ſit conſtitutum. vel quia parientibus præſideat, quod Græcè κύειν parere ſit.

Cyprio boui merẽdam, Ennius ſotadico verſu cum dixit, ſignificat id, quod ſolet fieri in inſula Cypro, in qua boues humano ſtercore paſcuntur. Idem cum dicit, Propter ſtagna, vbi lanigerum genus piſcibus paſcitur; eſſe paludem demonſtrat, in qua naſcuntur piſces ſimiles ranunculis, quos oues conſectatæ edunt.

Cytherea, Venus ab vrbe Cythera, in quàm primum deuecta eſſe dicitur concha, cum in mari eſſet concepta.



DACRIMAS pro lacrymas Liuius ſæpè poſuit, nimirum, quod Græci appellant δάκρυα. Item dautia, quæ lautia dicimus, & dantur legatis hoſpitij gratia.

Dædalam à varietate rerum, artificiorúmque dictam eſſe apud Lucretium terram, apud Ennium Mineruam, apud Vergilium Circen, facile eſt intelligere: cum Græcè δαιδάλλειν ſignificet variare.

Dagnades ſunt auium genus, quas Ægyptij inter potandum cum coronis deuincire ſoliti ſunt, quæ vellicando, morſicandoque & canturiendo * aſſiduè non patiuntur dormire potantes, *cãtitando.)

Daliuum ſupinum ait eſſe Aurelius, Æljus ſtultum. Oſcorum quoque lingua ſignificat inſanum. Santra verò dici putat ipſum, quem Græci δείλαιον, id eſt propter cuius fatuitatem quis miſereri debeat.

Damium ſacrificium, quod fiebat in operto in honorem Bonæ deæ, dictum à contrarietate, quod minimè eſſet δημόσιον, id eſt publicum. dea quoque ipſa Δαμία, & ſacerdos eius δαμιάς * appellabatur. * damiatrix.

Daniſtæ, fœneratores.

Danunt, dant.

Daps apud antiquos dicebatur res diuina, quæ fiebat aut hiberna ſemente, aut verna. quod vocabulum ex Græco deducitur, apud quos id genus epularum δαὶς dicitur. Itaque & daptice ſe acceptos antiqui dicebãt, ſignificantes magnifice. & dapticum negotium amplum, ac magnificum.

Daſi, dari.

Daunia Appulia appellatur à Dauno Illyricæ gentis claro viro, qui eam propter domeſticam ſeditionem excedens patria, occupauit.

DEACTIO, peractio.

Deblacterare eſt ſtulte loqui. Nam Græci βλάκας ſtultos appellant.

Decalicatum calce litum.

Decermina dicuntur, quæ decerpuntur purgandi cauſa.

Decima quæque veteres diis ſuis offerebant.

Decotes togæ detritæ.

Decrepitus eſt deſperatus crepera iam vita: vt crepuſculũ

extremum diei tempus. Siue decrepitus dictus, quia propter ſenectutem nec mouere ſe, nec vllum facere poteſt crepitum.

Decultarunt, valde occultarunt.

Decumana oua dicuntur, & decumani fluctus, quia ſunt magna. nam & ouum decimum maius naſcitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur.

Decumanus appellatur limes, qui fit ab ortu ſolis ad occaſum. Alter ex tranſuerſo currens appellatur cardo.

Decures, decuriones.

Decuriones appellantur, qui denis equitibus præſunt.

Dedita intelligitur valde data.

*Deformicatum.

Defomitatum * à fomitibus ſucciſum, quibus confoueri erat ſolitum.

Defrenſam detritam, atque detonſam.

Defrui dicebant antiqui, vt deamare, deperire: ſignificantes omnem fructum percipere.

*Degerere. Degere * antiqui poſuerunt pro expectare.

*Degumare. Degunere * deguſtare.

Deinceps qui deinde cepit; vt princeps, qui primũ cepit.

Deincipem antiqui dicebant proximè quemque captum, vt principem primum captum.

Deinde compoſitum eſt ex præpoſitione, & loci ſignificatione; vt exinde, perinde, proinde, ſubinde; quæ item tempus ſignificant.

Delapidata, lapide ſtrata.

Deliberare à libella, qua quid perpenditur, dictum.

Delibrare aquam ſu lco deriuare.

Delicare ponebant pro dedicare.

Delicata dicebant diis conſecrata, quæ nunc dedicata. Vnde adhuc manet delicatus, quaſi luſui dicatus. Dedicare autem proprie eſt dicendo deferre.

*faſtigium.

Delicia eſt tignum quod à culmine ad tegulas angulares infimas verſus faſtigatum* collocatur, vnde tectum deliciatum, & tegulæ deliciares.

Delinquere eſt prætermittere, quod non oportet præteriri. Hinc deliquia & delicta.

*deliquãdo. *deliquatur.

Deliquium ſolis a delinquendo * dictum, quod delinquat * in curſu ſuo.

Deliquum apud Plautum ſignificat minus.

Delu-



Delubrum dicebant fuſtem delibratum, hoc eſt decorticatum, quem venerabantur pro deo.

Deluit, ſoluit. à Græco διαλύειν.

Demagis pro minus antiqui dicebant.

Deminutus capite appellatur, qui ciuitate mutatus eſt: & ex alia familia in aliam adoptatus: & qui liber alteri mancipio datus eſt: & qui in hoſtium poteſtate venit: & cui aqua, ignique interdictum eſt.

Demoe * apud Atticos ſunt, vt apud nos pagi. *Δῆμοι.

Demum quod ſignificat poſt, apud Liuium demus legitur. Alij demum pro duntaxat poſuerunt.

Denariæ cærimoniæ dicebantur, & tricenariæ, quibus ſacra adituris decem continuis rebus* vel triginta certis quibuſdam rebus carendum erat. *diebus.)

Denicales* feriæ colebantur, cum hominis mortui cauſa familia purgabatur. Græci enim νέκυν mortuum dicunt. *Denecales.)

Deorata, perorata.

Depeculatus à pecore dicitur, qui enim populum fraudat, peculatus pœna tenetur.

Deperire ſignificat valde perire.

Depolitum perfectum, quia omnes perfectiones antiqui politiones appellabant.

Depontani ſenes appellabantur, qui ſexagenarij de ponte deiiciebantur.

Deprehenſa dicitur genus militaris animaduerſionis caſtigatione maior ignominia minor.

Depubem porcum lactantẽ, qui prohibitus ſit pubes fieri.

Depuuere, cædere. Lucilius: palmiſque miſellam Depuuit me. id eſt, verberauit me. quod ipſum ex Græco eſt παίειν.

Δέρρεις Gaæci appellant pelles nauticas, quas nos vocamus ſegeſtria.

Derogare proprie eſt, cum quid ex lege vetere, quo minus fiat, ſancitur lege noua. derogare ergo detrahere eſt.

Deſiderare, & conſiderare à ſideribus dici certum eſt.

Deſiuare * deſinere. *Deſinare.

Deſpretus, valde ſpretus.

Deteriæ porcæ, id eſt macilentæ.

Detractare eſt male tractare.

Detudes eſſe detunſos * deminutos. *Detonſos.

Deuerſus dicebant deorſum verſus.

Deuitare, valde vitare.

Deus dictus eſt, quod ei nihil deſit: vel quia omnia commoda hominibus dat: ſiue à Græco δέος, quod ſignificat metum; eo quod hominibus metus ſit. ſed magis conſtat id vocabulum ex Græco θεὸς eſſe dictum aſpiratione dempta, qui mos antiquis noſtris frequens erat.

Dextans dicitur, quia aſſi deeſt ſextans, quemadmodum duodeuiginti & deunx.

Dextimum & ſiniſtimum antiqui dixerunt.

Dextra auſpicia, proſpera.

Dextratum tibiarum genus eſt, quæ dextra tenentur.

DIABATHRA genus ſolearum Græcanicarum.

Dianius locus Dianæ ſacratus.

Dicaſſit, dixerit.

Dice pro dic * antiqui poſuere. *dicam.

Dicearchia * vocabatur, quæ nunc Puteoli; quod ea ciuitas quondam iuſtiſſime regebatur. * Dicæarchia.)

Dici mos erat Romanis in omnibus ſacrificiis, precibuſq; POPVLO ROMANO, QVIRITIBVSQ. quod eſt Curenſibus. quæ ciuitas Sabinorum potentiſſima fuit.

Dictynna Diana, quam eſſe lunam putabant, dicta quod fulgore ſuo noctu omnia oſtendat.

Dierectum dicebant per antiphraſin, volentes ſignificare malum diem.

Dies dictus, quod diuini ſit operis, ſiue ab Ioue eius, vt putabant, rectore, qui Græce Δία appellatur. ſiue quod aer diurnus dehiſcat in candorem.

Diffarreatio genus erat ſacrificij, quod inter virum, & mulierem fiebat diſſolutio. dicta diffarreatio, quia fiebat farreo libo adhibito.

Dignorant * ſigna imponunt, vt fieri ſolet in pecoribus. * Denotant.

Dilaniare eſt diſcindere, & quaſi lanam trahere. vnde lacinia * & lanius dicitur, qui pecus diſcindit. *Laniena.)

Dilectus militum, & is, qui ſignificatur amatus, à legendo dicti ſunt.

Diobolares meretrices dicuntur, quæ duobus obolis ducuntur.

Diomedea inſula in qua Diomedes ſepultus eſt excedens Italia.



Diomedis campi in Appulia appellantur, qui ei in diuiſione regni, quam cum Dauno fecit, ceſſerunt.

Diox, genus piſcis frequens in ponto.

Dirigere apud Plautum inuenitur pro diſcedere.

Diruncinnt depurgant.

Dirus, dei ira natus.

Dirutum ære militem dicebant antiqui, cui ſtipendium ignominiæ cauſa non erat datum: quod æs diruebatur in fiſcum, non in militis ſacculum.

Diſertim pro diſerte dixerunt antiqui.

Diſertiones, diuiſiones patrimoniorum inter conſortes.

Diſertus à diſſerendo dictus.

Diſpenſatores dicti, qui æs penſantes expendebant, non adnumerabant. hinc deducuntur expenſa, ſiue diſpenſata, vel compenſata: item compendium, diſpendium, aſſipondium, dupondium.

Diſpeſcere eſt proprie pecus à paſtione deducere, vt compeſcere vna paſcere, & in vno loco continere.

Diſſulcus porcus dicitur, cum in ceruice ſetas diuidit.

Diſtiſum, & pertiſum dicebant, quod nunc diſteſum, & perteſum.

Diuidiam diſcordiam.

Diuidicula antiqui dicebāt, quæ nunc ſunt caſtella, ex quibus à riuo cõmuni aquā quiſq; in ſuum fundum ducit.

Dium antiqui ex Græco appellabant, vt à deo ortum, & diurnum ſub cælo lumen ἀπὸ τοῦ διός. Vnde adhuc ſub dio fieri dicimus, quod non ſit ſub tecto; & interdiu, cui contrarium eſt noctu. Dium, quod ſub cælo eſt extra tectum, ab Ioue dicebatur. & Dialis flamen, & dius heroum aliquis ab Ioue genus ducens. Dium fulgur appellabant diurnum, quod putabant Iouis, vt nocturnum Summani.

DOLI vocabulo nunc tantum in malis vtimur: apud antiquos autem etiam in bonis rebus vtebantur. vnde adhuc dicimus Sine dolo malo; nimirum, quia ſolebat dici & bonus.

Doliola, locus in vrbe ſic vocatus, quia inuadentibus Gallis Senonibus vrbem, ſacra in eodem loco doliolis* repoſita fuerunt. qua de cauſa in eodem loco ne deſpuere quidem alicui licebat. *doliis duobus.

Domus à Græco venit δόμος.

Donaticæ coronæ dictæ, quod his victores in ludis donabantur, quæ poſtea magnificentię cauſa inſtitutæ ſunt ſuper modum aptarũ capitibus, quali amplitudine fiunt cum lares ornantur.

Donum ex Græco eſt, quod illi vocant δῶρον.

Dorſum dictum, quod pars ea corporis deuexa ſit deorſum.

Dotem manifeſtum eſt ex Græco eſſe. nam διδόναι dicitur apud eos dare.

DRACONES dicti ἀπὸ τοῦ δερκεῖν, quod eſt videre. clariſſimam enim dicuntur habere oculorum aciem. qua ex cauſa incubantes eos theſauris cuſtodiæ cauſa finxerunt antiqui. Ideoque Aeſculapio adtribuuntur; quod vigilantiſſimi generis putantur. quæ res medicinæ maxime neceſſaria eſt.

DVBENVS apud antiquos dicebatur, qui nunc dominus.

Dubiat, dubitat.

Duco, cum pro puto ponimus, ex Græco deducitur, quod illi dicunt δοκῶ.

Duellum, bellum. videlicet quod duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur. Inde & perduellis, *qui pertinaciter retinet bellum.

*perduellio.*

Duicenſis dicebatur cum altero, id eſt cum filio, cenſus.

Duidens hoſtia bidens.

Duis duas habet ſignificationes. nam & pro dis * ponebatur, & pro dederis.

*bis.)*

Dumecta antiqui, quaſi dumiceta appellabant, quæ nos dumeta.

Dumoſa, frondoſa.

Duodeuiginti dicendi conſuetudinem à Græcis traxiſſe videmus, qui ſic enuntiant δυοεξείκοσι.*

** δυοινδείκοσιν, & ἐνοσδείκοσιν.*

Duonum, bonum.

Duplabis, duplicabis.

Duplionem antiqui dicebant, quod nos duplum. venit autem à Græco διπλοῦν.

Duſmoſo in loco apud Liuiũ ſignificat dumoſum locum. antiqui enim interſerebant S litteram, & dicebant coſmittere pro committere, & caſmenæ pro camenæ.



EAmus ex Græco ἴωμεν.

Eapſe, eaipſa.

ECCERE iuſiurandum eſt, ac ſi dicatur per Cererem, vt æcaſtor, ædepol. alij eccere pro ecce poſitum accipiunt.

EDEATRE, qui præſunt regiis epulis, dicti ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων.

Edecimata, electa.

Ederam flamini diali neque tangere, neque nominare fas erat: pro eo quod edera vincit ad quodcumq; ſe applicat. Sed ne anulum quidem gerere ei licebat ſolidũ, aut aliquem in ſe habere nodum.

EFFAFILATVM exertum, quod ſcilicet omnes exerto brachio ſint exfilati, id eſt extra veſtimentum filo contextum.

Effari, & effata à fando, quod ipſum ex Græco φάσις..* *ὡς φάτω.*

Effata, elocuta.

EGENS velut exgens, cui ne gens quidem ſit reliqua.

Egeriæ nymphæ ſacrificabant prægnantes, quod eam putabant facile conceptam aluum * egerere. * *conceptum.*

Egretus & adgretus ex Græco ſunt ducta, à ſurgendo, & proficiſcendo. Vnde & Nyctegreſia, quaſi noctiſurgium.

EIVRATIO ſignificat id, quod deſideretur, non poſſe præſtari. Plautus: eiurauit militiam.

ELACATENA, genus ſalſamenti, * quod appellatur vulgo malandrea." * *calciamenti* "*melandria.*

Elaudare plus, quam nominare.

Elecebræ argentariæ meretrices, ab eliciendo argento dictæ.

Electabo, eliciam.

Elices ſulci aquàrij, per quos aqua collecta educitur è liris.

Elinguem ſine lingua.

Elixa à liquore dicta.

Elucum ſignificat languidum, ac ſemiſomnum. vel vt alij volunt allucinatorem, & nugarum amatorem. ſiue halonem, id eſt heſterno vino languentem, quem ἄλυον vocitant Græci.

Elumbem, euulſo * lumbo. **auulſo.*

Em pro eum ab eo, quod eſt is.

Emancipati duobus modis intelliguntur, aut ij, qui ex patris iure exierunt; aut ij, qui aliorum fiunt dominij,* quorum vtrumque fit mancipatione. ** domini.*

Emem eundem.

Emere quod nunc eſt mercari, antiqui accipiebant pro ſumere.

Empanda, paganorum dea.

Emptiuum militem, mercenarium.

Emuſſitata, ad amuſſim facta.

Endoitivm, initium.

Endoplorato, implorato, quod eſt cum queſtione inclamare. Implorare namque eſt cum fletu rogare, quod eſt proprie vapulantis.

Endoprocinctu, in procinctu. ſignificat autem cum ex caſtris in prælium exitũ eſt. procinctos quaſi præcinctos, atque expeditos. nam apud antiquos togis incincti* pugnaſſe dicuntur. **ſuccincti.*

Ennam, etiam ne.

Enubro, inhibenti.

Enunquam, ecquando.

Epevs nomen cuiuſdam fabri, qui equum Dureum fecit.

Epicrocum genus amiculi croco tinctum, tenue, & perlucidum.

Epilimma * genus viliſſimi vnguenti. **Epalimma)*

Epiſtylium trabs, quæ ſuper columnas ponitur.

Epolonos dicebant antiqui, quos nunc epulones dicimus. Datum autem eſt his nomen, quod epulas indicendi Ioui, ceteriſque diis poteſtatem haberent.

Epulam antiqui etiam ſingulariter poſuere.

Epulares appellabantur, qui in quibuſdam ludis nocte epulabantur.

Eqvestre æs, quod equiti dabatur.

Equiria ludi, quos Romulus Marti inſtituit per equorum curſum, qui in campo Martio exercebantur.

Equirine, iuſiurandum per Quirinum.

Equo vehi flamini diali non licebat, ne ſi longius digrederetur, ſacra neglegerentur.

Equitare antiqui dicebant equum publicum * merere. ** equo publico.)*



Equus Marti immolabatur, quod per eius effigiem Troiani capti ſint: vel quod eo genere animalis Mars delectari putaretur.

Erctvm citumque fit inter conſortes, vt in libris legum Romanarum * legitur. Erctum à coercendo dictum, vnde & erciſcundæ & erciſci. Citum autem eſt vocatum à ciendo. ** regũ Romanorum*

Erebum Vergilius interdum obſcuritatem quandam eſſe deſcribit apud inferos, cum ait: Imas Erebi deſcendit ad vmbras. Interdum flumen eiuſdem loci, dicens. Et magnos Erebi tranſnauimus amnes. Varro vero Erebo natam noctem ait. Vnde eſt & illud: Erebo creata fuſcis crinibus nox te inuoco.

Ergo correptum ſignificat idem, quod apud Græcos οὗ: producte, idem quod χάριν, hoc eſt gratia; cum ſcilicet gratia intelligitur pro cauſa. Sed illud ſuperius etiam ſine exemplis notum eſt; hoc inferius, ſic formatur. cum dicimus de aliquo, ſtatua donatus eſt honoris, virtutiſque ergo, id eſt honoris, virtutíſque cauſa.

Eritudo, ſeruitudo.

Erugere ſemel factum * ſignificat, quod eructare ſæpius. illud enim perfectæ formæ eſt, hoc frequentatiuæ. ** ructum*

Eruum & eruilia à Græco ſunt dicta, quia illi eruũ ὄροβος, eruilia ὀρόβινον appellant.

Escariae menſæ quadratæ vocantur, in quibus homines epulantur. Anclabris ea, quæ in ſacrificando diis anclatur, * quod eſt hauritur, miniſtratúrque. ** antatur*

Eſcit * erit. ** Eſit)*

Evboicvm talentum nummo Cræco ſeptem millium, & quingentorum ciſtophorum eſt, noſtro quatuor millium denariorum.

Eudiæon lineum filum, quod medici extremo in clyſterio relinquunt, per quod climos * emittitur. ** κλυσμὸς)*

Euelatum, euentilatum. Vnde velabra, quibus frumenta ventilantur.

Euerriator vocatur, qui accepta iure hereditate iuſta facere defuncto debet. quæ * ſi non fecerit, ſeu quid in ea re turbauerit, ſuo capite luat. id nomen ductum à verrendo. Nam exuerræ ſunt purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus eſt, quæ fit per ** qui*

euerriatorem certo genere ſcoparum adhibito, ab extra verrendo dictarum. * *(* dctis)*

Eum antiqui dicebant pro eorum.

** tutela* Europam tertiam orbis partem ab Europa Agenoris filia certum eſt appellari. Sed alij de amore Iouis in taurum verſi narrant. Alij eam à prædonibus raptam, & nauem, quæ Iouis tutelam * effigiem tauri habuerit, in eam regionem eſſe delatam. Quidam ob pulchritudinem regionis per ſimulationem raptæ filiæ occupatam eam terram ab Agenore, & Phœnicibus ferunt.

Exagogen euectionem.

Examen eſt & æquamentum, & iudicij inueſtigatio, & apum congregatio, vel locuſtarum.

Examuſſim, regulariter. amuſſis enim regula fabrorum eſt. vel, vt alij volunt, ferramentum, quo in poliendo vtuntur.

Exanclare exhaurire.

** Exuberes. " exuberæ, vel exburæ.* Exbueres * exinteratas; ſiue exbuæ, " quæ ebiberunt, quaſi epotæ.

Excedere egredi.

Excidionem verbis à cædendo dictam manifeſtum eſt.

Exciet excutiet.

Excipuum, quod excipitur, vt præcipuum, quod ante capitur.

** cædendo.* Excudere, procudere, & incus ipſa à cudendo * dicta ſunt.

Exdorſua, dorſum confringe; alij exime.

** Exclutæ.* Exdutæ; * exuuiæ.

** & hoc* Exemplum eſt, quod ſequamur, aut vitemus: exemplar, ex quo ſimile faciamus. Illud animo æſtimatur, iſtud * oculis conſpicitur.

Exercirent, ſarcirent.

Exercitionem exerciti dicebant antiqui: exercitationem exercitati. Item exercitiorem, exercitiſſimum; ſicut ab exercitato, exercitatiorem, exercitatiſſimum.

Exercitus & militum copia dicitur: & homo multis negotiis exercitus. ſed ſuperius quarti ordinis, hoc ſecundi eſt.

Exeſto, extra eſto: ſic enim lictor in quibuſdam ſacris.



clamitabat: hoſtis, vinctus, mulier, virgo exeſto. ſcilicet intereſſe prohibebatur.

Exſir purgamentum, vnde adhuc manet ſuffitio.

Exſuti, exſuſi; vt mertat pro merſat.

Exgregiæ, egregiæ: id eſt è grege lectæ.

Exhauſtant, efferunt.

Exiles & ilia à tenuitate viarum, quas Græci in chartis ita appellant, videntur eſſe dicta.

Exilica cauſa, quæ aduerſus exulem agitur.

Eximium inde dici cœptum, quod in ſacrificiis optimum pecus è grege eximebatur: vel quod primum erat natum.

Exin metri cauſa dicitur pro exinde.

Exinfulabat * exerebat. infulas enim ſacerdotũ, filamenta vocabant. ** Exinfibulat.*

Exiſtimare dictum eſt ab æſtimatione.

Exitium antiqui ponebant pro exitu. nunc exitium peſſimum exitum dicimus.

Exodium * exitum. ** Exodum)*

Exoletus qui adoleſcere, id eſt creſcere deſijt.

Exomides ſunt comici veſtitus exertis humeris.

Exoriri ſurgere.

Expapillato brachio exerto; quod cum fit, papilla nudatur.

Expatare, in locum patentem ſe dare, ſiue in ſpatium ſe conferre.

Expectorat, ex pectore eiicit.

Expergitus, ab alio excitatus; quem ſolemus dicere expergefactum.

Experitos, imperitos.

Experrectus, à corrigendo ſe vocatus; quod fere facimus recentes à ſomno. Experrectus eſt, qui per ſe vigilare cœpit.

Explenunt, explent.

Explorare antiquos pro exclamare vſos, ſed poſtea proſpicere, & certum cognoſcere cœpit ſignificare. itaque ſpeculator ab exploratore hoc diſtat, quod ſpeculator hoſtilia, ſilentio perſpicit, explorator pacata clamore cognoſcit.

Exporgere, porro agere, exporrigere.

** Experta) " experitia*

Expreta * antiqui dicebant, quaſi expertia " habita.

Exrogare eſt, ex lege vetere aliquid eximere per nouam legem.

Exta dicta, quod ea diis proſecentur, quæ maxime extant, eminéntque.

** alienus v. c. alius)*

Externus eſt alienæ * terræ.

*" exterricinetes * exterricinus.*

Exterraneus ex alia terra. Exterraneus " quoque dicitur & qui ante tempus natus, vel potius eiectus eſt. dictus autem exterraneus * quod eum mater exterrita aluo eiecit.

Extimum extremum ſignificat, ita vt intimo ſit contrarium.

Extrarium ab extraneo ſic diſtinguitur. extrarius eſt, qui extra focum, ſacramentum, iúſque ſit. extraneus ex altera terra, quaſi exterraneus.

** Exurguentes.*

Exugentes, * exprimentes.

Exuuiæ ab exuendo dictæ.



FABAM nec tangere nec nominare Diali flamini licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam & lemuralibus iacitur laruis, & parentalibus adhibetur ſacrificiis, & in flore eius luctus litteræ apparere videntur.

Fabiani, & Quintiliani appellabantur luperci à Fabio & Quintilio præpoſitis ſuis.

Facem in nuptiis in honorem Cereris præferebant, aquaque ſpargebatur noua nupta: ſiue vt caſta, puráque ad virum veniret; ſiue vt ignem atque aquam cum viro communicaret.

Faces antiqui dicebant, vt fides.

Faceſſere ſignificat interdum facere, vt eſt, Iuſſa faceſſunt. interdum vero pro abire ponitur. Pacuuius: Faceſſite omnes hinc, id eſt abite.

Factio & factioſus, initio honeſta vocabula erãt vnde adhuc factiones hiſtrionum, & quadrigariorum dicũtur. Modo autẽ nomine factionis ſeditio, & arma vocãtur.

Facul antiqui dicebant, & faculter pro facile. vnde facultas, & difficultas videntur Sed poſtea facilitas morum facta eſt facultas rerum.

Fagutal ſacellum Iouis, in quo fuit fagus arbor, quæ Ioui ſacra habebatur.

Falæ dictæ ab altitudine à falando, * quod apud Etruſcos ſignificat cælum. ** falado.*

Falcaria, genus teli miſſile, quo vtuntur ex falis, id eſt ex locis exſtructis dimicantes.

Falcones dicuntur, quorum digiti pollices in pedibus intro ſunt curuati, à ſimilitudine falcis.

Faleri oppidum à ſale dictum.

Falſius, & falſior cum rationabiliter dici poſſint, non tamen ſunt in conſuetudine.

Fama à fãdo dicta. ſic apud Græcos φήμη ἀπὸ τῆς φάσεως.

Famelicoſam * terram, terram paluſtrem vocabant. ** Familicoſam, vel Famicoſam.*

Famella deminutiuum à fama.

Familia aurea in liberis hominibus dicebatur, quorũ dux & princeps generis vocabatur pater, & mater familiæ. * Vnde familiæ nobilium Pompiliorum * Valeriorum, Corneliorum. & familiares ex eadem familia. poſtea hoc nomine etiam famuli appellari cœperunt, permu- ** familias * Põpiliorũ)*

mutata I cum V litera.

Familiaris Romanus, priuatus Romanus,

Famino, dicito.

Famuletium dicebatur, quod nunc ſeruitium.

Famuli origo ab Oſcis dependet, apud quos ſeruus famel nominabatur, vnde & familia vocata.

Fana, quod fando conſecrantur.

Fanatica dicitur arbor fulmine icta.

Fanum a Fano dictum, ſiue a fando, quod dum pontifex dedicat, certa verba fatur.

*Farcenum vel fraſeniū

Farfenum * virgulti genus.

Farrago appellatur id quod ex pluribus ſatis pabuli cauſa datur iumentis.

Farreum, genus libi ex farre factum.

Fartores, nomenclatores, qui clam velut infarcirent nomina ſalutatorum in aurem candidati.

Faſcinum, & fas, a fando nominantur.

*iura. v. e. iuridica)

Faſtigium ædificij ſummum.

Faſtis diebus iucunda * fari licebat, nefaſtis quædam non fari licebat.

*fandi,

Faſtorum libri appellantur, in quibus totius anni fit deſcriptio. Faſti enim dies faſti* ſunt.

Fatantur, multa fantur.

*ac.

Fauentia bonam ominationem ſignificat. Nam præcones clamantes, populum ſacrificiis fauere iubebant. Fauere enim eſt bona fari. at * veteres poetæ pro ſilere vſi ſunt fauere.

Faui, a fauendo.

Fauiſſæ locum ſic appellabant, in quo erat aqua incluſa circa templa. Sunt autem, qui putant fauiſſas eſſe in Capitolio cællis ciſterniſque ſimiles, vbi reponi erant ſolita ea, quæ in templo vetuſtate erant facta inutilia.

Fauſtulum porcellum, feturam porcorum.

FĒBRVARIVS menſis dictus, quod tum, id eſt extremo menſe anni, populus februaretur, id eſt luſtraretur, ac purgaretur: vel a Iunone februata, quam alij februalem, Romani februlim vocant: quod ipſi eo menſe ſacra fiebant, eiuſque feriæ erant lupercalia, quo die mulieres februabantur a lupercis amiculo Iunonis, id eſt pelle caprina. quā ob cauſam is quoque dies februatus appellabatur. Quæcumque denique purgamenti cauſa in quibuſque ſacrificiis adhibentur, februa appellantur. Id vero, quod purgatur, dicitur februatum.



Fedum antiqui dicebant pro hedo, folus pro holere, foſtim * pro hoſte, foſtiam pro hoſtia. *foſtem)

Felices arbores Cato dixit, quæ fructum ferunt, infelices quæ non ferunt.

Femur femoris, & femen feminis, fenero, & feneror dici poteſt.

Fenus appellatur naturalis terræ fetus, ob quam cauſam & nummorum fetus fenus eſt vocatum, & de ea re leges fenebres. Fenus, & feneratores, & lex de credita pecunia, Fenebris, a fetu dicta, quod crediti nummi alios pariant, vt apud Græcos eadem res τόκος dicitur. fenum quoque pratorum ab hac cauſa eſt appellatum. quando idipſum manēs quotannis nouum parit. Vnde etiam feſtuca vocata eſt.

Feralia, diis manibus ſacrata feſta, a ferendis epulis, vel a feriendis pecudibus appellata.

Ferctum genus libi dictum, quod crebrius ad ſacra ferebatur, nec ſine ſtrue, altero genere libi. quæ qui adferebant, ſtruferctarij appellabantur.

Ferentarij auxiliares * in bello, a ferendo auxilio dicti. vel quia fundis, & lapidibus pugnabant, quæ tela feruntur, non tenentur, ita appellati. Ferentarij leuis armaturæ pugnatores. *auxiliatores

Feretrius Iuppiter dictus a ferendo, quod pacem ferre putaretur, ex cuius templo ſumebant ſceptrum, per quod iurarent, & lapidem ſilicem, quo fœdus ferirent.

Feria à feriendis victimis appellata.* *vocati.

Feriæ ſtatæ appellabantur, quod certo, ſtatutoque die obſeruarentur.

Ferias antiqui feſtas vocabant. & aliæ erant ſine die feſto, vt nundinæ, aliæ cum feſto, vt Saturnalia. quibus adiungebantur epulationes ex prouentu fetus pecorum frugumque.

Ferire dictum, quod ferientes feruntur*. *ferantur

Ferocit apud Catonem,780 ferociter agit. Fiuere id*em pro figere. *item

Ferus ager incultus.

Feſcenini verſus, qui canebantur in nuptiis, ex vrbe Feſcenina* dicuntur allati. ſiue ideo dicti, quia faſcinum putabantur arcere.

[*Feſcenia]

Feſnoæ* vocabantur, qui depellere faſcinum credebantur.

[* Feſceninæ, vel Faſcennonæ]

Feſtram antiqui dicebant, quam nos feneſtram.

Fetiales a feriendo dicti. apud hos enim belli, paſciſque faciendæ ius eſt.

FIBER genus beſtiæ quadrupes. Plautus: Sic me ſubes cotidie, quaſi fiber ſalicem. quo nomine extremæ fluminis oræ appellantur. Vnde & fibras iocinorum, & fimbrias veſtimentorum dicimus.

Ficolea palus ficulneus.

Fides genus citharæ dicta, quod tantum inter ſe chordæ eius quantum inter homines fides, concordent. cuius diminutiuum fidicula eſt.

Fiduſta a fide denominata, ea, quæ maxime fidei erant.

Filicata* patera dicta, quod ad filicis" herbæ ſpeciem ſit cælata.

[*Felicata "felicis]

Filicones* mali & nullius vſus, à filice* dicti.

[* Felicones *felice]

Firmum ἀπὸ τοῦ ἕρματος, dictum videtur.

Fiſcellus caſei mollis appetitor, vt catillones catillorum liguritores.

Fixulas, fibulas.

FLAGRATORES dicebantur genus hominum, quod mercede flagris cædebantur.

Flamearij infectores flamei coloris, violarij violatij coloris dicuntur.

Flamen Dialis dictus, quod filo aſſidue veletur, indeque appellatur flamen quaſi filamen, Dialis autem appellatur a Dio, a quo vita dari putabatur hominibus.

Flameo amicitur nubens ominis boni cauſa, quod eo aſſidue vtebatur Flaminica, id eſt Flaminis vxor, cui non licebat facere diuortium. Flameo veſtimento Flaminica vtebatur, id eſt Dialis vxor, & Iouis ſacerdos cui telum fulminis eodem "erat colore.

[" fulminire idem]

Flaminia* dicebatur ſacerdotula, quæ Flaminicæ Diali præminiſtrabat, eaque patrimes & matrimes* erat, id eſt patrem, matremque adhuc viuos habebat.

[*Flamilla *patrima. & matrima)]

Flaminiæ ædes domus flaminis Dialis.

Flaminius camillus puer dicebatur ingenuus patrimes,



& matrimes.* qui Flamini Diali ad ſacrificia præminiſtrabat. antiqui enim miniſtros camillos dicebant. Alij dicunt omnes pueros ab antiquis camillos appellatos, ſicut habetur in antiquo carmine, cum pater filio de agricultura præciperet: Hiberno puluere, verno luto, grandia farra Camille metes.

[*patrimus & matrimus]

Flaminius circus, & via Flaminia a Flaminio conſule dicta ſunt, qui ab Annibale interfectus eſt ad lacum Traſimenum.

Flaminius lictor eſt, qui Flamini Diali ſacrorum cauſa præſto eſt.

Flator, tibicen.

Flemina dicuntur, cum ex labore viæ ſanguis defluit circa talos.

Floriſertum dictum, quod eo die ſpicæ feruntur ad ſacrarium.

Flumentana porta Romæ appellata, quod Tiberis partem ea fluxiſſe affirmant.

Fluoniam Iunonem mulieres colebant, quod eam ſanguinis fluorem in conceptu retinere putabant.

Fluſtra dicuntur, cum in mari fluctus non mouetur, quam Græci μαλακίαν * vocant.

[*γαλήνην]

FOCVS, fomenta, focillationes, foculi a fouendo, id eſt calefaciendo dicta ſunt.

Fodare, fodere.

Fœdus appellatum ab eo, quod in paciſcendo (fœdere hoſtia* necaretur. Vergilius: & cæſa iungebant fœdera porca. vel quia in fœdore interponatur fides.

[*fœda v.c. feta)]

Folium a Græco venit, quod illi dicunt φύλλον, ſed ideo per vnum L, quia antiqui non geminabant conſonantes

Folliculare appellatur pars remi, quæ folliculo eſt lecta,* a quo vita follicularis.

[*tecta)]

Fomites ſunt aſſulæ ex arboribus, dum cæduntur excuſſæ dictæ, quod in eo opere occupati, cibis, potuque confouentur. At Opilius aduſtas iam vites vocari exiſtimat fomites. alij vocari putãt ſcintillas, quæ ex ferro candẽti maleis excutiũtur. dictæ autẽ ita, quia igni ſunt cõfotæ. pari modo aſſulæ, quæ ſunt ſecuribus excuſſæ.

Fons à fundendo dicitur.

Fontinalia fontium ſacra, vnde & Romæ fontinalis porta.

Forago filum, quo textrices diurnum opus diſtingunt, à furando dictum.

Forbeam antiqui omne genus cibi appellabant, quam Græci φορϐὴν vocacant.

Forcipes dicũtur, quod his forma, id eſt calida, capiuntur.

Fordicidiis boues fordæ, id eſt grauidæ, immolabantur, dictæ a fetu.

Forma ſignificat modo faciem cuiuſque rei: modo calidam, vt cum exta, quæ dantur, deforma appellantur. Et Cato ait de quodam ædificio æſtate frigido, hieme formido. Item forma appellatur puls miliacia ex melle,

Formiæ oppidum apppellatur ex Græco, velut hormiæ. quod circa id crebræ ſtationes, tutæque erant, vnde proficiſcebantur nauigaturi.

Formucales forcipes dictæ, quod forma capiant, id eſt feruentia.

Fornacalia feriæ inſtitutæ ſunt farris torrendi gratia quod ad fornacem, quæ in piſtrinis erat, ſacrificium fieri ſolebat. Fornacalia ſacra erãt, cum far in fornaculis torrebant.

*Forectes. Forctes, Forotes

Fortis*frugi, & bonus, ſiue validus.

Forum ſex modis intellegitur. Primo negotiationis locus vt forum Flaminium, forum Iulium, ab eorum nominibus, qui ea fora conſtituenda curarunt, quod etiam locis priuatis, & in viis,* & in agris fieri ſolet. Alio, in quo iudicia fieri, cum populo agi, conciones haberi ſolent. Tertio, cum is, qui prouinciæ præeſt, forum agere dicitur, cum ciuitates vocat, & de controuerſiis eorum cognoſcit. Quarto, cum id forum antiqui appellabant, quod nunc veſtibulũ ſepulchri dici ſolet. Quinto, locus in naui, ſed tum maſculini generis eſt, & plurale. Sexto, fori ſignificant Circenſia ſpectacula, ex quibus etiam minores forulos dicimus. Inde & forare, & foras dare, & fores, & foras, & forecula,*id eſt oſtiola dicuntur.

*vicis)

*forcula)

Fouij, qui nunc Fabij dicuntur, dicti, quod princeps gentis eius ex ea natus ſit, cum qua Hercules in fouea concubuit. Alij putant eum primum oſtendiſſe quemadmodum vrſi & lupi foueis caperentur.

FRACEBVNT diſplicebunt.

Frater



Frater a Græco dictus eſt φρήτωρ,* vel quod ſit fere alter. *φρέτωρ)

Fratilli, villi ſordidi in tapetis.

Fratrare puerorum * mammæ dicuntur, cum primum tumeſcunt, quod velut fratres pares oriuntur. quod etiam in frumento ſpica facere dicitur. *puellarũ(

Fratria, vxor fratris.

Frauſus erit. fraudem commiſerit.

Fraxare, vigiliam circumire.

Fregellæ locus in vrbe, in quo ciuitatis felij* hoſpites habitauere. *illius(

Fremitum dictum velut ferimentum.

Frendere eſt frangere. vnde eſt faba freſſa: vnde & dentibus dicimus frendere.

Frequentarium, frequentem.

Frigere & frictum à Græco venit φριχεῖν.* *φριγεῖν)

Fringilla auis ſticta, quod frigore cantet, & vigeat. vnde & frigutire.

Friuola ſunt proprie vaſa fictilia quaſſa. Vnde dicta verba friuola, quæ minus ſunt fide ſubnixa.

Frontem antiqui maſculino genere dixere.

Frugamenta a frugibus appellata.

Fruniſcor & frunitum dixit Cato, noſque, cum adhuc dicimus infrunitum, certum eſt antiquos dixiſſe frunitum

Frutinal * templum Veneris fruti" *Frucinal *frutae, vel frugi.

Frux frugis dixerunt antiqui fructam & fructum.

FVCILIS*falſa. dicta autem quaſi fucata. *Futilis( fucilia. V. C.

Fulgere priſci pro ferire dicebant. Vnde fulgur dictum eſt.

Fulguritum id, quod eſt fulmine ictum. qui locus ſtatim fieri putabatur religioſus, quod cum Deus ſibi dicaſſe videretur.

Fulmen dictum a fluore*flammæ. *fuluore. V. C. fulgore)

Fundus dicitur ager, quod planus ſit ad ſimilitudinem fundi vaſorum. Fundus quoque dicitur populus eſſe rei, quam alienat, hoc eſt auctor.

Funebres tibiæ dicuntur, cum quibus in funere canitur, quas Flamini audire putabant illicitum.

Furcilles, ſiue furcilla, quibus homines ſuſpendebant.

Furnalia * ſacra Furinæ, quam deam dicebant. *Furrinalia

Furum genitiuus pluralis a fure.

Furuum nigrum, vel atrum. hinc dicta furnus, furiæ, funus, fuligo, fulgus, fumus. Furuum bouem, id eſt nigrum immolobant Auerno.

Futare arguere eſt. vnde & confutare. Sed Cato hoc pro ſæpius fuiſſe poſuit.

Futiles dicuntur, qui ſilere tacenda nequeunt, ſed ea effundunt. ſic & vaſa futilia a fundendo vocata.



Gaia Cæcilia appellata eſt, vt Romam venit, quæ antea Tanaquil vocitata erat vxor Tarquinij Priſci regis Romanorum: quæ tantæ probitatis fuit, vt id nomen ominis boni cauſa frequentent nubentes, quam ſummam aſſeuerant lanificam fuiſſe.

Galbeum, ornamenti genus.

Gallam bibere, ac rugas conducere uentri, cum ait Lucilius, præmonet parſimonia eſſe vtendum, neque gulæ indulgendum, ventremque coartandum.

Galli qui vocantur Matris Magnæ comites, dicti ſunt a flumine, cui nomen eſt Gallo. quia qui ex eo biberint, in hoc furere incipiant, vt ſe priuent virilitatis parte. Alij putant ideo eos ſibi genitalia incidere, quia violauerint nomen patris, matriſue, ne poſſint ipſi fieri parentes.

Ganeum antiqui locum abditum, ac velut ſub terra dixerunt. Terentius: Vbi illum quæram? credo abductum* in ganeum. *abditum, vel obductum

Gannitio, canum querula murmuratio.

Galearia * a galearum ſimilitudine dicta. * Galeria, vel Galerita)

Gaudium ἀπὸ τοῦ γαυριᾶν dictum.

Gaulus, genus nauigij pæne rotundum.

GEMVRSA ſub minimo digito pedis tuberculum, quod gemere faciat eum, qui id gerat.

Genas Ennius palpebras putat, cum dicit hoc verſu: Pandite ſulti * genas, & corde relinquite ſomnum. Alij eas partes putant genas dici, quæ ſunt ſub oculis. Pacuuius genas putat eſſe, qua barba primum oritur, hoc verſu: *ſultis)
Nunc primum opacat flore lanugo genas.

Geniales deos dixerunt aquam, terram, ignem, aerem. ea enim ſunt ſemina rerum, quæ Græcorum alij στοιχεῖα, alij σπέρματα* vocāt. Duodecim quoque ſigna, lunam, & ſolem inter hos deos computabant. Geniales autem dicti a gerendo, quia plurimum poſſe putabantur, quos poſtea gerulos appellarunt. *γένεθλα & ἀτόμους

Genialis lectus, qui nuptiis ſternitur in honorem genij, vnde & appellatur.

Genium appellabant deum, qui vim obtineret rerum omnium gerendarum. Aufuſtius, genius inquit, eſt deorum

filius,& parens hominum,ex quo homines gignuntur, & propterea genius meus nominatur, quia me genuit. Alij genium eſſe putarunt vniuſcuiuſque loci Deum.

Gens Aelia appellatur, quæ ex multis familiis conficitur.

Gentilis dicitur & ex eodem genere ortus, & is qui ſimili nomine appellatur.vt ait Cincius: gentiles mihi ſunt, qui meo nomine appellantur.

Genuini dentes,quod a genis dependent.

**Gens* **γένος*

Genus* dictum putatur a terræ Græco vocabulo, quam γῆν* dicunt.

Germen eſt, quod ex arborum ſurculis naſcitur, vnde & germani,quaſi eadem ſtirpe geniti.

Gerræ,crates vimineæ. Athenienſes cum Syracuſas obſiderent, & crebro gerras poſcerent, irridentes Siculi, gerras clamitabant. Vnde factum eſt,vt gerræ pro nugis,& contemptu dicantur.

Geruſia curia ab ætatis vocabulo dicta.

Geſtit, qui ſubita felicitate exhilaratus, nimio corporis motu præter conſuetudinem exultat.

Geſtus, quo indicatur, quid geratur, præter participium, quod a gerendo deducitur.

**Geſſum*

Geſum*graue iactum.

GIGERIA ex multis obſoniis decerpta.

** Girenator. v. c. Gingriator.*

Gingeriator* tibicen.

Gingrire anſerum vocis proprium eſt.Vnde genus quodam tibiarum exiguarum gingrinæ.

**vt*

GLISCERE creſcere eſt, & * gliſceræ,menſæ gliſcentes, id eſt, creſcentes per inſtructionem epularum ſcilicet.

**Glictis "lenibus*

Glittis* ſubactis,lenibus," teneris.

** Gluctire*

Glocire* & glocidare gallinarum proprium eſt,cum ouis incuibturæ ſunt.

**rombi, vel cybi cubi)*

Glomus in ſacris cruſtulum cybij * figura & oleococtum appellatur.

Gloria a Græca voce dicta.hanc enim illi κλέος vocant.

Glos,viri ſoror, a Græco γάλως.

Glucidatum, ſuaue, & iucundum. Græci etenim γλυκὺν dulcem dicunt.

Gluma hordei tunicula: dictum, quod glubatur id granum,vnde & pecus glubi dicitur,cuius pellis detrahitur.



GNAEVS & corporis inſigne, & prænomen, a generando dicta eſſe,& ea ipſa ex Græco γίγνεσθαι* apparet.

**γίγνεται*

Gnarigauit ſignificat apud Liuium narrauit.

Gnaruiſſe, narraſſe.

Gnarus cum ſignificet id,quod ſcius, peritus, tamen invenimus prognare ſignificare apperte.

Gnephoſum, obſcurum: videlicet ex Græco, quod eſt κνέφας.

Gnitus.* & gnixus a generibus priſci dixerunt.

**Gnitur.*

Gnotu,cognitu.

GRACCHVRIS vrbs Iberæ regionis, dicta a Graccho Sempronio, quæ antea Illurcis nominabatur.

Gracculi a ſono oris vocati.ſiue a gerendo dicti,quod iacta ſegetum ſemina plurimum gerant.vel quod ex oliuetis cubitum ſe recipientes duas pedibus baccas, tertiam ore ferant.

Gradiuus Mars appellatus eſt a gradiendo in bella vltro, citroque: ſiue a vibratione haſtæ, quod Græci dicunt κραδαίνειν:*vel vt alij dicũt, quia gramine ſit ortus,quod interpretatur,quia corona graminea in re militari maximæ eſt honorationis.

**κραδαίνειν*

Græca ſacra, feſta Cereris ex Græcia tranſlata, quæ ob inuentionem Proſerpinæ matronæ colebant, quæ ſacra, dum non eſſent matronæ, quæ facerent propter cladem Cannenſem, & frequentiam lugentium, inſtitutum eſt,ne amplius centum diebus lugeretur.

Grallatores appellabantur pantomimi,qui vt in ſaltatione imitarentur ægipanas, adiectis perticis furculas habentibus, atque in his ſuperſtantes ad ſimilitudinem* crurum eius generis gradiebantur, vtique propter difficultatem conſiſtendi. Plautus: Vinceretis curſu ceruas,& grallatorem gradu.

**ſimulationem.*

Gramiæ oculorum ſunt vitia, quas alij glamas*vocant.

**gromas.*

Grando guttæ aquæ concretæ ſolito grandiores.

Graſſari antiqui ponebant pro adulari. graſſarij * autem dicuntur latrones vias obſidentes. gradi ſiquidem ambulare eſt, vnde tractum graſſari, videlicet ab impetu gradiendi.

**graſſari*

Grauaſtellus, ſenior. Plautus: qui eſt grauaſtellus, qui aduenit, vt puto grauaſtellus a grauitate dictus.

*libræ Graue aes dictum a pondere, quia deni aſſes, ſinguli pondo libras, * efficiebant denarium ab hoc ipſo numero dictum. Sed bello Punico populus Romanus preſſus
* libralibus aere alieno ex ſingulis aſſibus librariis*ſenos fecit, qui
*tantuli tantundem*valerent. Item nummi quadrigati, & bigati a figura cælaturæ dicti.

Grauida eſt, quæ iam grauatur conceptu: prægnans velut occupata in generando, quod conceperit. inciens propinqua partui, quod incitatus ſit fetus eius.

* γέργεας Greges ex Græco dici, quos illi ἀγέλας * ſolent appellare.
* Gricena Gricenea * funis craſſus.
* Gnoma Groma * appellatur genus machinulæ cuiuſdam, quo regiones agri cuiuſque cognoſci poſſunt, quod genus Græci dicunt γνώμονα.

Gruere dicuntur grues, vt ſues grunire, vnde tractum eſt congruere, hoc eſt conuenire, quia id genus volucrum minime ſoliuagum eſt.

Grumus, terræ collectio minor tumulo.

Gvlliocae nucum iuglandium ſumma, & viridia putamina.

Gurguſtium, genus habitationis anguſtum, à gurgulione dictum.

Gutturnium vas ex quo aqua in manus datur: ab eo quod propter oris anguſtiam guttatim fluat.



HABITIOR, pinguior.

Habitudo, habitus corporum.

Halapanta ſignificat omnia mentientem. ab eo quod halet omnia. ἅλλω enim Græci τὴν πλάνην, id eſt fallentem appellant.

Hallus, pollex pedis ſcandens ſuper proximum, dictus à ſaliendo. nam ἅλλομαι Græce, Latine ſignificat ſalio.

Hamo cognominatus, quia in arena putatur inuentus, quæ Græce hoc nomine ἄμμος appellatur. cui cornua adfiguntur arietis, à genere pecoris inter quod inuentus eſt.

Hamotrahones alij piſcatores, alij qui vnco cadauera trahunt.

Hanula parua delubra quaſi fanula.

Haruiga dicebatur hoſtia, cuius adhærentia inſpiciebantur exta.

Haſtæ ſubiiciebantur ea, quæ publice uenundabant: quia ſignum præcipuum eſt haſta. Nam & Carthaginienſes cum bellum vellent, Romam haſtam miſerunt: & Romani fortes viros ſæpe haſta donarunt.

Hebes, retuſi acuminis.

Hecate, Diana, eadem putabatur & luna, & Proſerpina.

Hedera dicta, quod hæreat; ſiue quod edita petat, vel quia id, cui adhæſerit, edat. quæ in tutela Liberi putabatur eſſe, quia vt ille iuuenis ſemper, ita hæc viret. vel quia ita omnia, ſicut ille mentes hominum, illigat.

Heliconides muſæ à monte Helicone vocatæ.

Heluacea, genus ornaméti Lydij, dictum à colore boum, qui eſt inter rufum & album, appellaturque heluus.

Helueus ab hiatu & oſcitatione dictus.

Heluela, holera minuta.

Heluo dictus eſt immoderate bona ſua conſumens, ab eluendo. Qui aſpiratur, vt auiditas magis exprobretur. fit enim vox incitatior.

Helus, & heluſa antiqui dicebant, quod nunc holus, & holera.

Hemina ex Græco ἥμισυ, quod eſt dimidia pars ſextarij.

Hemona humana, & hemonem hominem dicebant.

Herbam do, cum ait Plautus, ſignificat, victum me fa-

teor; quod eſt antiquæ, & paſtoralis vitæ indicium; nam qui in prato curſu, aut viribus contendebant, cum ſuperati erant; ex eo ſolo, in quo certamen erat, decerptam herbam aduerſario tradebant.

*grandior. Herbilis anſer, herba paſtus, qui gracilior * eſt, quam frumento altus.

*Hercius. Herceus * Iuppiter intra conſeptum domus cuiuſque colebatur, quem etiam deum penetralem appellabant.

Hercules aſtrologus dictus, quod eo die ſe flammis iniecit, quo futura erat obſcuratio ſolis.

Here, id eſt aduerbium temporis heri, dictum à Græco χθές.

Heredium, prædium paruulum.

Herem Marteam antiqui accepta hereditate colebant, quæ à nomine appellabatur heredum, & eſſe vna ex Martis comitibus putabatur.

Heres apud antiquos pro domino ponebatur.

Herma à Græcis ponitur pro firmamento. Vnde etiam Mercurij nomen inuentoris, vt putabant, firmæ orationis dictum Interdum etiam ſaburram ſignificat.

Hernici dicti à ſaxis, quæ Marſi herna dicunt.

Hetta res minimi pretij, quaſi hieta, id eſt hiatus hominis, atque oſcitatio. Alij puſulam * dixerunt eſſe, quæ in coquendo pane ſolet adſurgere. à qua accipimus rem nullius pretij. cum dicimus, non hette te facio. *puſtulam.

Heus aduerbium vocandi à Græco αἶ venit.

Hilarodos, laſciui & delicati carminis cantor.

Hilum putant eſſe, quod grano fabæ adhæret. ex quo nihil, & nihilum.

Hippacare eſt celeriter animam ducere. ab equi halitu, qui eſt ſupra modum acutus.

Hippagines naues, quibus equi vehuntur, quas Græci ἱππαγωγοὺς dicunt.

Hippius, id eſt equeſter, Neptunus dictus eſt, vel quod Pegaſius ex eo, & Pegaſide natus ſit: vel quod equuleus, vt putant, loco eius ſuppoſitus Saturno fuerit, quem pro Neptuno deuoraret: vel quod tridentis ictu terra equum excierit. cui ob hoc in Illyrico quaternos equos iaciebant nono quoque anno in mare.

Hippocoum vinum ex inſula Coo, dictum ab agro generoſo. cui nomen eſt Hippo.



Hira, quæ deminutiue dicitur hilla, quam Græci dicunt νῆστιν, inteſtinum eſt, quod ieiunum vocant.

Hircipili duorum pilorum homines.

Hirquitalli pueri primum ad virilitatem accedentes. a libidine ſcilicet hircorum dicti.

Hirrire, garrire, * quod genus vocis eſt canis rabioſæ. * ringere.

Hiſtriones dicti, quod primum ex Hiſtria venerint.

Hodidocos * latro, atque obſeſſor viarum. * ὁδοιδόκος)

Homelium pilei genus.

Honorarios ludos quos & liberalia dicebant.

Horctum, & forctum, * pro bono dicebant. *fructum.

Horda prægnans. vnde dies, quo grauidæ hoſtiæ immolabantur, hordicidia.

Hordiarium æs, quod pro hordeo equiti Romano dabatur.

Horreum antiqui dicebant farreum, à farre.

Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur, quod ibi, qui arma capere poſſent, orirentur.

Hoſtia dicta eſt ab eo, quod eſt hoſtire, ferire.

Hoſticapax, hoſtium captor.

Hoſtiliis laribus immolabant, quod ab his hoſtes arceri putabant.

Hoſtimentum, beneficij penſatio.

Hoſtis apud antiquos peregrinus dicebatur, & qui nunc hoſtis perduellis. * *perduellio.

Hvmanvm ſacrificium dicebant, quod mortui cauſa fiebat.

Hyperborei ſupra aquilonis flatum habitantes dicti, quod humanæ vitæ modum excedant viuendo vltra centeſimum annum, id eſt ὑπερβαίνοντες ὅρον ſæculi humani.

Hyperionem alij patrem ſolis, alij ipſum, quod eat ſuper terras, ita appellatum putabant.

IAMBI vocabantur, qui ſinguli ex proſcenio loquebantur: triambi, qui terni.

Ianeus, ianitor.

Ianiculum dictum, quod per eum populus Romanus primitus tranſierit in agrum Etruſcum.

Ianual, libi genus, quod Iano tantum modo libatur.

IBI dicitur, cum locus ſemel demonſtratur; ibidem cum ſæpius.

ICADION, nomen ſæuiſſimi piratæ.

Icit, percuſſit.

IDVLIS ouis dicebatur, quæ omnibus Idibus Ioui mactabatur.

IECVNANVM * victimarium.

*In cumanũ. vel iecinorum

IGITVR nunc quidem pro completionis ſignificatione valet, quæ eſt ergo; ſed apud antiquos ponebatur pro inde, & poſtea, & tum.

Ignem ex domo Flaminia efferri non licebat, niſi diuinæ rei gratia.

Ignia vitia vaſorum fictilium.

Ignis Veſtæ ſiquando interſtinctus eſſet, virgines verberibus afficiebantur à Pontifice. quibus mos erat tabulã felicis materiæ tamdiu terebrare, * quouſque exceptũ ignem cribro æneo virgo in ædem ferret.

*verberare.

Ignitabulum, ignis receptaculum.

ILLA dicta ab ina, quæ pars chartæ eſt tenuiſſima.

Ilicet, ſine dubio.

IM ponebant pro eum, à nominatiuo is.

Imago ab imitatione * dicta.

*ob imitationem.

Imbarbeſcere, barbatum fieri.

Imbelliam, belli inſcientiam.

Imbrex, nomen cuiuſdam comici.

Imbrica tempeſtate pluuiam videtur ſignificare.

Imbutum eſt, quod cuiuſpiam rei ſuccum bibit. vnde infantibus, an velint bibere, dicentes, BV ſyllaba contenti ſumus.

Immanis, ferus, ſiue magnus.

Immolare eſt mola, id eſt farre molito, & ſale hoſtiam perſperſam ſacrare.

Immunis, vacans munere. aliquoties pro improbo ponitur, vt apud Plautum: Immune eſt facinus.



Immuſculus auis genus, quam alij regulum, alij oſſifragam dicunt.

Immuſtulus ales ex genere aquilarum eſt, ſed minorum virium, quam aquilæ. quæ volucris raro, & non fere, præterquam vere apparet; quia æſtum, algoremque metuit. appellatur autem ita, quod ſubito, & inexpectata ſe immitat. *

*mutat. v. c. immutat.

Impages dicuntur, quæ à fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohæreant. à pangendo, id eſt figere. * vnde poetæ pangere verſus dicuntur, & agricolæ pangere plantas, id eſt infligere. *

*figendo.

*infigere.

Imparem numerum antiqui proſperiorem hominibus eſſe crediderunt.

Impares tibiæ numero foraminum diſcretæ.

Imparentem, non parentem, hoc eſt obedientem.

Impelimenta, impedimenta dicebant.

Impenetrale, cuius vltimum penetrale intrare non licet.

Impenſam, ſtipem, æs ſacrum, quod nondum erat pẽſum.

Impercito, parcito, futurum ab imperatiuo.

Impeſcere, in lætam ſegetem paſcendi gratia immittere.

Impetix, impetigo.

Impetritum, impetratum.

Impetum, induſtrium, indulgentem perinde compoſita ait Verrius, atque impunis, & immunis, mihi non ſatis perſuadet.

Impiatus, ſceleratus.

Impite, impetum facite.

Implexum, implicatum, quod Græci ἐμπεπλεγμένον dicunt.

Implorare, inclamare, ad auxilium inuocare.

Impluuium, quo aqua impluit collecta de tecto. Cõpluuium, quo de diuerſis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum.

Impolitias Cenſores facere dicebantur, cum equiti æs abnegabant ob equum male curatum.

Impomenta, quaſi imponimenta, quæ poſt cænam menſis imponebant.

Imporcitor, qui porcas in agro facit arando. Porca autẽ eſt inter duos ſulcos terra eminens.

Importunum, in quo nullum eſt auxilium, velut eſſe ſolet portus nauigantibus.

Impos eſt, qui animi ſui potens non eſt, qui animum ſuũ in poteſtate non habet.

Improlus, vel improlis, qui nondum eſt adſcriptus in ciuitate.

Impudicatus, ſtupratus, impudicus factus.

Imputatum, nondum purgatum. putum enim eſt purum. vnde putare vites dicimus eſt, hoc detrahere, quæ impedimento ſunt ad fructum.

In non ſemper abnuitionem ſignificat, ſed interdum etiam pro adnuendo ponitur, vt inuolando, inclamando, inuocando. In præpoſitio ſignificat modo, quod non, vt inimicus: modo auctionem, vt inclamauit: modo vbi, quo tendatur, vt incurrit: modo vbi qui * ſit, vt inambulat.

*quis)

Inarculum virgula erat ex malo punico incuruata, quam regina ſacrificans in capite geſtabat.

Incalanto, inuocanto.

Incalationes, inuocationes.

Incalatiue. vocatiue.

Incauillatio, per deſpectum irriſio.

Incenſit, incenderit; ſicut incepſit, inceperit.

Inceps, deinceps.

Inceſſere, immittere, * ac iactu, " vel verbis petere.

*inuito " iaculo

Inceſtus à Græco trahitur. nam illi facinus dicunt ἀνήκεστον.

Inchoare videtur ex Græco originem trahere, quod Heſiodus omnium rerum initium eſſe dixerit chaos.

Incicorem, immanſuetum, & ferum. Pacuuius: Reprime incicorem iracundiam. Interdum cicur pro ſapiente ponitur, vt idem Pacuuius: conſilium cicur.

Incillæ * foſſæ, quæ in viis fiunt ad deducendam aquam, ſiue deriuationes de riuo communi factæ.

*Inciliæ, vel Incilia.

Incita, incitata.

Incitega machinula, in qua conſtituebatur in conuiuio vini amphora, de qua ſubinde deferrentur vina.

Inclamare, conuiciis, & maledictis inſectari.

Inclutus, nobilis, clarus.

Incoctæ dicebantur mulieres plus æquo calamiſtris vſæ.



Incomitem, ſine comite.

Incomitiare ſignificat tale conuicium facere, pro quo neceſſe ſit in comitium, hoc eſt in conuentum, venire. Plautus: Quæſo, ne me incomities.

Inconcilaſti, comparaſti, commendaſti, vel, vt antiqui, per dolum decepiſti.

Inconditum, non ordinate compoſitum.

Inconſpretum, non improbatum.

In conuentione, in concione.

Increpitare, arguere, conuiciari. Increpitare, clamare, maledicere.

Increpitato, * ferito.

*increpato

Increta, indiuiſa.

Incuria, negligentia.

Indepiſci, adſequi, adipiſci.

Indeptare, conſequi.

Indictiuum funus, ad quod per præconem euocabantur.

Indiges, indigetis facit. hoc nomine Aeneas ab Aſcanio appellatus eſt, cum pugnans cum Mezentio nuſquam apparuiſſet. in cuius nomine etiam templum conſtruxit.

Indigitamenta, incantamenta, vel iudicia.

Indigitanto, imprecanto. *

*Indigitando, imprecando.

Indigetes dij, quorum nomina vulgari non licet.

Indoles, incrementum, induſtria.

Induſtrium antiqui dicebant indoſtruum, quaſi qui quidquid ageret, intro ſtrueret, & ſtuderet domi.

Inebræ aues, quæ in auguriis aliquid fieri prohibent. & prorſus omnia inebra appellantur, quæ tardant, vel morantur agentem.

Ineopte, eo ipſo.

Inermat, armis ſpoliat.

Iners, ignauus, vel ſine arte.

Infectores, qui alienum colorem in lanam coniiciunt. offectores, qui proprio colori nouum efficiunt. *

*officiunt)

Inferiæ ſacrificia, quæ diis manibus inferebant.

Inferium * vinum, id quod in ſacrificando infra pateræ labrum ponebatur.

*Inferum

Infibulati ſacrificabant flamines * propter vſum aeris antiquiſſimum aereis fibulis.

*ſacerdotes

Inſindere, intercipere, interponere.

Inſit, incipit. ſed diuerſæ ſignificationis eſt ab eo, quod eſt fit. nam inſit, agentis: fit autem patientis eſt.

Inſiteri, non fateri.

Inſitiari, creditum fraudare.

Infra claſſem ſignificatur, qui minore ſumma, quam centum & viginti millium aeris cenſi ſunt.

*furtiuè Infrequens appellabatur miles, qui abeſt, abſuítue à * ſignis.

Inſulæ ſunt filamenta lanea, quibus ſacerdotes, & hoſtiæ, templáque velabantur.

Ingens dicitur augendi conſuetudine, vt inclamare, inuocare. quia enim gens populi eſt magnitudo, ingentem per compoſitionem dicimus, quod ſignificat valde magnum.

Ingluuies à gula dicta. hinc & ingluuioſus, & gluto, gulo, gumia, guttur, guttus, * gutturioſus, & curculio.

*gutta. Inhibere, iungere, ſed melius cohibere.

*fugere) Inigere pecus, agere, id eſt minare.

Iniit ponitur interdum pro concubuit. Interdum pro inuenit, vt Iniit rationem. Interdum pro introiit, vt Plautus: Iniit te vmquam febris.

In inſula Aeſculapio facta ædes fuit, quod ægroti à medicis aqua maximè ſuſtententur. eiuſdẽ eſſe tutelæ draconem, quod vigilantiſſimũ ſit animal, quæ res ad tuẽdam valetudinem ægroti maxime apta eſt. canes adhibentur eius templo, quod is vberibus canis ſit nutritus. bacillum habet nodoſum, quod difficultatem ſignificat artis. laurea coronatur, quod ea arbor plurimorum ſit remediorum. huic gallinæ immolabantur.

Initium eſt principium; ſed alias quo quid incipiat, vt viæ Appiæ porta Capena: alias ex quo quid conſtet, vt aqua, terra, aer.

Iniuges boues, qui ſub iugo non fuerint.

Iniurium, periurium.

Inlaqueatum alij pro vincto vtuntur, alij pro ſoluto.

Inlex producta ſequenti ſyllaba ſignificat, qui legi non paret. Inlex correpta ſequenti ſyllaba ſignificat inductorem ab iniiciendo. Plautus: Eſca eſt meretrix, lectus. * inlex.

*pectus.



Inlices canales, in quos aqua confluit in viis lapide ſtratis, ab eliciendo dicti.

Inlicitator emptor.

Inlicium dicitur, cum populus ad concionem * elicitur, id eſt vocatur. vnde colliciæ " tegulæ, per quas aqua in vas defluere poteſt. *concilium "excoliciæ

Inlicium vocare antiqui dicebant ad concionem vocare.

Inlitterata pax eſt, quæ litteris comprehenſa non eſt.

In mundo dicebant antiqui, cum aliquid in promptu eſſe volebant intelligi.

Inori minores. * *ſine ore

In pelle lanata noua nupta conſidere ſolet, vel propter morem vetuſtum, quia antiquitus homines pellibus erant induti, vel quod teſtetur lanificij officium ſe præſtaturam viro.

In procinctu factum teſtamẽtum dicitur, quod miles pugnaturus nuncupat præſentibus commilitonibus.

Inquilinus, qui eundem colit focum, vel * eiuſdem loci cultor. *velut

Inſanum pro valde magnum vſus eſt Plautus.

Inſcitia, ſtultitia.

Inſecta, non ſecta. ſed & aliquotiens ſignificat ſecta.

Inſeptum non ſeptum. ponitur tamen & pro non ædificatum.

Inſéque apud Ennium, dic. Inſexit, dixit.

Inſeſſores latrones, qui circa vias inſidientur ſedentes.

Inſignes appellantur boues, qui in femine, * & in pede album habent, quaſi inſigniti. *femore

Inſignis tam ad laudem, quam ad vituperationem inflecti poteſt.

Inſimulare, crimen in aliquem confingere.

Inſipare iniicere. vnde fit diſſipare.

Inſipere farinulam iacere pultis: * vnde diſſipare, obſipare. vt cum ruſtici dicunt, obſipa pullis eſcam. *pullis

Inſitum ab inſerendo tractum. ſed aliquotiens ſignificat impoſitum.

Inſons, extra culpam. à quo dici morbus quoque exiſtimatur ſonticus, quia perpetuo noceat.

Inſtaurari ab inſtar dictum eſt, cum aliquid ad priſtinam ſimilitudinem, & comparationem reficitur.

Inſtigare, incitare.

Inſuaſum * appellabant colorem ſimilem luteo, qui fiebat fumoſo ſtillicidio.

* inſurſum y. c.

Inſulæ dictæ propriæ, quæ non iunguntur communibus parietibus cum vicinis; circuitúque publico, aut priuato cinguntur * à ſimilitudine videlicet earum terrarum, quæ fluminibus, ac mari eminent, ſuntque in ſalo poſitæ.

* coniungũtur.

Intempeſtam noctem dicimus pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis horæ, quam diei poſſunt intelligi. Tempeſtatẽ enim antiqui pro tempore poſuere.

Intercapedo, tempus interceptum, cum ſcilicet mora eſt ad capiendum.

Inter * cutem flagitatos dicebant antiqui mares, qui ſtuprum paſſi aliquando eſſent.

* intra

Intercutitus, vehementer cutitus, id eſt valde ſtupratus.

Interduatim, & interatim dicebant antiqui, quod nunc interdum, & interim.

Intergeriui parietes dicuntur, qui inter confines ſtruuntur, & quaſi intergeruntur.

Interneciuum teſtamentum eſt, propter quod dominus eius necatus eſt.

Internectio, vitæ priuatio appellatur interfectio. à nece denominato vocabulo.

Interregnum appellatur ſpatium temporis, quouſque in loco mortui alius ordinetur.

Intrahere eſt contumeliam intorquere.

Inuoluus * vermiculi genus, qui ſe inuoluit pampino.

* Inuolutus.

IOVISTAE compoſitum à Ioue, & iuſtæ.

IPSIPE, ipſi neque alij.

Ipſulices bracteæ in virilem, muliebrémque ſpeciem expreſſæ.

IRACVNDIA dicta, quod iram incendat.

Ircei genus farciminis in ſacrificiis.

Ircens, genus farciminis.

Irnella, vaſis genus in ſacris.

Irpices * genus raſtrorum ferreorum, quod plures habent dentes ad extirpandas herbas in agris.

* Ircipes

Irpini appellati nomine lupi, quem irpum dicunt Samnites. eum enim ducem ſecuti agros occupauere.





Irquitallus puer, qui primo virilitatem ſuam experitur.

ITA caſtor, * ita mehercules ·*· vt ſubaudiatur iuuet.

* Ita me Caſtor. .*. Ita me Hercules)

Italia dicta. quod magnos Italos," hoc eſt boues habeat. vituli etenim itali * ſunt dicti. Italia ab Italo rege, eadem ab Attelido .... appellata.

" vitulos. * Ab Italis

Itonida * Minerua à loco ſic appellata.

* Itonis)

IVBAR ſtella, quã Græci appellant φωσφόρον vel ἕσπερον, hoc eſt lucifer, quod ſplendor eius diffunditur in modum iubæ leonis.

Iubere ponebatur pro dicere, quod valet interdum pro decernere: vt, Populus iuſſit.

Iubilare eſt ruſtica voce inclamare.

Iugarius vicus dicitur Romæ, quia ibi fuerat ara Iunonis Iugæ, quam putabant matrimonia iungere.

Iuge auſpicium eſt, cum iunctum * iumentũ ſtercus fecit.

* vinctum.

Iugere milui dicuntur, cum vocem emittunt.

Iuges, eiuſdem iugi, pares. vnde & coniuges, & ſeiuges.

Iugula ſtella orion, quod amplior ſit ceteris, quaſi nux iuglandis.

Iugum, ſub quo victi tranſibant, hoc modo fiebat: fixis duabus haſtis ſuper eas ligabatur tertia. ſub iis victos diſcinctos tranſire cogebant.

Iunium menſem dictum putant à Iunone. iidem ipſum dicebant Iunonium & Iunonialem. Iulium quod eo menſe dicitur Iulius natus.

Iurare Flamini Diali fas non erat.

Iurgatio, iuris actio.

Iuſſa * iura.

* Iuſa.

Iuſti dies dicebantur triginta, cum exercitus eſſet imperatus, & vexillum in arce poſitum.

Iuſtum vadem, idoneum ſponſorem.

Iuuenalia * fingebantur Dianæ ſimulachra, quia ea ætas fortis eſt ad tolerandam viam. Diana enim viarũ putabatur dea.

* Iuuenilia)

Iuuentutis * ſacra pro iuuenibus ſunt inſtituta.

* Iuuẽtatis.)

LABES macula in veſtimēto dicitur, & deinde μεταφορικῶς trāsfertur in homines vituperatione dignos.

Lacerare, diuidere, comminuere eſt. ex quo dictus eſt lanius, qui diſcindendo lacerat pecora. Lacinia, quod * pars veſtimenti eſt. Lacerna, quod minus capitio eſt. Lacer, quod auribus curtatis eſt. Lacerum quodcunq; eſt in corpore imminutum.

*quædam.*

Lacit, decipiendo inducit. Lax etenim fraus eſt. Lacit, in fraudem inducit: inde eſt allicere, & laceſſere. inde lactat, illectat, delectat, oblectat.

Lacobrigæ nomen compoſitum (à lacu & briga * Hiſpaniæ oppido.

*ex Arcobriga.*

Lactaria columna in foro olitorio dicta, quod ibi infantes lacte alendos deferebant.

Lacuna, aquæ collectio, à lacu deriuatur, quam alij lamā, * alij luſtrum * dicunt.

*limă. v.c. λίμνην)*
* λουτρῶν

Lacus Lucrinus in vectigalibus publicis primus locatur eruendus, ominis boni gratia, vt in dilectu, *cenſuue primi nominantur Valerius, Saluius, Statorius.

*delectu.*

Læna veſtimenti genus habitus duplicis, quidam appellatam exiſtimant Tuſce, quidam Græce, quam χλαῖναν dicunt.

Læua, ſiniſtra, quam Græci σκαιάν. vnde tractum cognomen Scæuola à Læua læuum, ſiniſtrum: & læuorſum, ſiniſtrorſum.

Lamberat, ſcindit, ac laniat.

Lance & licio dicebatur apud antiquos; quia qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat propter matrum familiæ, aut virginum præſentiam.

Lancea à Græco dicta, quam illi λόγχην vocant.

Laneæ effigies compitalibus noctu dabantur in * cōpita: quod lares, quorum is erat dies feſtus, animæ putabātur eſſe hominum, redactæ * in numerum deorum.

*ad*

*ſedatæ. v.c. relatæ)*

Lanerum * veſtimenti genus ex lana ſuccida confectum.

*Lanerum.*

Lanoculus, qui lana tegit oculi vitium.

Lapidem ſilicem tenebant iuraturi per Iouem, hæc verba dicentes: Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter ſalua vrbe, arceque bonis eiiciat, vti ego hunc lapidem.



Lapidicinæ, vbi excinduntur lapides.

Lapit, * dolore afficit.

*Lipit, vel Lipuit, vel Lapuit, vel Labit,*

Larentalia * coniugis Fauſtuli nutricis *Remi & Romuli Larentiæ ·*· feſta.

* *Laurentalia.*
*Inuentoris.*
·*· *Laurētiæ.*

Laruati, furioſi, & mente moti, quaſi laruis exterriti.

Latex à lapſu, profluens aqua dicitur. vtimur tamen hoc vocabulo & in vino.

Latine loqui à Latio dictum eſt, quę locutio adeo eſt verſa, vt vix vlla pars eius maneat in notitia. *

* *innoxia.*

Latitauerunt Cato poſuit pro ſæpe tulerunt.

Latrare Ennius pro poſcere poſuit.

Latrones eos antiqui dicebant, qui conducti militabant, ἀπὸ τῆς λατρείας. * at nunc viarum obſeſſores dicuntur, quod à latere adoriuntur, vel quod latenter inſidiātur.

* τοῦ λάτρου.

Latumias ex Græco, & maxime à Syracuſanis, qui latomias & appellant, & habēt ad inſtar carceris, ex quibus locis exciſi ſunt lapides ad extruendam vrbem.

Laudare ponebatur apud antiquos pro nominare.

Lauerniones fures antiqui dicebant, quod ſub tutela deæ Lauernæ eſſent, in cuius luco obſcuro, abditoque ſoliti *furta, prædamque inter ſe luere. * hinc & lauernalis porta vocata eſt.

* *ſolitos.*
* *diuidere.*

Laureati milites ſequebantur currum triumphantis, vt quaſi purgati à cæde humana intrarent vrbem. Itaque eandē laurum omnibus ſuffitionibus adhiberi ſolitum erat; vel quod medicamento ſicciſſima ſit; vel quod omni tempore viret, vt ſimiliter reſp. vireat.

Lautia * epularum magnificentia, alij à lauatione dicta putant, quia apud antiquos hæ elegantiæ, quæ nunc ſunt, non erant, & raro aliquis lauabat.

**Lauticia.*

Lauticia farina appellabatur ex tritico aqua conſperſo.

Lautulæ locus extra vrbem, quo loco quia aqua fluebat, lauandi vſum exercebant.

LECTOSIA * inſula dicta à conſobrina Æneæ ibidem ſepulta.

* *Leucoſia)*

Lectus dictus, vel à collectis foliis ad cubitandū: vel quod fatigatos ad ſe alliciat; vel à Græco λέκτρον.

Legimus aut ſcriptum, aut oleam, * glandemue, & alia quædam. & addita præpoſitione dicimus colligimus, deligimus.

* *olera.*

LABES macula in veſtimẽto dicitur, & deinde μεταφορικῶς trãsfertur in homines vituperatione dignos.

Lacerare, diuidere, comminuere eſt. ex quo dictus eſt lanius, qui diſcindendo lacerat pecora. Lacinia, quod * pars veſtimenti eſt. Lacerna, quod minus capitio eſt. Lacer, quod auribus curtatis eſt. Lacerum quodcunq; eſt in corpore imminutum.

*quædam.

Lacit, decipiendo inducit. Lax etenim fraus eſt. Lacit, in fraudem inducit: inde eſt allicere, & laceſſere. inde lactat, illectat, delectat, oblectat.

Lacobrigæ nomen compoſitum (à lacu & briga * Hiſpaniæ oppido.

*ex Arcobriga.

Lactaria columna in foro olitorio dicta, quod ibi infantes lacte alendos deferebant.

Lacuna, aquæ collectio, à lacu deriuatur, quam alij lamã, * alij luſtrum * dicunt.

*limã. v.c. λίμνην)
* λυτρῶν

Lacus Lucrinus in vectigalibus publicis primus locatur eruendus, ominis boni gratia, vt in dilectu, *cenſuue primi nominantur Valerius, Saluius, Statorius.

*delectu.

Læna veſtimenti genus habitus duplicis, quidam appellatam exiſtimant Tuſce, quidam Græce, quam χλαῖναν dicunt.

Læua, ſiniſtra, quam Græci σκαιάν. vnde tractum cognomen Scæuola à læua læuum, ſiniſtrum: & læuorſum, ſiniſtrorſum.

Lamberat, ſcindit, ac laniat.

Lance & licio dicebatur apud antiquos; quia qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat propter matrum familiæ, aut virginum præſentiam.

Lancea à Græco dicta, quam illi λόγχην vocant.

Laneæ effigies compitalibus noctu dabantur in * cõpita: quod lares, quorum is erat dies feſtus, animæ putabãtur eſſe hominum, redactæ * in numerum deorum.

* ad

*ſedatæ. v.c. relatæ)

Lanerum * veſtimenti genus ex lana ſuccida, confectum.

*Lauerum.

Lanoculus, qui lana tegit oculi vitium.

Lapidem ſilicem tenebant iuraturi per Iouem, hæc verba dicentes: Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter ſalua vrbe, arceque bonis eiiciat, vti ego hunc lapidem.



Lapidicinæ, vbi excinduntur lapides.

Lapit, * dolore afficit.

* Lipit, vel Lipuit, vel Lapuit, vel Labit,

Larentalia * coniugis Fauſtuli nutricis *Remi & Romuli Larentiæ ·*· feſta.

* Laurentalia.
* Inuentoris.
·*· Laurẽtia.

Laruati, furioſi, & mente moti, quaſi laruis exterriti.

Latex à lapſu, profluens aqua dicitur. vtimur tamen hoc vocabulo & in vino.

Latine loqui à Latio dictum eſt, quę locutio adeo eſt verſa, vt vix vlla pars eius maneat in notitia. *

* innoxia.

Latitauerunt Cato poſuit pro ſæpe tulerunt.

Latrare Ennius pro poſcere poſuit.

Latrones eos antiqui dicebant, qui conducti militabant, ἀπὸ τῆς λατρείας. * at nunc viarum obſeſſores dicuntur, quod à latere adoriuntur, vel quod latenter inſidiãtur.

* τοῦ λάτρευ.

Latumias ex Græco, & maxime à Syracuſanis, qui latomias & appellant, & habẽt ad inſtar carceris, ex quibus locis exciſi ſunt lapides ad extruendam vrbem.

Laudare ponebatur apud antiquos pro nominare.

Lauerniones fures antiqui dicebant, quod ſub tutela deæ Lauernæ eſſent, in cuius luco obſcuro, abditoque ſoliti *furta, prædamque inter ſe luere. * hinc & lauernalis porta vocata eſt.

* ſolitos.
* diuidere.

Laureati milites ſequebantur currum triumphantis, vt quaſi purgati à cæde humana intrarent vrbem. Itaque eandẽ laurum omnibus ſuffitionibus adhiberi ſolitum erat; vel quod medicamento ſicciſſima ſit; vel quod omni tempore viret, vt ſimiliter reſp. vireat.

Lautia * epularum magnificentia, alij à lauatione dicta putant, quia apud antiquos hæ elegantiæ, quæ nunc ſunt, non erant, & raro aliquis lauabat.

*Lauticia.

Lauticia farina appellabatur ex tritico aqua conſperſo.

Lautulæ locus extra vrbem, quo loco quia aqua fluebat, lauandi vſum exercebant.

LECTOSIA * inſula dicta à conſobrina Æneæ ibidem ſepulta.

* Leucoſia)

Lectus dictus, vel à collectis foliis ad cubitandũ: vel quod fatigatos ad ſe alliciat; vel à Græco λέκτρον.

Legimus aut ſcriptum, aut oleam, * glandemue, & alia quædam. & addita præpoſitione dicimus colligimus, deligimus.

* olera.

Legio Samnitum linteata appellata eſt, quod Samnites intrantes ſinguli ad aram, velis linteis circumdatã,* nõ ceſſuros ſe Romano militi iurauerunt. *circumdati.

Lemniſci, id eſt, faſciolæ, coloriſæ dependentes ex coronis, propterea dicuntur, quod antiquiſſimum fuit genus coronarum lanearum.

Lemonia tribus à pago Lemonio appellata eſt. qui eſt à porta Capena via Latina.

Lenones ab alliciendo adoleſcentulos appellati.

Leparenſes, Liparitani ciues, id eſt, Liparenſes.

Lepiſta, genus vaſis aquarij.

Leria * ornamenta tunicarum aurea. *Læna.

Leſbium, genus vaſis cælati à Leſbis inuentum.

Letum ab obliuione, quam Græci λήθην vocant, dictum.

Leuir eſt vxoris meæ frater. * *vxori meæ frater meus.

Libella deminutiuum eſt à libra.

Liber repertor vini, ideo ſic appellatur, quod vino nimio vſi omnia libere loquantur.

Liberales dicuntur non ſolum benigni, ſed etiam ingenuæ formæ homines.

Liberalia Liberi feſta, quæ apud Græcos dicũtur Διονύσια. Næuius: libera lingua loquemur.* ludis liberalibus. *loquuntur.

Liberata ponebant pro effata, id eſt, locuta.

Libertatis templum in Auentino fuerat conſtructum.* *conſtitutũ.

Librile, ſcapus libræ.

Librilla appellantur inſtrumenta bellica, ſaxa ſcilicet ad brachij craſſitudinem in modum flagellorum loris reuincta.

Libycus campus in agro Argeo appellatus, quod in eo primum fruges ex Libya allatæ ſunt. quam ob cauſam etiam Ceres ab Argeis Libyſſa vocata eſt.

Licitati, in mercando, ſiue pugnando contendentes.

Lictores dicuntur, quod faſces virgarum ligatos ferunt. hi parentes magiſtratibus, delinquentibus plagas ingerunt.

Limaces cochleæ à limo appellatæ.

Limitatus ager eſt in centurias dimenſus.

Limites in agris, nunc termini, nunc viæ tranſuerſæ.

Limus, * obliquus, id eſt, tranſuerſus, vnde & limina. *Limis.

Lingua non ſolum pars corporis dicitur, ſed etiam differentia ſermonum. promontorij quoque genus non excellentis, ſed molliter in planum deuexi.



Lingula * per deminutionem linguæ dicta. alias à ſimilitudine linguæ exertæ, vt in calceis: alias inſertæ, id eſt infra dentes coercitæ, vt in tibiis. *Ligula.

Lingulaca, genus piſcis, vel mulier auguratrix. * *garrulatrix

Liquitur, labitur, fluit.

Litatum alij ſolutum, * deditum deo, quaſi luitatum; alij ex Græco à precibus, quas illi λιτὰς dicunt. *ſolitum.

Liti* cecidiſſe dicitur, qui eius rei, de qua agebat, cauſam amiſit. *Litis.

Lituus appellatus eſt, quod litis ſit teſtis. eſt enim genus buccinæ incuruæ, quo qui cecinerit, dicitur liticen. Ennius. Inde loci lituus ſonitus effundit * acutos. *effudit.

Lixabundus, iter libere, ac prolixe faciens.

Lixæ, qui exercitum ſequuntur quæſtus gratia. dicti, quod extra ordinem ſint militiæ, eiſque liceat, quod libuerit. Alij eos à Licha appellatos dicunt, quod & ille Herculem ſit ſecutus. quidam à liguriendo quæſtũ.

Locatum, poſitum.

Locupletes, locorum multorum domini.

Lœbeſum & lœbertatem antiqui dicebant liberum & libertatem. ita Græci λοιβὴ, & λείβω.

Longitrorſus ſic dicitur, ſicut dextrorſus, ſiniſtrorſus.

Lotos, arboris genus, ex cuius materia frequenter tibiæ fiebant, cuius baccis paſti quondam Lotophagi dicti.

Lucani appellati dicuntur, quod eorum regio ſita eſt ad partem ſtellæ luciferæ, vel quod loca cretoſa * ſunt, id eſt multæ lucis. vel à Lucilio duce. vel quod primitus in luco conſederunt. *ætheroſa. *capiatur.

Lucar appellatur æs, quod ex lucis captatur.*

Lucaria feſta in luco colebant Romani, qui permagnus inter viam Salariam, & Tiberim fuit: pro eo, quod victi à Gallis fugientes è prælio ibi ſe occultauerunt.

Lucaris pecunia, quæ in luco erat data.

Lucem facere dicuntur Saturno ſacrificantes, id eſt capita detergere.

Lucerenſes, & Luceres, quæ pars tertia populi Romani eſt diſtributa à Tatio, & Romulo; appellati ſunt à Lucero Ardeæ rege, qui auxilio fuit Romulo aduerſus

Tatium bellanti.

Lucetium Iouem appellabant, quod eum lucis eſſe cauſam credebant.

Lucius, prænomen eſt eius, qui primum fuit, quia oriente luce natus eſt.

Lucomedi à duce ſuo Lucomo dicti, qui poſtea Lucerenſes appellati ſunt.

Lucumones quidam homines ob inſaniam dicti, quod loca, ad quæ veniſſent, infeſta * facerent.

*feſta.

Lucretilis mons in Sabinis.

Luctus, & lugere à Græco trahuntur λυπεῖν, vel λύσσειν.

*λύζειν.

Luculentus à luce appellatus.

Lucuntere * genus operis piſtorij.

* Lucunter Lucentem Lacuntem

Lues eſt diluens * vſque ad nihil, tractum à Græco λύειν. hinc dictum lutum terra humore ſoluta; & luſtratio, qua quid ſoluitur, ac liberatur. hinc & λύτρα ἀπὸ τοῦ λύσεως, id eſt ſolutione auri: λίτρα enim libra eſt.

" dilues.

Luma * genus herbæ, vel potius ſpinæ.

* Lima, vel Lina.

Lumbago vitium, & debilitas lumborum.

Lura os culei, vel etiam vtris. vnde lurcones capacis gulæ homines, & bonorum ſuorum conſumptores.

Luridi, ſupra modum pallidi.

Luſcitio, vitium oculorum, quod clarius veſperi, quam meridie cernit.

Luſtra ſignificant lacunas * lutoſas, quæ ſunt in ſiluis, aprorum cubilia. à qua ſimilitudine ij, qui in locis abditis, & ſordidis à ventri, & deſidiæ operam dant, dicuntur in luſtris vitam agere. & cum eiuſdem vocabuli prima ſyllaba producitur, ſignificat nunc tempus quinquennale, nunc populi luſtrationem.

* Lamas.

Luſtrici dies infantium appellantur, puellarum octauus, puerorum nonus, quia his luſtrantur, atque eis nomina imponuntur.

Luxa membra è ſuis locis mota, & ſoluta; à quo luxurioſus in re familiari ſolutus.

Luxantur, à luxu dictum, id eſt luxuriantur.

LYCII Apollinis oraculum in Lycia maximæ claritatis fuit ob luporum interfectionem. λύκος enim lupus eſt.

Lycophos Greci dicunt, quod nos primum tempus lucis.



dictum autem lycophos, quaſi λευκὸν φῶς, id eſt lumen candidum.

Lymphæ dictæ ſunt à nymphis. vulgo autem memoriæ proditum eſt, quicumque ſpeciem quandam è fonte, id eſt * effigiem nymphæ viderint, furendi non feciſſe finem, quos Græci νυμφολήπτους vocant, Latini lymphatos appellant.

* In

Lyrneſſiades, ab oppido Phrygiæ Lyrneſſo dicti.

PAVLVS. MACELLVM dictum à Macello quodam, qui exercebat in vrbe latrocinia, quo damnato Cenſores Aemilius, & Fuluius ſtatuerunt, vt in domo eius obſonia venderentur.

Macilenti, macie tenuati.

Mactus, magis auctus.

Maduſa * ebrius, à Græco μαδᾶν deductum, vel quia madidus ſit'' à vino.

* Madulſa '' ſatis

Mæandrum, genus picturæ, dictum eſt à ſimilitudine flexus amnis, qui appellatur Mæandrus.

Mæcia tribus à quodam caſtro ſic appellatur.

Mæniana ædificia à Mænio ſunt appellata: is enim primus vltra columnas extendit tigna, quo ampliarentur ſuperiora.

Mæſius lingua Oſca, menſis Maius. Oſci enim à regione Campaniæ, quæ eſt Oſcos, * vocati ſunt.

* Oſcor Oſcorum) Magis à Græco μᾶλλον venit. *antiqui, Sed alias magis magiſtrare pro regere, &.* temperare di*cebant* errare, quida*m ponunt pro*

FESTVS.

PAVLVS. Magiſterare * regere, & temperare eſt. Magiſterare † moderari, vnde magiſtri non ſolum doctores artium; ſed ētiam pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur: quia omnes hi magis ceteris poſſunt. vnde & magiſtratus, qui per imperia potentiores ſunt, quam priuati. Quæ vox duabus ſignificationibus notatur. nam aut perſonam ipſam demonſtrat, vt cum dicimus, magiſtratus iuſſit: aut honorem, vt cum dicimus * Titio magiſtratus datus eſt.

* *Magiſtrare* † *Magiſtrare, vel magiſtrari.*

* *dicitur* Magiſteria dicuntur in omnibus rebus, quæ * magis ceteris poſſunt, vt magiſterium equitum.

* *qui*

. . . . . rebus, qui ma . . . . . quitum . et . . . . . . . . llinis

FESTVS. dixe . . . . . . . . . untur velit . . . . contra ora . . . . .

PAVLVS. Magmentum, magis augmentatum.

Magnificiſſima dicebant antiqui pro magnificentiſſima. re enim vera magnificens dici non poteſt. vnde magnificentiſſima videtur deduci.

* *ipſe* Magnificius idem Cato * pro magnificentius dixit, & non fruſtra: nam poſitiuus eius magnifice eſt.

FESTVS. Magni*ficius, pro magnificentius vſurp*auit Cato in ea, quam *ſcripſit* . . . . . . . . . . . . . .



. . . . . . . gna quis homo . . . . . . . . . . .

. . . . . *aut* pulchrius purgat *aut magnificius: nunc magnificent*ius, dicimus, cum mag*nifice eius poſitiuus* . . . . . .

---- *Sit* . . . at nepos eius in ea *quam ſcripſit* . . . . . . . .

. . . . . . *ta*men ait, cum Aedilis *Curulis eſſet*; . . . . . . .

*magnæ ma*tris ludos magni*ficentius, quam alij; fecit.*

Magnificior quoque *idem deduxiſſe videtur a munifice.*

Magnum annum dicunt mathematici, quo ſeptem ſidera PAVLVS. errantia expletis propriis curſibus ſibimet concordāt.

Magnum ſocerum appellat vir vxoris ſuæ auum.

Magnam ſocrum vir vxoris ſuæ auiam appellat.

Magnos ludos, Romanos ludos appellabant, quos in honorem Iouis, quem principem deorum putabant, faciebant.

Maieſtas à magnitudine dicta.

Maiis Idibus mercatorum dies feſtus erat; quod eo die Mercurij ædes eſſet dedicata.

Maius menſis in compluribus ciuitatibus Latinis ante vr- FESTVS. bem conditam fuiſſe videtur, qua ex cauſa vtrum à maioribus, vt Iunius à iunioribus dictus ſit; an à Maia, quod Mercurio filio eius res diuinæ . . . . fiant ſolemnes; an quod ipſi deæ in multis Latinis ciuitatibus ſacrificia fiebant (ipſo menſe ( . . . . . . .

Maior patruus, aui & auiæ patruus.

Maior amita, aui & auiæ amita.

Maior auunculus, aui & auiæ auunculus. PAVLVS.

Maior Græcia dicta eſt Italia, quod eam Siculi quondam * obtinuerunt. vel quod in ea multæ, magnæque ciui- * *olim* tates fuerunt ex Græcia profectæ.

Maior magiſtratus conſul dicitur.

Maior ſocer vxoris meæ proauus.

Maior ſocrus vxoris meæ proauia. FESTVS.

*Minora itemq;* m*aiora auſpicia, quæ di*cantur docet Meſſala. *nam* maiora Conſulum, Pr*ætorum Cenſorumq. dici ait et* reliquorum minora cum illi *maiores, hi autem minores* magiſtratus dici. *conſueuerint.*

Maiorem Conſulem L. Cæſar putat dici, vel eum, penes quem faſces ſint: vel eum, qui prior factus ſit: Prætorem autem maiorem Vrbanum, minores ceteros.

Maior Cōſul dicitur vel is, penes quem faſces ſunt; vel is, PAVLVS.

qui prior factus eſt: Prætor autem maior vrbanus, minores cæteri.

Maiores Flamines appellabantur patricij generis, minores plebei.

Maledictores dicebantur ab antiquis, qui nunc maledici.

FESTVS. Maledic*tores dicebant, antiqui quos* nos appellamus. *maledicos. Cato cum* Proficiſceretur *in* Hiſpania re *monendi maledictores*.

Maleuoli Mercurij ſignũ erat proxime Ianum, qui item erat in Turdellis *Malos maleuoli etiam cognomine* appella*batur*: maleuoli autem, quod in nullius tabernam ſpectabat.

PAVLVS. Maleuoli Mercurij ſignum, id eſt ſtatuam, appellabant, ideo quod in nullius tabernam ſpectabat.

Malleoli vocantur non ſolum parui mallei, ſed etiam ij, qui ad incendium faciendum aptantur; videlicet * ad ſimilitudinem priorum dicti. (* *ſcilicet*)

FESTVS. Malluuium dicitur quo manus lauantur. Malluuiæ, quibus manus ſunt lotæ: pelluuiæ, quibus pedes.

Malluuium latũ in commentarium * ſacrorum ſignificat, manus qui lauet. à quo malluuiæ dicuntur, quibus manus ſunt lautæ, perinde vt quibus pedes pelluuiæ. (* *tario*)

PAVLVS. Maltha dicitur à Græcis pix cum cera mixta.

Mamercus prænomen eſt Oſcum, eo quod hi Martem Mamertem appellant. * (* *dicunt*)

Mamers Mamertis facit, id eſt lingua Oſca Mars Martis. vnde & Mamertini in Sicilia dicti, qui Meſſanæ habitãt.

FESTVS. Mamertini appell*ati ſunt hac* de cauſa. cum de toto Samnio grauis incidiſſet peſtilentia, Sthenius Mettius eius gentis princeps conuocata ciuium ſuorum concione, expoſuit ſe vidiſſe in quiete præcipientem Apollinem; vt ſi vellent eo malo liberari, ver ſacrum vouerent, id eſt quæcunque vere proximo nata eſſent; immolaturos ſibi. Quo facto leuatis poſt annum viceſimum, deinde eiuſdem generis inceſſit peſtilentia. rurſum itaque conſultus Apollo, reſpondit non eſſe perſolutum ab iis votum. quod homines immolati non eſſent: quos ſi expuliſſent, certe fore, vt ea clade liberarentur. Itaque ij iuſſi patria decedere, cum in parte ea *Siciliæ* conſediſſent, quæ *nunc* Taurica-



na" dicitur, forte parantibus *laborantibus* bello *nouo*, Meſſanenſibus auxilio venerunt vltro, eóſque *ab eo* libe*rarunt*. prouinciales quod ob *meritum* * eorum, vt gratiam referrent, & in ſuum corpus, communionémque agrorum inuitarunt eos, & nomen acceperunt vnum, vt dicerentur Mamertini, quod coniectis in ſortem duodecim deorum nominibus Mamers forte exierat, qui lingua Oſcorum Mars ſignificatur. cuius hiſtoriæ auctor eſt Alfius libro primo belli Carthaginienſis. (" *Tauromitana.* * *exercitum*)

Mamilia turris intra Saburæ regionem à Mamilio nomen accepit.

Mamiliorum familia (progenita fuit) à Mamilia Telegoni filia, quam Tuſculi procreauerat, (quando id oppidum ipſe condidiſſet. * (* *eſt appellata*)

Mamphula appellatur panis Syriaci genus, quod, vt ait Verrius, in clibano ante, quam percoquatur, decidit in carbones, cinerémque. cuius meminit Lucilius: Piſtricem valida * ſi nummi ſuppeditabunt, Addas" empleuron, mamphulas quæ ſciat omnes. (* *validam* " *Addã, vel ad claſſem*)

Mamphur · * · appellatur loro circumuolutum mediocris longitudinis lignum rotundum, quod circumagũt fabri in operibus tornandis. (· * · *Mimphur*)

Mamurij Veturij nomen frequenter in cantibus" Romani frequentabãt hac de cauſa. Numa Pompilio regnãte è cælo cecidiſſe fertur ancile, id eſt ſcutum breue; quod ideo ſic eſt appellatum, quia ex vtroque latere erat reciſum; vt ſummũ, infimúmque eius latius * medio pateret. vnáque edita vox, omnium potẽtiſſimam fore ciuitatem, quamdiu id in ea manſiſſet. Itaque facta ſunt eiuſdem generis plura, quibus id miſceretur, ne internoſci cæleſte poſſet. probatum opus eſt maxime Mamurij Veturij: qui præmij loco petiit, vt ſuum nomen inter carmina Salij canerent. (" *carminibus* * *latus*)

PAVLVS. Manalẽ fontem dici, pro eo, ꝙ aqua ex eo ſemper manet.

FESTVS. Manalis fons appellatur ab auguribus puteus perennis. neque tamen ſpiciendius * videtur, quia flumen id ſpiciatur, quod ſua ſponte in amnem influat. (* *ſpiciendus*)

PAVLVS. Manalem lapidem putabant eſſe oſtium Orci, per quod animæ inferorum ad ſuperos manarent, qui dicuntur

manes. Manalem etiam lapidem vocabant petram quã dam, quæ erat extra portam Capenam iuxta ædem Martis, quam, cum propter nimiam ſiccitatem in vrbem protraherent, inſequebatur pluuia ſtatim. eumque quod aquas manaret, manalem lapidem dixere.

Manare dicitur, cum humor ex integro, ſed non ſolido nimis per minimas ſuas partes erumpit. quod ex Græco trahitur: quia illi non ſatis ſolidum μανὸν dicunt.

FESTVS.

Manare ſolem antiqui dicebant, cum ſolis orientis radij ſplendorem iacere coepiſſent, a quo & dictum putabant mane. alij dictum mane putant ab eo, quod manum bonum dicebant.

*id dicitur)

*Manare ſolem tunc* ſolitos eſſe antiquos *dicere ait Verrius* cum ſolis orientis radij *ſplendorem iacere coepiſſent*. atque ideo primũ *dici tempus, mane dictum quam*uis magis ad dicitur *quod manum bonum dicebant a m*ane id eſt a mature. quod id *bonum eſt, quod maturum eſt*. vnde & Matuta dicta *quoque videtur mater*.

PAVLVS.

*Mania

Mane a diis manibus dixerunt: nam mana * bona dicitur. vnde & Mater matura, & poma matura.

Manceps dicitur, quod manu capiatur. Manceps dicitur, qui quid a populo emit, conducit ue, quia manu ſublata ſignificat ſe auctorem emptionis eſſe: qui idem pręs dicitur, quia tam debet præſtare populo, quod promiſit, quam is, (qui pro eo * praes factus eſt.

*pro quo] "Tifata. *interempto

Mancini fana" appellabantur, quod Mancinus habuit inſignem domum, quæ publicata eſt eo interfecto.*

Manducus, effigies in pompa antiquorum inter ceteras ridiculas, formidoloſaſque ire ſolebat magnis malis, ac late dehiſcens, & ingentem dentibus ſonitum faciens, de qua Plautus ait in Rudente: Quid ſi aliquo ad ludos me pro manduco locem? Qua propter? clare* crepito dentibus.

*quia polclare

FESTVS. *terrenaq.)

Manes dij ab auguribus inuocantur: quod hi per omnia ætheria, terrenaque * m*anare credebantur*.

*Item*, D*ij ſu*peri. atque inferi *dicebantur*: *quos ideo inuocabant* augures quod *hi exiſtimabantur fauere vitæ* hominis *Vel hominum*.

PAVLVS

Manes dij ab auguribus vocabantur, quod eos per omnia



manare credebant, eoſque deos ſuperos atque inferos dicebant.

FESTVS. *Manes "Aurelius, vel Ateius *. vnde

Manuos * in carminibus ſaliaribus Aelius Stilo" ſignificare ait bonos. (& inferi.*. dij manes pro bonis dicũtur a ſuppliciter eos venerantibus propter metum mortis; vt immanes quoque pro valde non bonis dicuntur.

*dicunt *vocant Sunt, quã Maniam larvarum matrem, auiam que putant *Aegerius "Simius]

Maniæ turpes, deformeſque perſonæ. Manias (Aelius Stilo dici ait * ficta quædam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alij maniolas appellant* Manias autem, quas nutrices minitantur pueris paruulis eſſe laruas, id eſt manes, quos déos deaſque putabant, quoſque ab inferis ad ſuperos emanare credebant. (vt Mania eſt eorum auia, materve. Sunt enim vtriuſque opinionis auctores.*

Manius agrum * Nemorenſem Dianæ conſecrauit, a quo multi, & clari viri orti ſunt, & per multos annos fuerũt. vnde prouerbium: Multi Manij Ariciæ. Aſinius* Capito longe aliter ſentit. ait enim turpes. & deformes ſignificari: quia maniæ dicuntur deformes perſonæ, & Ariciæ genus panis fieri, quod amici appellantur.

Manius prænomen dictum eſt ab eo, quod mane quis initio natus ſit: vt Lucius, qui luce.

PAVLVS.

Manliæ gentis patriciæ decreto nemo ex ea Marcus appellatur, quod M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum regnum affectaſſet; damnatus, necatuſque eſt.

*Manſucum

Manſucium * edacem, a mandendo ſcilicet.

Manſues pro manſuetus.

FESTVS.

*Dixit* M. Cato in epiſtula *ad* . . . . . . . . . manſues ad . . . . . . . . .

PAVLVS.

Manſuetum ad manum venire ſuetum. alij aiunt manſuetum dictum, neque ex miſericordia mæſtum, neque ex crudelitate ſæuum, ſed modeſtia temperatum.

FESTVS.

Mantare ſæpe manere. Cæcilius in epiſtula: Iam ore adeo mãta. Iam hoc vide cæcus. . . animũ aduentus angit.

Manticularia dicuntur ea, quæ frequenter in vſu habentur & quaſi manu tractantur. frequens enim antiquis ad manus tergendas vſus fuit mantiliorum, vnde hæc trahitur ſimilitudo.

PAVLVS.

Manticularum vſus pauperibus in nummis recondendis,

etiam noſtro ſæculo fuit. vnde manticulari dicebantur, qui furandi gratia manticulas attrectabant. Vnde poetæ pro doloſe quid agendo vſi ſunt eo verbo. Pacuuius: Ad manticulandum aſtu aggreditur. ſcit enim quid promeruerit modici manticulatur. . . . ita me facti oppreſſi iugo, Item deinde: Aggreditur aſtu regem: manticulandum eſt hic mihi. Et: Machinam ordiris nouam manticula * tactu, an ſanctiora dicis iureiuranda. Plautus hoc ſignificare videtur, quibus cotidie paruæ noxæ extergeantur. *manticulæ)

PAVLVS *Oſca — Mantiſa additamentum dicitur lingua Tuſca,* quod ponderi adiicitur, ſed deterius, & quod ſine vllo vſu eſt. Lucilius: Mantiſa obſonia vincit.

FESTVS. *creduntur *placatæq. — Manubiæ Iouis tres dicuntur* eſſe, quarum vnæ ſunt minimæ, quæ moneant, placidæque * ſint. Alteræ quæ maiores ſunt, ac veniant cum fragore, diſcutiantque aut diuellant, quæ a Ioue ſint, & conſilio deorum mitti exiſtimentur. Tertiæ his ampliores, quæ cum igne veniant; & quamquam nullum ſine igne fulgur eſt, hæ propriam differentiam habeant, quod aut adurant, aut fuligine deforment, aut accendant, quæ ſtatum mutent deorum conſilio ſuperiorum.* *ſuperorum.

Manum, & mentum, prouerbium eſt ex Græco ductum. quod eſt πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος, καὶ χείλεος ἄκρου, Chalcantem uites ferentem quidam augur vicinus prætériens, dixit errare: non enim ei fas eſſe nouum vinum . . . . . . . .

PAVLVS. — Manumitti ſeruus dicebatur, cũ dominus eius, aut caput eiuſdem ſerui, aut aliud membrum tenẽs dicebat, Hunc hominem liberum eſſe volo, & emittebat eum è manu

FESTVS. — *eius tenens* modo caput, *modo membrum aliud eiuſdem ſerui, ita* edicite, hunc *hominem liberum eſſe Volo: ac* pro eo auri x. x *puri, probi, profani mei ſoluo vt priuſ*quam digre*diar, efficiaturi uris* ſui dum his *ſeruum. Verbis e manu hom*inem liberum mit*tebat.*

PAVLVS. *Punicæ — Mapalia caſæ Pœnice * appellantur, in quibus quia nihil eſt ſecreti, ſolet id vocabulum ſolute viuentibus obiici, Cato libro quarto Originum: Mapalia vocantur vbi habitant, ea quaſi cohortes rotundæ ſunt.



Marculus deminutiuum a Marco.

Marſpedis, ſiue ſine R. litera Maſpedis impuditiciæ, ſeſita * vallium, quid ſignificet ne Meſſalla quidem augur in explanatione auguriorum reperire ſe potuiſſe ait. FESTVS. *ſolita).

PAVLVS. — Martialis campus in Cœlio monte dicitur, quod in eo Equiria ſolebant fieri, ſiquando aquæ Tiberis campum Martium occupaſſent.

Martias Kalendas matronæ celebrabant, quod eo die Iunonis Lucinæ ædes coli cœpta ſit.* *erat, vel eſt

Martius menſis initium anni fuit & in Latio, & poſt Romam conditam, eo quod gens erat bellicoſiſſima. cuius rei teſtimonium eſt, quod poſteriores menſes, qui annum finiunt, a numero appellati, vltimum habent Decembrem.

Mas deminutiue facit maſculus.

FESTVS. — Maſculina, & feminina vocabula dici melius eſt ſecundum Græcorum quoque conſuetudinem, qui non ἀνδρικὰ & γυναικεῖα, ſed ἀρσενικὰ, dicunt & θηλυκά.

Maſculino genere parentem appellabant antiqui etiam matrem. Malo cruce maſculino genere cum dixit Gracchus in oratione quæ eſt in P. Popillum poſteriorem,* tam repreſentauit antiquam conſuetudinem, quam hunc frontem, atque hunc ſtirpem iidem antiqui dixerunt: & rurſus hanc lupum, & hanc metum. Item cum idem in Popilium & matronas * ait, eo exemplo inſtituto. Dignus fuit qui malo cruce periret. *poſteriore) *Mathonem)

PAVLVS. — Matellio, diminutiuum a matula.

Materfamiliæ non ante dicebatur, quam vir eius paterfamiliæ dictus eſſet. nec poſſunt hoc nomine plures in vna familia præter vnam appellari. ſed nec vidua hoc nomine, nec quæ ſine filiis eſt, appellari* poteſt. *vocari

Mater Matuta, manes, mane, matrimonium, materfamiliæ, matertera, matrices, materiæ * dictæ videntur, vt ait Verrius, quia ſint bona: qualia ſcilicet ſint; quæ ſunt matura. vel potius a matre, quæ eſt originis Græcæ. *Materies FESTVS.

BIBLIOTECA UNIVERSITAT

*Mater matura* manis, *mane*, *matrimonium*, *mater familiæ*, matertera, *matrices*. *matreæ dictæ Videntur* vt ait Verrius, *quia ſint bona* : *qualia ſcilicet ſint*, quæ *ſunt matura*. *Vel potius à matre* quæ eſt ori*gine*, *Græce* μήτηρ.

PAVLVS. Matrem matutam antiqui ob bonitatem appellabant, & maturum idoneum vſui, & mane principium diei, & inferi dij manes, vt ſuppliciter appellati bono eſſent, & in carmine Saliari, Ceruſmanus, intelligitur creator bonus. **matertera)*

Matertera, matris ſoror, quaſi mater altera, Matertera, patris & matris, mihi magna mater * eſt.

**Mattici. vel Mattici*

Matralia, Matris Matutæ feſta.

Matrici* cognominantur homines malarum magnarum atque oribus late patentibus.

Matrimes, ac patrimes dicuntur, quibus matres & patres adhuc viuunt.

FESTVS. Matronæ a magiſtratibus non ſubmouebantur, ne pulſari, contrectariue viderentur, neue grauidæ concuterentur. Sed nec viri earum ſedentes cum vxoribus in vehiculo deſcendere cogebantur.

*Matronæ magiſtr*atibus non ſummoue*bantur, ne pulſari, ne contrectariue viderentur neue grauidæ cōcuter*entur, *ob* quam *etiam cau*ſam ait Verrius. *neque earum viros ſedentes cum u*xoribus deeſſe quo deſcen*dere coactos* a magiſtratibus, quod commun*i Vehiculo* vehitur vir, & vxor.

PAVLVS. **fore.* Matronas appellabant eas fere, * quibus ſtolas habendi ius erat.

Matronis aurum redditum cum legitur, hoc ſignificare videtur, quia matronæ contulerunt ornatus ſui aurum ad Capitolium a Gallis Senonibus liberandum, quibus poſtea eſt redditum a populo Romano.

FESTVS. Matron*is* . . . to ait, quod *Videtur hoc ſignificare.*

*Matronis* fuiſſe *reſtitutum aurum ex quo. P. R. crateram fecerat* & eam *Appollini Delphos miſerat ut eſt teſti*monio *index tabella* : *quod quidem aurum dederant* matronæ orna*tui demptū ſuo, vt Votum ſolueretur* Appollini. quid*am dicunt de eo potius eſſe intelligendum* quod contuler*unt olim matronæ ad capitolium*, a Gallis Senon*ib. liberandum id eſt poſtea* reddi*tum eſt* eſt a popu*lo Romano*.

Matula,



PAVLVS. Matula, vas vrinæ.

Mauortem poetæ dicunt Martem.

FESTVS. Maximæ dignationis Flamen Dialis eſt inter quindecim Flamines, & cum ceteri diſcrimina maieſtatis ſuæ habeant, minimi habeatur * Pomonalis, quod Pomona leuiſſimo fructui agrorum præſidet pomis. **minime habetur)*

PAVLVS. Maximam hoſtiam ouilli pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis; ſeb ab animo placidiore.

Maximi annales appellabantur, non magnitudine; ſed quod eos Pontifex maximus conſecraſſet. * **confeciſſet)*

FESTVS. Maximum Prætorem dici putant alij eum, qui maximi imperij ſit: alij, quia * ætatis maximæ. pro collegio quidem augurum decretum eſt: quod in ſalutis augurio Prætores maiores, & minores appellentur; non ad ætatem, ſed ad vim imperij pertinere. **qui*

PAVLVS. Maximus Curio, cuius, auctoritate curiæ, omnéſque curiones reguntur.

Maximus Pontifex dicitur, quod maximus rerum, quæ ad ſacra, & religiones * pertinent, iudex ſit, vindéxque contumaciæ priuatorum, magiſtratuúmque. **religionem*

Me pro mihi dicebant antiqui.

FESTVS. Me pro mihi dicebant antiqui, vt Ennius cum ait libro ſecundo: Si quid me fuerit humanitus, vt teneatis. & Lucilius: Nunc ad te redeo, vt quæ res me impendet agatur.

Meatus à meando dictus.

PAVLVS. Mecaſtor, & mehercules iuſiurandum erat: quaſi diceretur, * ita me Caſtor, ita me Hercules, vt ſubaudiatur iuuet. **dicerent.*

Meddix * apud Oſcos nomen magiſtratus eſt. Ennius: Summus ibi * capitur meddix, " occiditur alter. **Medix *vbi "Medix*

Medialem appellabant hoſtiam atram, quam meridie immolabant.

Medibile, medicabile.

FESTVS. Mediocriculo vſus eſt in ea, quam dixit, Cato in Conſulatu: Ribidundum magiſtratum genere * pauculos homines, mediocriculum exercitum obuiam duci. **gerere*

PAVLVS. Mediocriculus idem Cato ponit, cum ait: Ridibundum magiſtratum paucos homines mediocriculum exercitum obuiam duci.

Medioxumum, mediocre.

Mediterreum melius, quam mediterraneum. Siſenna dici putat.

Meditrinalia dicta hac de cauſa. Mos erat Latinis populis, quo die quis primum guſtaret muſtum, diceret* ominis gratia: Vetus nouum vinum bibo, veteri nouo morbo medeor. A quibus verbis, etiam Meditrinæ deæ nomen ceptum, * eiúſque ſacra Meditrinalia dicta ſunt. [* dicere] [* conceptum]

Meditullium dicitur, non medium terræ, ſed procul à mari, quaſi meditellium; ab eo quod eſt tellus.

Mediusfidius compoſitum videtur, & ſignificare Iouis filium, id eſt, Herculem; quod Iouem Græci Δία, &* nos Iouem: ac fidium pro filio, quod ſæpe antea* pro L litera D vtebantur. quidam exiſtimant iuſiurandum eſſe per diui fidem; quidam, per diurni temporis, id eſt, diei, fidem. [* vt] [* antiqui]

Medullitus, ex intimis medullis.

Meſancilum * teli miſſilis genus. [* Meſancilum]

Megaleſia ludos Matris Magnæ appellabant.

Melancoryphi, genus auium, quæ Latine vocantur atricapillæ, eo quod ſumma eorum capita nigra ſint.

Melibœa purpura à nomine inſulæ, in qua tingitur, eſt dicta. * [* vocata]

Melicæ gallinæ, quod in Media id genus auium corporis ampliſſimi fiat: L litera pro D ſubſtituta.

Melis * haſta à ligno mali dicta. [*Meleus, vel Melias v. c. Melia)]

Melo nomine alio Nilus vocatur.

Melos inſula dicta eſt à Melo, qui ex Phœnice ad eãdem fuerat profectus,

Meltom meliorem dicebant.

Membrum abſcindi mortuo dicebatur, cum digitus eius decidebatur, ad quod ſeruatum iuſta fierent reliquo corpore combuſto.

Memorare ſignificat, nunc dicere, nunc memoriæ mandare.

Memorioſus, memorioſior, & memorioſius, (et) memorioſiſſime facit.

Mendicum dici putant velum, quod in prora ponitur.

Mendicum dici Verrius putat à mente eius, quem fefellerit fortuna. vel quod precetur quemque vt vitæ ſuæ medeatur cibo.



*Mendicum dici Verrius putat à mente* eius, quam *fefellit fortuna, vel quod precetur quemque* vt vitæ *ſuæ medeatur cibo.* [FESTVS.]

Menſa, * frugibúſque iurato, ſignificat per menſam & fruges. [PAVLVS.] [* Meſſe]

Menſæ in in ædibus ſacris ararum vicem obtinebant. [* Meſſem]

*Men*ſæ in ædibus ſacris ara*rarum vicem obtinent, quia* legibus earũ omniũ *ſacræ quoque menſæ ſunt vt velut inaram vel in puluinaris loco ſint. P*riuati quoque in primis *ipſis locis habere ſolent*, vbi ſacras habituri *ſint, cuius modo eſt* parentatio non ſacrifici*um*. . . . . [FESTVS.]

Menſarij, nummularij. [PAVLVS.]

Mentecaptus dicitur, cum mens ex hominis poteſtate abiit; & idem demens, qui * de ſua mente deceſſerit; & amens, qui à mente abierit. [* quod]

*Mentecaptus dicitur, cum mens ex* hominis poteſtate *abijt: & idem appellatur* demens, *quam (quod) de ſua mente deceſsit, &* à mente (mente) abierit. [FESTVS.]

Mentum dicebant, quod nos commentum. [PAVLVS.]

Mercedicius * mercenarius, quod mercede ſe tueatur. [* Mercedinus.]

Mercedonias dixerunt à mercede ſoluenda.

Mercurius à mercibus eſt dictus. Hunc etenim negotiorum omnium exiſtimabant eſſe Deum. [FESTVS.] [PAVLVS.]

Merendam antiqui dicebant pro prandio: quod ſcilicet medio die caperetur.

Mergæ furculæ, quibus acerui frugum fiunt; dictæ à volucribus mergis. quia vt illi ſe in aquam mergunt, dum piſces perſequuntur, ſic meſſores eas in fruges demergunt, vt eleuare poſſint manipulos.

Meritauere (idem) Cato ait, pro meruere.

*Meritau*ere, ſæpe meruere *dicit Cato in Pro*enorum IIII. Suff*etes euocauerint ſtatim om*nis cohortes, omnis *etiam, qui ſtipendia merit*auerunt. [FESTVS.]

Mertat pro merſat dicebant. [PAVLVS.]

Merum antiqui dicebant ſolum. vnde & auis merula nomen accepit: quod ſoliuaga eſt, & ſolitaria paſcitur. at nunc merum, purum appellamus. [Mereat]

FESTVS. Meſon † perſona comica appellatur, aut coci, aut nautæ, aut eius generis. dici ab inuentore eius Meſone * comœdo ait Ariſtophanes Grammaticus.

** Moeſon*
** Moeſone*

PAVLVS. Meſſapia Appulia à Meſſapo rege appellata.

FESTVS. Metaphoram quam Græci vocant, nos tralationem, id eſt domo mutuatum verbum, quo vtimur, inquit Verrius in or. ne ſæpius quidem honeſti. ac *ſignificantis verbis defectus*, vt ſpecioſiora at*que eodem etiam ſignificantiore*, quam proprio vo*cabulo* rem indicemus . .
redit ſua tralatum manebit . . . .
quo peruenit. . . . . .
. . as alieno perinde ac ſuo ab . .

Meta*plaſ*ticos dicitur apud *poetas vſurpari id* quod propter neceſſitatem metri *mutare conſueuerun*t. quod idem barbari*ſmus dicitur in ſolu*ta oratione *con*ſcrib*enda* . .

Meta . . . ca . . a . cariore . . .
. . . . peruentura. . . . .
*quod* . . . dicare ait Ennius, . . .
. . . . id eſt . . . . .
. . . . abus vt . . . .
. . . . accip . . . . *gratia*

PAVLVS. Metari caſtra dicuntur, quod metis diriguntur.

Metelli dicuntur in re * militari quaſi mercenarij. Attius annalium vigeſimo ſeptimo * calones, famulique. metellique, caculæque, à quo genere hominum Cæciliæ familiæ cognomen putatur ductum. * *quod eſt.*

** lege*
** in annalib.*
** dictum*

FESTVS. Metonymia eſt tropos, cum ab eo, quod continet, ſignificatur id quod continetur; aut ſuperior inferiore, & inferior ſuperiore. quæ continet, quod continetur: vt Ennius cum ait: Africa terribili tremit *horrida terra tumultu. ab eo, quod continetur, id, quod continet: vt cum dicitur epota amphora vini. à ſuperiore inferior, vt Ennius: cum magno ſtrepitu Volcanum ventus vegerat ab inferiore ſuperior; vt, perſuaſit animo vinum Deus, qui multo eſt maximus-

** tremis*

PAVLVS. Metus feminino genere dicebant. Ennius: Viuam, an moriar, nulla in me eſt metus.

FESTVS. MIGRARE mens à *quod legibus eius ſcaera eſſent deiſque* templi poſita *inauſpicatum apud antiquos habe*tur, cum



*ſe*quitur ſua *migrantem pœna. Menſas aiunt q*uidam fuiſſe in tri*uijs poni ſolitas, quæ ſint triui*ales appellatæ.

Mihipte, pro mihi *ipſe, Cato*, C*ato poſuit cum dixit* decuit talenta. . . . . . . .
. . . uerſia, atque . . . .
. . . entia item à . . . .

Mihipte Cato pro mihi ipſi poſuit.

PAVLVS. Nilitem Aelius à mollitia κατ' ἀντίφρασιν † dictum putat. eo quod nihil molle, ſed potius aſperum quid gerat. ſic ludum dicimus. in quo minime luditur.

*† per antiphraſim*

FESTVS. Milium quidam putant cepiſſe nomen *à* maxim*a* numerorum ſumma, quæ eſt mille. quod ali Græcæ ſtirpis iudicant eſſe, cum id illi κέγχρον vocent, tam Hercules quam panicum μελίνην.

PAVLVS. Millus collare canum venaticorum, factum ex corio, cōfixúmque clauis ferreis eminentibus aduerſus impetū luporum. Scipio Aemilianus ad populum: Vobis inquit, reìque publicæ præſidio eritis *quaſi millus cani.

Miluina genus tibiæ acutiſſimi ſoni.

FESTVS. Mina ſingulariter d . . . . . . . ** erit is)*
pluraliter dicimus cu . . . . . .
item M. Cato in s . . . . . .
mina cog . . . . . .

Minam Aelius vocitatam ait mammam alteram lacte deficientem, quaſi minorem factam.

PAVLVS. Minerrimus pro minimo dixerunt.

Minerua dicta, quod bene moneat. hāc enim pagani pro ſapientia ponebant. Cornificius vero, quod fingatur, pingatúrque minitans armis eandem dictam putat.

FESTVS. Minime gentium dicebāt, pro eo quod eſt omnium gentium iudicio minime eſſe faciendum.

PAVLVS. Miniſcitur pro reminiſcitur antiquitus dicebatur.

FESTVS. Minora templa fiunt ab auguribus, cum loca aliqua tabulis, aut linteis ſepiuntur, ne vno amplius oſtio pateant, certis verbis definita. Itaque templum eſt locus ita effatus, aut ita ſeptus, vt ea vna parte pateat, angulúſque adfixus * habeat ad terram.

** anguloſque adfixos)*

Minorem Delum Puteolos eſſe dixerunt, quod Delos* aliquando maximū emporium fuerit totius orbis ter-

** Delus)*

rarum, cui ſucceſſit poſtea Puteolanum, quod municipium Græcum antea Dicæarchia vocatum eſt. vnde Lucilius: Inde Dicæarchum populos, Delúmque minorem.

Minores & maiores inter cognomina feminarum poni ſolebant.

Minorum Pontificum maximus dicitur, qui primus in id collegium venit. Item minimus, qui nouiſſimus.

FESTVS. Minotauri effigies inter ſigna militaria eſt: quod non minus occulta eſſe debent conſilia ducum, quam fuit domicilium eius Labyrinthus.

PAVLVS. Minotaurus putatur eſſe genitus, cum Paſiphae Minois regis vxor dicitur concubuiſſe cum tauro. ſed affirmant alij Taurum fuiſſe nomen adulteri.

Minucia porta appellata eſt, eo quod proxima eſt * ſacello Minuci. Minucia porta Romæ eſt dicta, ab ara Minuci, quem Deum putabant. ** eſſet*

Minuebatur populo luctus ædis dedicatione, cum à Cenſoribus luſtrum condebatur; cum votum publice ſuſceptum ſoluebatur. priuatis autem, cum liberi naſcerentur; cum honos in familiam * veniret; cum pater, aut liberi, aut vir, aut frater ab hoſte captus domum rediret; cum puella diſponſaretur; cum propiore quis cognatione, quam is qui lugeretur natus eſſet; cum in caſto * Cereris conſtitiſſent." ** familia* ** caſtro "conſtituiſſent.*

FESTVS. Minuitur populo luctus ædis dedicatione; cum Cenſores luſtrum condiderunt; cum votum publice ſuſceptum ſoluitur. priuatis autem, cum liberi nati ſunt; cum honos in familia venit; cum parens, aut liberi, aut vir, aut frater ab hoſte captus domum redit; cum deſponſa eſt; cum propiore quis cognatione, quam is, qui lugetur, natus eſt; cum in caſto Cereris eſt, omníque gratulationi * ** gratulatione)*

PAVLVS. Minurritiones * appellantur auium minorum cantus. ** Minurrationes*

Minuſculæ Quinquatrus appellabantur Idus Iuniæ quod is dies feſtus erat tibicinum, qui Mineruam colebant.

FESTVS. Quinquatrus proprie dies feſtus erat Mineruæ, Martio menſe.



Minutum, & minuere ex Græco μειοῦ dictum videri poteſt.

PAVLVS. Minvæ * dicti Argonautæ, quod plerique eorum ex filiis Miniæ fuerant orti. ** Minydæ*

Mirachidion * primæ adoleſcentiæ. ** Miracidion)*

Miracula, quæ nunc digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus vtebantur.

Mirior dicebant comparatiuum a miro. Titinius: Mirior inquam tibi * videor. ** tibi inquis*

Miſcelliones appellantur, qui non certæ ſunt ſententiæ, ſed variorum, mixtorumque iudiciorum (ſunt.)

Miſenum promontorium a Miſeno tubicine Aeneæ ibi ſepulto eſt appellatum.

Miſeratur is, qui conqueritur aliena incommoda: miſeretur is, qui miſerum ſubleuat.

Miſeret me eadem forma dicitur, qua piget, penitet, tedet.

MODO cum per correptum O dicitur ſignificat tempus, vt Modo veni. & ponitur pro tantum, vt Tace modo. quod ſi producta poſteriore ſyllaba enuncietur, datiuus vel ablatiuus eſt caſus, ab eo, quod eſt modus.

Modo quodam, id eſt ratione. dicuntur omnia iſta a modo: commoditas, commodus, commodat, accommodat, modice, modeſtia, moderatio, modificatio.

*modo* quodam id *eſt ratione*, *dicuntur iſta omnia a modo* fit commodi*tas commodus*, *commodat*, *accommo*dat, modi*ce*, *modeſtia*, *moderatio Modi*ficatio.

FESTVS. Mœne ſingulariter dixit Ennius: Apud emporium in campo hoſtium per * mœne. ** pro*

Mœnia & muri, & alia * muniendæ vrbis gratia facta, vt (Aſtius in Helenibus: Signo extemplo canere, ac tela ob mœnia offerre imperat) Significat etiam officia. Plautus (in Neruolaria): prohibentque mœnia alia. vnde ego fungar * mea. ** cetera* ** fungor*

PAVLVS. FESTVS.

Mola vocatur etiam far toſtum, & ſale ſparſum, quod eo molito hoſtiæ aſpergantur, *molas auias inepte quidam dictas putant.*

PAVLVS. Moles pro magnitudine fere poni ſolet. moliri, & moli-



BIBLIOTECA UNIVERS[ITARIA] GRANADA

tiones † a mouendo" certum eſt' dici.

†molitores

Molleſtras dicebant pelles ouiles, * quibus galeas extergebant.

*molendo) *ouillas, ver ouinas

Moluchrum non ſolum quo molæ * vertuntur*dicitur, id quod Græci *μύλικρον* appellant, ſed etiam tumor ventris, qui etiam virginibus ſolet euenire, cuius meminit Afranius in Virgine? Ferme virgini, tanquam grauidæ mulieri, creſcit vterus, molucrum vocatur, tranſit ſine doloribus. Cloatius etiam in libris ſacrorum. Molucrum aiunt eſſe lignum quoddam quadratum, vbi immolatur. Idem Aelius in explanatione carminum Saliarium eodem nomine appellari ait, quod ſub mola ſupponatur. Aurelius Opilius appellat, vbi molatur.

FETVS. *rotæ *verruntur

Momar, Siculi ſtultum vocant.*

PAVLVS *appellant

Momen, momentum. Lucretius: Momine ſi paruo poſſent * impulſa moueri.

*ſi a paruo poſſunt.

Monile dictum eſt ornatus muliebris, qualem habuiſſe Eriphylem fabulæ ferunt. ex eo etiam equis præpendens a collo ornamentum monile appellatur.

Monimentum * eſt, quod mortui cauſa ædificatum eſt: & quidquid ob memoriam alicuius factũ eſt, vt fana, porticus, ſcripta, & carmina, Sed monimentum quamuis mortui cauſa ſit factum, non tomen ſignificat ibi ſepultum.

* Monumentum,

Monitores dicuntur & qui in ſcena monent hiſtriones, & libri commentarij.

Monodos appellatus eſt Pruſiæ filius, qui vnum os habuit dentium loco. ſimiliter habuit & Pyrrhus rex Epirotarũ.

Monſtrum. vt Aelius Stilo interpretatur, a monendo dictum eſt, velut moneſtrum. Item Sinnius Capito, quod monſtret futurum, & moneat volontatem deorũ. quod etiam prodigium, velut prædictum * & quaſi prædictum, quod prædicat eadem, & portentum, quod portendat, & ſignificet. inde dici apparet id quartum, quod mihi viſum eſt adiiciendum, præſertim cum ex eadem ſignificatione pendeat, & in prõptu ſit omnibus, id eſt oſtentum, quod item ab oſtendendo dictum eſt. Monſtra dicuntur naturæ modum egredientia, vt ſerpens cum pedibus, auis cum quatuor alis, homo cũ duobus capitibus, iecur cum diſtabuit in coquendo.

*prodictũ, vel pradicium.



*Monſtra dicuntur naturæ* modum *egredientia*: *vt ſerpens cũ pedibus* auis cum quat*tuor alis*: *homo cum duobus capitibus* iecur cum diſt. *abuit. in coquendo* . . . .

FESTVS

Moracias nuces. Titinius duras eſſe ait. vnde fit deminutiuum moracillum.

PAVLVS.

Morboſum hominem, morbo aliquo affectum.

Mortem obiiſſe, *ea conſuetudine dicitur, qua dixerunt antiqui ob Romam legiones ductas, & ob Troiam duxit exercitum, pro ad. ſimiliterque vadiminiũ obiiſſe, * id eſt vadimonium iiſſe," & obuiam, ad viam.

*obiſſe *obiſſe "iſſe

Mortis cauſa ſtipulatio exiſtimatur fieri, vt ait Antiſtius Labeo, quæ ita fit, vt morte promiſſoris confirmetur: aut vt quidam dixerunt, cuius ſtipulationis mors fuit cauſa.

FESTSVS.

Mortuæ pecudis corio calceos, aut ſoleas fieri Flaminicis nefas habetur: ſed aut occiſæ alioqui, aut immolatæ. quoniam ſua morte extincta omnia funeſta ſunt.

Mortuæ pecudis corio calceos fieri Flaminicis * nefas habebatur, quoniam ſua morte extincta omnia funeſta æſtimabantur.

PAVLVS "Flaminib.

Mortuus ab emerita vita dictus,

Mos eſt inſtitutum patrium pertinens maxime ad religiones, cærimoniaſque deorum antiquorum.

Mos eſt *inſtitutum patrium id eſt memoria* veterum pertinens maxime ad religiones *cerem* . . oniaſque antiquorum.

PAVLVS.

Moſculis* Cato pro paruis moribus dixit *in ea quam ſcripſit* . . . uis qui moribus dixit . . . .

PAVLVS. * Moſcillis

Mox Paulo poſt.

MVCIA prata trans Tiberim dicta a Mucio, cui a populo data fuerant, pro eo quod Porſenam Etruſcorum regem ſua conſtantia ab vrbe dimouit.

FESTVS. PAVLVS.

Muger, muccoſus.

Muger dici ſolet a caſtrenſium * hominibus quaſi muccoſus is, qui talis male ludit.

FESTVS. *caſtrenſib.)

Muginari eſt nugari, & quaſi tarde conari.

Mugionia porta Romæ dicta eſt a Mugio quodam, qui eidem tuendæ præfuit.

PAVLVS.

Mulciber Vulcanus a molliendo*ſcilicet ferro dictus (eſt) mulcere enim mollire, ſiue lenire eſt. Pacuuius: Quid

*mulcendo)

*Marij inſtituto.

me obtutu terres; mulces laudibus?

Muli Mariani dici ſolebant a C. Mario inſtituti, * cuius milites in furca interpoſita tabella varicoſius onera ſua portare adſueuerant.

Mulis celebrantur ludi in circo maximo Conſualibus. quia id genus quadrupedum primum putatur cœptum currui, vehiculoque adiungi.

*equis creatur

Mulus vehiculo lunæ adhibetur, quod tam ſterilis ea ſit, quam mulus. vel quod vt mulus non ſuo genere, ſed equi creetur, * ſic ea ſolis, non ſuo fulgore luceat.

FESTVS.

Mulleos genus calceorum aiunt eſſe, quibus reges Albanorum primi, deinde patricij vſi ſunt. M. Cato Originum libro ſeptimo: Qui magiſtratum curulem cepiſſet, calceos mulleos allucinatos. * ceteri perones. Item Titinius in Setina: Iam cum muleis te oſtendiſti, quos tibiatis in calceos. quos putant a mullando, id eſt ſuendo dictos.

*alutacinatos," vel lunatos)

Multam Oſce dici putant pœnam quandam. M. Varro ait pœnam eſſe, ſed pecuniariam, de qua ſubtiliter in libro primo quæſtionum epiſtolicarum refert. Maximam multam dixerunt trium millium & viginti aſſium. quia non licebat quondam pluribus triginta bobus, & duabus ouibus quemquam multari. æſtimabaturque bos centuſſibus, ouis decuſſibus.

PAVLVS.

Multifacere dicitur, ſicut magnifacere, & Paruifacere. Cato: Neque fidem, neque iuſiurandum, neque pudicitiã multifacit. Quod merito ab vſu receſſit, quia quantitas numero non æſtimatur, nec deſiderat multitudinem.

FESTVS.

Multifa*cere antiqui dicebant ſicut* magnifacere, & par . . . . tiam de pudicitia

M . . . . . . . .

. . . ntitas. . . . . .

. . . neturnu . . . . .

PAVLVS.

Multifariam dixerunt antiqui, quod videlicet in multis locis fari poterat: id eſt dici.

Mummiana ædificia a Mummio dicta.

Mundus appellatur cælum, terra, mare, & aer. mundus etiam dicitur ornatus muliebris. quia non alius eſt, quam quod moueri poteſt. mundus quoque appellatur



lautus, & purus. Ateius: Cum virginali mundo clam pater *. . . . Ennius: idem loco * nauibus celſis, munda facie, atque etiam ære.

*patre) *in Deilocho)

FESTVS.

Mundus, vt ait Capito Ateius in libro ſexto põtificali, ter in anno patere ſolet, diebus his: poſtridie Volcanalia, * & ante diem ſextum Id Nouemb. Qui quid ita dicatur, ſic refert Cato in Commentariis iuris ciuilis: Mundo nomen impoſitum eſt ab eo mundo. qui ſupra nos eſt. Forma enim eius eſt ex iis, qui intrauere, cognoſcere potuit, adſimilis ille * eius inferiorem partem, veluti conſecratam diis manibus clauſam omni tempore, niſi iis dieb⁹, qui ſupra ſcripti ſunt, maiores *cenſuerunt* quos dies etiam religioſos iudicauerunt, ea de cauſa, quod quo tempore ea, quæ occulte, & abdita, ea religionis deorum manium eſſent, veluti in lucem quandam adducerentur, & patefierent: nihil eo tempore in republica geri voluerunt. Itaque per eos dies non cum hoſte manus conſerebant: non exercitus ſcribebatur: non comitia habeba*nt non* aliud quicquam in re *publicæ* niſi quod vltima nece*ſſitas* admonebat, adminiſtrabatur.

*Volcanali. V.C.

*illi)

PAVLVS.

Mundum gentiles ter in anno patere putabant diebus his poſtridie Volcanalia, & ante diem tertium Nonas Octobris, & ante diem ſextum Idus Nouembris. inferiorem enim eius partem conſecratam diis manibus arbitrantes clauſam omni tempore, præter hos dies, qui ſupra ſcripti ſunt. quos dies etiam religioſos iudicauerũt ea de cauſa, quod his diebus ea, quæ occulta, & abdita religionis deorum manium eſſent, in lucem adducerentur, nihil eo tempore* in rep. geri voluerunt. Itaque per hos dies non cum hoſte manus conſerebatur, non exercitus ſcribebatur, non comitia habebantur, non aliud quidquam in rep. niſi quod vltima neceſſitas exegiſſet, adminiſtrabatur.

*die

Munem ſignificare certum eſt officioſum, vnde e contrario immunis dicitur, qui nullo fungitur officio.

Muneralis lex vocata eſt, qua Cincius cauit, ne cui liceret munus accipere. Plautus: Neque * muneralem legem, neque " lenoniam roga: * fuerit, nec ne, flocci æſtimo.

*Neu "neue) *rogato)

Municas pro communicas dicebant.

FESTVS.

*Municas. &c.* . communicas dicit *Verrius à Muniis id eſt operibus* aut vt potius¦co. . . .

.·. Municeps eſt, vt ait Aelius Gallus, qui in municipio liber natus eſt. Item qui ex alio genere hominum munus functus eſt. Item qui in municipio à ſeruitute ſe liberauit à municipe. Item municipes erant, qui ex aliis ciuitatibus Romam veniſſent, quibus non licebat magiſtratum capere, ſed tantum muneris partem. At Ser. filius aiebat initio fuiſſe, qui ea conditione ciues Ro. fuiſſent, vt ſemper remp. ſeparatim à populo Ro. haberent, Cumanos videlicet, Acerranos, Atellanos, qui æque * ciues Ro. erant, & in legione merebant, ſed dignitates non capiebant.

PAVLVS.

Municipalia ſacra vocabantur, quæ ante vrbem conditã colebantur.

FESTVS.

† *adſueſſent*)

Municipalia ſacra vocãtur, quæ ab initio habuerunt ante ciuitatem Romanam acceptam; quæ obſeruare eos voluerunt Pontifices, & eo more facere, quo adfuiſſent† antiquitus.

PAVLVS.

**Corani.*

**Vrbinates,*
**Bobutinienſes.*

Municipium id genus hominum dicitur, qui, cum Romam veniſſent, neque ciues Ro. eſſent; participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendũ vna cum Romanis ciuibus, præterquam de ſuffragiõ ferẽdo, aut magiſtratu capiendo; ſicut fuerunt Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani, * Lanuuini, Tuſculani, qui poſt aliquot annos ciues Rom. effecti ſunt. Alio modo, cum id genus hominum definitur, quorum ciuitas vniuerſa in ciuitatem Romanam venit; vt Aricini, Cærites, Anagnini. Tertio, cum id genus hominum definitur, qui ad ciuitatem Romanam ita venerunt, vti municipia eſſent ſua cuiuſque ciuitatis, & coloniæ, vt Tiburtes, Præneſtini, Piſani, Arpinates *, Nolani, Bononienſes, * Placentini, Nepeſini, Sutrini. Lucenſes.

FESTVS.

Municior à munifico identidem Cato dixit. cum nunc munificentior dicamus, quamuis munificens non ſit in vſu. *Munificior quoque idem deduxiſſe videtur à* munifico cum dicamus. N*unc minificentior quem*uis munificens nõ ſit *apud niſi in vſu Cato in eaqu*am ſcripſit, *in nemo.* munificior.



PAVLVS.

† *Molitio*)
* *mortificatio v. c. mollificatio*)

Munitio † mortificatio* ciborum.

Munus ſignificat officium, cum dicitur quis munere fungi: Item donum, quod officij cauſa datur.

**Murtiæ*

Murciæ" deæ ſacellum erat ſub monte Auentino, qui antea Murcus * vocabatur.

**murtius.*

Mur giſonem dixerunt à mora, & deciſione.

* *dein*

Muries dicebatur ſal in pila tunſum, & in ollam fictilem coniectum, & in furno percoctum, quo dehinc * in aquam miſſo Veſtales virgines vtebantur in ſacrificio.

FESTVS.

**addunt*)

Muries eſt, quemadmodum Veranius docet, ea quæ fit ex ſale ſordido in pila pinſato, & in ollam fritilem coniecto, ibique operto, gypſatoque, & in furno percocto, cui Virgines veſtales ſerra ferrea ſecto, & in ſeriam coniecto, quæ eſt intus in æde Veſtæ in penu exteriore, aquam iugem, vel quamlibet, præterquam quæ per fiſtulas venit, addent, atque ea demum in ſacrificiis vtuntur.

Murrata potione vſos antiquos indicio eſt, quod etiam nunc Ædiles per ſupplicationes diis addunt ad puluinaria, & quod duodecim tabulis cauetur, ne mortuo indatur, vt ait Varro in antiquitatum libro primo.

PAVLVS.

Murrata potione vſi ſunt antiqui: ſed poſtea adſuerunt murram diis ſuis libare. ideoque duodecim tabulis eſt cautum, ne mortuo inderetur.

**murcidum*

Murricidum * ignauum, ſtultum. Plautus: Murricide homo, ignaue, iners.

**μυῤῥίνη.*

Murrina genus potionis, quæ Græce dicitur nectar.* hanc mulieres vocabant murriolam, quidem murratum vinum. quidam id dici putant ex vuæ genere murrinæ nomine.

*muſſabat.*

Muſcerdas prima ſyllaba producta ſtercus murum appellant.

lant.

**Muſtriculæ*

Muſſare, murmurare. Ennius. In occulto muſſabant.* vulgo vero pro tacere dicitur, vt idem Ennius: Non decet muſſare bonos.

FESTVS.

Muſtricola * eſt machinula ex regulis, in qua calceus nouus ſuitur. Afranius, Muſtricolã in dẽtes impinguã tibi.

Muta. . . . . . .

. . . iſi vocem. . .

. . multo. . . .

. . . intelle . . . .
cem . . as dici. . . .
vt cui potius con . . . .

PAVLVS. Muta exta appellabant, ex quibus nihil diuinationis animaduertebant.

FESTVS. Muta exta dicuntur, quibus nihil diuinationis aut reſpõſi. elicitur, vt contra dicuntur, adiutoria quæ certum aliquid euenturum, indicant, aut ab incendio vt caueamus, aut à veneno talique certum aliquid manifeſtũque. inſtare periculum portendunt aut indicant finium deminutionem. .

. . . . .

PAVLVS. Mutæ dicuntur litteræ; quod poſitæ in vltimis partibus orationis obmuteſcere cogant loquentes. vel quod paruæ, exiguæque ſint vocis; vt cum mutum oratorẽ, aut tragœdum dicimus.

FESTVS. . . , mutum dicimus: aut quod nullius fiant vocis, cum in eas litteras incidant.

Mutas literas & ſemiuocales, ſolebant antiqui duplicare ſcribendo, aut legendo, & ita ait Ennium ſcripſiſſe, in cò quẽ de . . . muta duplicata ſit primum . . . . . manu mitti dicebatur ſer. ſacrorum cauſa cum dominus eius. vt ſupra.

*Velii) Mutini Titini ſacellum fuit in Velis * aduerſum Murum Muſtellinum in angiportu de quo aris ſublatis balnearia ſunt facta domus C N. Domiti. caluini, cum manſiſſet ab vrbe condita ad principatum Auguſti Cæſaris inuiolatum & ſanćte cultum fuiſſet manifeſtum eſt ex Pontif. extum & vicenſimum dextra via iuxta diuerticulum viæ vbi & colitur & mulieres ſacrificant in ea togis prætextis vlatæ. Libris.

PAVLVS. *prætextis) Mutini Titini ſacellum fuit Romæ, cui mulieres velatæ togis prætextatis * ſolebant ſacrificare.

Mutire, loqui. Ennius in Telepho: Palam mutire plebeio piaculum eſt.

*Mioparo. MYOPARO* genus nauigij ex duobus diſſimilibus formatum. Nam & midion, & paron per ſe ſunt.

* Murmilonica Myrmilonica * ſcuta dicebant, cum quibus de muro pugnabant. erant ſiquidem ad hoc ipſum * apta.

*vſu. Myrtea corona Papirius vſus eſt, quod Sardos in campis myrteis ſuperaſſet.



FESTVS. *ſuo) Macipatus ita adoptantis vt patri ſui * heres erat adoptiuus enim eius, quo adoptet tam heres eſt, quam ſi ex eo natus eſſet. ſui patris quaſi in poteſtate aliena non eſſet ita eſt. Legitimus & ſuus heres vt patet manifeſte. ex eo quod ait Ser. Sulpicius in ea oratione quam ſcripſit et habuit pro Aufidia.

Munus aut Verrius dicitur adminiſtratio reip. publice. item magiſtratus aut præfecturæ imperi, prouinciæ, cum multitudinis vniuerſæ conſenſu, atque legitimis in vnum conuenientis populi comitijs aliqui mandatur per ſuffragia vt capere eam poſſit. Iuſſu populi demandatam certoue ex tempore ex fide ſua & certum vſque ad tempus adminiſtrare.

M . . lebatarum. . . .

Mille vrbium populus ſtetit pro regno. dixiſſe ait. .
. . Veranius in libro. quem inſcripſit. Priſcarum vocum quod ei ſummæ videatur originem dediſſe ac cauſam Græcus Sermo χιλιὰς & χιλιάδες eo autem non non omnes vti.

FESTVS. *id quod eſt v.c.

NACCAE appellantur vulgo fullones, vt ait Curiatius, quod nauci non ſint, id eſt * nullius pretij. Idē ſentit & Cincius. quidā aiunt, quod omnia fere opera ex lana nacæ dicantur à Græcis.

PAVLVS.

Naccæ appellantur fullones, quod nauci non ſint, id eſt nullius pretij. omnia fere opera ex lana nacæ dicuntur à Græcis.

*Nenia.* *autem *dictum *νεάτον) *νεάτη)

Nænia * eſt carmen, quod in funere laudandi gratia cātatur ad tibiam. Sunt qui eo verbo finem ſignificari putant. Quidam volunt næniam ideo dici, quod voci ſimilior querimonia flentium ſit. Quidam aiunt * næniæ ductum " nomen ab extremi inteſtini vocabulo; Græci enim νέτον * extremum dicunt. Siue quod chordarum vltima νέτη * dicitur; extremam cantionis vocem næniam appellarunt.

FESTVS.

Nænia eſt *carmen quod in funere laudandi* gratia cant*atur ad tibiam. Quod vocabulum Afr*anius in ma*terteris Poſuit: Næniam autem inter exſe*quia canti*tabant. Sunt qui eo verbo finem ſi*gnificari credid*erunt. Plautus in*

. . . . .

. . abi ergo . . . .

. . idem huic nomi*ni amanti mea hera* dixit domi, & ap*ud nos de bonis*. . . .

*Næ*niam eſto quoſda *dicunt velle ideo dici.*

*Næniam* quod & voci ſimi*lior quærimonia flentium* ſit. quidam aiunt neni*æ ductum nomen ab extre*mi inteſtini vocabu*lo ad quod probandum teſtim*onio vtitur Plautus. *in Bacchidibus. Si tibi eſt Ma*chæodem ad *nobis veruina eſt domi qua quidem ego* te reddam *vbi me irritaueris Con*feſſio*rem* ſor*ricina. Nænia ſiue quod extremam flen*do efferim*us eam vocem, quærendoquenam* Græci *νεάτας extremum*dicunt. *Siue quod cordacum.* vltima. *νέατη. dicitur appellarunt extremam cantionis vocem Næniam.*

PAVLVS.

Næniæ deæ ſacellum extra portam Viminalem fuerat dedicatum. *Nunc tantum habet ediculam.*

FESTVS.

. . ſacellum vltra portam. . . . .

. . . ædiculam.

PAVLVS.

Næuia ſilua dicta iuxta vrbem, quod Næuij cuiuſdam fuerit



fuerit.* *fuerat.

FESTVS.

*Næuiam ſiluam* vocitatam extra *vrbem ad milliare quan*tum, quod næuij cu*iuſdam ibi domus fuerit a quo* nemora Næuia app*ellata etiam fuiſſe, Verrius* ait quam ob probrij loc*a abiici ab antiquis ſolere*, quod in ea morari adſue*ſſent perditi ac nequam* homines. teſtis eſt M. *Cato in ea, quam Scripſit in M.* Cœlium ſi ſe appella*uiſſet, orſus iteram* a porta Næuia atque *ex inde in nemora.*

*Næuia a domo procul Næuia vnde dic*unt prouerbi*um natum eſſe a domo Næuia quod* refertur a Ve*rrio.*

*præno. v.c. *qui) "nancitor)

Nancitor in duodecim, nactus erit, prædatus * erit. Item in fœdere Latino PECVNIAM QVIS * NANCITOR, HABETO. ET SIQVID PIGNORIS NANCISCITVR, "SIBI HABETO.

PAVLVS.

Nancitor, nactus erit.

Nanum Græci vas aquarium dicunt humile, & concauum quod vulgo vocant ſitulum barbatum; vnde nani pomiliones * appellantur. *pumiliones

FESTVS.

tionem eius. . . . . . . . .

*Manum Græci vas aquariū dicunt* humilem & *concauum quod vulgo vocant, citulum* barbatum *vnde Mani, pumiliones appellantur.*

Napuras nectito cum dixit Pontifex, funiculi ex ſtramentis fiunt.

PAVLVS. *funiculi) ·*· ductum

Napuræ, feniculi.*

Nare à naue dictum ·*· quod aqua feratur natans, vt nauis. Natare eſt ſæpius nare, vt dictitare, factitare.

FESTVS. *auis. v.c.

Nare naue ductum Cornificius ait, quod aqua feratur natans vt nauis.* Ennius libro ſeptimo: Alter nare cupit, alter pugnare paratuſt. Plautus in Aulularia: Quaſi pueri, qui nare diſcunt, ſcirpea induitur ratis. Natare igitur eſt ſæpius nare, vt dictitare factitare.

Nares apellari putant, quod per ea naſi foramina odoris cuiuſque nari flamus.* *fiamus

Narica eſt genus piſcis minuti. Plautus: Muriaticam autem video in vaſis ſtagneis naricam bonam, & canutam & taguma quinas fartas conchas piſcinarias.

PAVLVS.

Narica genus piſcis minuti.

FESTVS. *piſcatoria

Naſſa eſt piſcatorij * vaſis genus, quo cum intrauit piſcis

exire non poteſt. Plautus : Numquam hercule ex iſta naſſa hodie ego eſcam petam.

Naſſiterna eſt genus vaſis aquarij anſati,& patentis, quale eſt quo equi perfundi ſolent. Plautus in Bacchidibus: Ecquis euocat cum naſſiterna, & cum aqua iſtum impuriſſimum ? & in Neruolaria : Ecquis huc effert naſſiternam cum aqua ſine ſuffragio ? & Cato in ea oratione quam compoſuit in Q. Sulpicium . Quotiens vidi truilos naſſiternas, perfuſos * aqualis matellas ſine anſis. *pertuſos)

PAVLVS. Naſſiterna genus vaſis aquarij anſati, & patentis.

Natinatio dicebatur negotiatio; & natinatores ex eo ſeditioſi.

FESTVS. Nati *Natio, dicebatur negot*iatio,& natinatores *ex eo, ſeditioſi, negotia* gerentes M. Cato in. . . . . *tu*multu Macedoniæ , Etruriam Samnites, Lucanos inter ſe natinari, atque factiones eſſe.

PAVLVS. Natio genus hominum, qui non aliunde venerunt, ſed ibi nati ſunt. in pecoribus quoque bonus prouentus feturæ, bona natio dicitur.

FESTVS. *Nationem, item apud antiquos* natum. Cinci*us, genus hominum, qui nō aliūde venerun*t, ſed ibi *nati ſunt, ſignificare ait, qui & n*ationem ait *non tantum vniuerſim, de omn*ibus ſedet e*tiam de ſingularib. quoque hominib*us ſeiunctim *dici ſolere, Sinnius autem capi*to omnia fere *genera hominum per nationes diuidi vt cures* Sabinos *hernitos, Aequos, item Volſcos in pecori*bus quoque bonus *prouentus future. bona natio dicitur.*

Nauali corona ſolet donari, qui primus in hoſtium nauem armatus tranſilierit.

PAVLVS. *Nauali corona donatur, qui prim*us in hoſtium *nauem armatus tranſilierit cuiuſue* opera ma*nuue nauis hoſtiū capta fuerit adeptus* eſt eam M. *Terentius Varro bello piratico, donante* CN. Pom*peio magno, item alij inter quos A. Atillus* bel*lo quod geſtum eſt, contra Nabin vt ſcript*um eſt in car- *carmine, ſaturnio quod quidem duces ipſi* con*ſueti ſunt, in tabellis publice ponere, in quo* nominabantur *qui nauali corona donati erant.*

FEST. *Neumquam ponitur* pro nulla *tenus, pro non ita: & non etiam ſignificat* vt nec . . . . . . .



PAVLVS. Naualis porta a vicinia naualium dicta.

FESTVS. *Naualis porta itē naualis* regio vide*tur vtraque ab naualium Vicinia, ita* appella*ta fuiſſe.* . . . . .

Naualis ſcriba, qui in naue apparebat, inter aliud genus ſcribarum minimæ dignitatis habebatur . quod periculis quoque eius miniſterium eſſet * obiectum. Plautus. Non ego te noui naualis ſcriba columbari impudens. ſiue quod columbaria in naue appellantur ea, quibus remigent, * ſiue quod columbariorum quæſtus temerarius, incertuſque. *eſſe. v.c. *rem geminent. v.c.

Naucum * ait Ateius Philologus poni pro nugis. Cincius quod in oleæ nucis, quod intus ſit. Aelius Stilo omniū rerum putamen. Gloſſematorum autem ſcriptores fabæ grani quod hæreat in fabulo. * Quidam ex græco, ναὶ χαὶ οὐχί, leuem hominem ſignificari . Quidam nucis iuglandis, quam Verrius iuglandam * vocat, medium velut diſſipimentum. Plautus in Paraſito pigro: Ambo magna laude lauti, poſtremo ambo ſumus non nauci. Item in Moſtellaria : Quod id eſſe dicam verbum nauci. neſcio. & in Truculento : Amas hominem non nauci. & Næuius, (&) in Tunicularia * eius noctem nauco ducere. Sed * Ennius. illic" eſt nugator nihili, non nauci homo. *Nauci) *fabæ chilo) *iugulandā v.c. *Cunicularia. *(&) "illuc v.c.

PAVLVS. Naucus* pro nugis ponitur. alias pro oleæ, aut nucis nucleo. alij omnium rerum putamen ita appellari volunt. quidam ex Græco, quod ſit ναὶ χαὶ οὐχί, leuem hominem ſignificari volentes. quidam volunt ſic appellari membranulam, quæ in nucis iuglandis eſt medio, *Naucis, alij Nauci)

Nauia lignum cauatum vt nauis, quo in vindemiis vti ſolent.

FESTVS. Nauia eſt vno ligno exculpto, vt nauis, quo vtuntur alueo in vindemia. ficus quoque in comitio appellatur Nauia ab Attio Nauio augure. Nam cum Tarquinius Priſcus inſtitutas tribus a Romulo mutare vellet, deterreretur que ab Attio per augurium, vt eluderet eius prudentiam, interrogauit eum, an fieri poſſet, id quod animo propoſuiſſet ſuo; cui ille permittente augurio cum reſpondiſſet effici poſſe; iuſſit rex cotem, ac nouaculam pro*ferri qua prolata interrogatus augur*

an cos illa poſſet præcidi reſpondiſſetque poſſe : nouaculam ſubito præcidit. quo facto ſtatim nauium ex eo Tarquinio nihil auſo, contra amplius facere nouaculam illam ac cotem ſub locum conſecratum defodi iuſiſſe : & ficum ab eo ſatam ibi eſſe intra id ſpatium loci, qui contentus fine ſacro fit : eamq. ſi quando areſcere contigiſſet ſubſeri ſumique ex ea ſurculos iuſiſſe, quo facto tanto s intra temporis. tractas cum aliæ in eo loco complures ficus enatæ eſſent, atque eæ euulſæ deinde de ſacro illo loco radicitus remouerentur : omnes quæ in ibi tunc temporis erant ficum præter vnam illam, eiectas fuiſſe. admonitu fatali ac iuſſu in primis aruſpicum & diuinis etiam reſponſis promitentib. quamdiu ea viueret libertatem populi Romani incolumen manſuram ideo que coli & ſubſeri ex illo tempore cœptam Nautas ſecundum in corruptam conſuetudinem dictos quos nunc nos nautas dicimus, teſtis eſt Cato in ea quam ſcripſit, cum in Hiſpaniam proficiſceretur, cum ait nauitæ quod ſecum portauerant vinum atque oleum vſus tantum eo ſum.

Nauſcit cum granum fabæ ſe aperit naſcendi gratia quod ſit non diſſimile nauis formæ.

PAVLVS. Nauſcit cum granum fabæ ſe naſcendi gratia aperit, quod fit * non diſſimile nauis formæ.

*ſit

Nauſtibulum, alueum ad nauis ſimilitudinem factum.

FEST. Nauſtibulum vocabant antiqui vas aluei ſimile, videtur* a nauis ſimilitudine.

*vid.vc. videlicet).

PAVLVS. Nautea herba granis nigris, qua coriarij vtuntur, à naue* ductum nomen, quia nauſeam facit permutatione T. in S.

* nauſea

*T. & S.

FESTVS. Nautam ait Opilius Aurelius herbæ genus eſſe granis nigris qua coriarij vtuntur, cuius videri a nauſea ductum nomen, quia nauſeam facit permutatione T. & S, literarum inter media antiquis conſueta. Paulus in Artemone vnguentum quod naribus mulionum nauteam feciſſet . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . .

. . . .lem atque aromatum idem curculione



Nam odor vnguentum omnium præ tuo nautea eſt in caſinæ ei proſcorto ſupponetur hircus vnctus nautea. Labeo in commenentario iuris pontificij ait nauteam rubidum quiddam eſſe, quo pontificum veſtimenta quædam colorant. . . . . . . . . .

PAVLVS. Nautiorum familia a Troianis dicitur oriunda.

FESTVS. Nautiorum familia à Troianis oriunda eſt:

Nam fuit eorum princeps Nautes, qui romam detulit ſimulacrum æneum Mineruæ, cui poſtea nautij ſacrificare ſoliti ſunt, vnde ipſa quoque, Dea nautia vocabatur de cauſa. alij quod duce Naute acciti conductiq. ab Brutiis milites fuerint ad Meſſanam oppugnandam, contra quos à Senatu ſit miſſus L. Cæcilius metellus: qui cum ab illis interfectus eſſet miſſi ad eos fuerunt ex poſtulatum de fœdere violato legati . . .

. . . us P. Veturius qui cum aliquantiſper ob refectionem corporis in oppido quodam inſediſſent Brutij quibus foedios tunc cum Romanis erat bello ſtatim coſ deſtiterunt inde a principe Naute, familiæ nautia appellata eſt.

Nauus, celer, ac ſtrenuus : a nauium velocitate videtur dictus. Ennius libro ſexto: Nauus repertus homo Graio patre Graius homo rex. & libro ſextodecimo : Nauorum imperium ſeruare eſt inſuperantum. Plautus in Friuolaria : Naue agere oportet, quod agas, non ductarier.

PAVLVS. Nauus, celer, ac ſtrenuus: a nauium velocitate dictus.

FESTVS. NEBVLO dictus eſt, vt ait Aelius Stilo, qui non pluris eſt quam nebula, aut qui non facile perſpici poſſit, qualis ſit, nequam, nugator.

Nec coniunctionem grammatici fere dicunt eſſe diſiunctiuam, vt Nec legit, nec ſcribit; cum ſi diligentius inſpiciatur, vt fecit Sinnius Capito, intellegi poſſit eam poſitam eſſe ab antiquis pro non. vt & in duodecim eſt, AST EI CVSTOS NECESIT. * Item: SI ADORAT FVRTO, QVOD NEC MANIFESTVM ERIT. & apud Plautum in Phaſmate: Nec recte ſi illi dixeris. & Turpilium in Demetrio: Nec recte dici mihi quod iamdudum audio.

*neſcit v.c.

PAVLVS. Nec coniunctio diſiunctiua eſt, vt Nec legit, nec ſcribit. ponitur etiam pro non. Turpilius: Nec recte dici mihi iamdudum audio.

FEST. Nec mulieri, nec gremio credi oportere. prouerbium eſt, quod & illa incerti, & leuis animi eſt: & plerumque in gremio poſita, cum in obliuionem venerunt exſurgentium, procidunt.

Necem ſuſpic*atur Verrius à Græco duci: nam illi* νέκυν *mortuum dicunt, inde nos dicimus nec*ida. . . .

PAVLVS. Necem a Græco dici certum eſt. νέκυν enim mortuum dicunt Græci.

FEST. Neci datus proprie dicitur, qui ſine vulnere interfectus eſt, vt veneno, aut fame.

PAVLVS. Necerim, nec eum.

PAVLVS *Nece* erim, nec eum.

*Opilius) Neceſſarium ait eſſe Opillus * Aurelius, in quo non ſit ceſſandum; aut ſine quo viui non poſſit. aut ſine quo non bene viuatur; aut quod non poſſit prohiberi, *quin fiat.

**prohibere* V.C.

PAVLVS. Neceſſarium, in quo non ſit ceſſandum.

FEST. Neceſſarij dicuntur cognati, aut affines, in quos neceſſaria officia conferuntur.

Neceſſarij ſunt, vt Gallus Aelius ait, qui aut cognati, aut adfines ſunt, in quos neceſſaria officia conferuntur præter cæteros.

Nectar Græce ſignificat deorum potionem. vnde Vergilius ait: Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas. Item Lucretius libro ſecundo: Et nardi * florem, nectar qui floribus " habet.

**nardæ* V.C. "*narib.*

Nectar Græce ſignificat deorum potionem.

PAVLVS. Nectere, ligare.

FESTVS. Nectere, ligare ſignificat, & eſt apud plurimos auctores frequens. quin etiam in commentario ſacrorum vſurpatur hoc modo. Pontifex minor ex ſtramentis naturas * nectito. id eſt funiculos facito, quibus ſues adnectantur.

**napuras*

Necumquem, nec vmquam quemquam.

PAVLVS. Nefaſti dies N littera notantur.

FESTVS. *Nefaſti dies notabantur. N. litera quod iis nefas eſt*



*Prætori* apud quem *lege agitur, fari tria verba, Do Dico*, addico nep. *notâ deſignari ſolent qui nefaſti* priores ſunt *quorum pars anterior fas: his ſerui* liberati ſunt, *delectus habentur exercitus ſcribuntur*, & in prouinc*ias ire licet, ſacra quoque* inſtituta fiunt *& vota nuncupata ſolui*, & ædes ſacrari *ſolent*.

PAVLVS. Nefrendes arietes dixerunt, quod dentibus frendere non poſſint. Alij dicunt nefrendes infantes eſſe nondum frendentes, id eſt frangentes. Liuius: Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem. Sunt qui nefrendes teſticulos dici putent, quos Lanuuini appellāt nebrundines * Græci νεφρούς, Prænestini nefrones.

**nefrundines*

FESTVS. *Nefrendes dictos aſſerit prouintus Muc*ius Scæuola *arietes, quod dentibus frendere non poſſ*int. Ateius *Capito infantes eſſe nondum fre*ndentes id eſt, *frangentes. Liuius in Odyſſea veteri* quem ego *nefrendem alui lacteam immulgens* opem et . . . . . . . . pro nefrendibus *autem, vt antiqui dicebant, rienes nunc dicit* vſus recens *ſunt qui nefrendes dici putant teſticulos*, quos Lanu*uini*, *appellant nebrundines*: Græci *νεφρούς, prænestini nefrones.*

Negibundum a*ntiqui pro negantem dixerunt Cato in* ea, quam ſcrip*ſit* . . . . . . . negibundus

Negibundum pro negante dixerunt.

PAVLVS. Neglegens* non legens, neque electum " habens, quid debeat facere.

**nec legens.* "*dilectum)*

FESTVS. Nec legens * dictus eſt non legens, neque dilectum habens, quid facere debeat omiſſa ratione officij ſui.

* *Neglegens*

Negotium quod *non ſit otium.*

*Nauos à nauis celeritate* quæ *velociſſima eſt, dicimus.*

Negotium, quod non ſit otium.

PAVLVS. Negritu in auguriis ſignificat ægritudo.

FESTVS. Negumate in carmine CN. Marci vatis ſignificat negate, cum ait: Quamuis mouentium duonum negumate.

PAVLVS. Negumate, negate.

Neminis genitiuo caſu Cato vſus eſt, cum dixit: Sunt multi corde, quos non miſeret neminis,

FESTVS. Neminis *genitiuo caſu vſus eſt Cato cum dixit* & quis dicere cum ſit *neminis idem.*

*de magiſtratibus* vitio creatis, neminiſqu . . .
*Ennius* in Erectheo: lapideo ſunt corde multi, quos nō miſeret neminis.

Nemo compoſitum videtur ex ne, & homo. quod confirmatur magis, quia in perſona ſemper ponitur, nec pluraliter formari ſolet, quia intelligitur pro nullo.

PAVLVS. Nemo, nec homo.

Nemora ſignificant ſiluas amœnas.

FESTVS. *Nemora ſignificat ſiluas* amœnas *valet enim idem: eius autem voca*buli auctor ho*merus, qui dixit in Iliade* λ ἐν νεμεϊ σκιερῷ ἐπὶ τῇ λὶν ἔμβαλε δαίμων dubium non *eſt quin eum deſignet locum* qui campos & paſcua *habeat* νέμος *à Græcis* διὰ τὸ νομὰς εἶναι ἐν αὐτῷ *appellatum.*

PAVLVS. Nemut, niſi etiam, vel nempe.

FESTVS. *Nemut* niſi etiam, vel *nempe; vſus eſt Cato de poteſtate tri*bunici, cum ait. nemut . . . . . . . ærumnas.

PAVLVS. Nepa Afrorum lingua ſidus, quod cancer appellatur. vel, vt quidam volunt, ſcorpius. Plautus: Dabo me ad parietem, imitabor nepam.

FESTVS. *Nepa Afrorum lingua* ſidus, quod dicitur noſtr*is cancer, vel vt quidam volunt* ſcorpios. Plautus in C*aſina, receſsim dabo me* ad parietem imita*bor nepam.*

PAVLVS. Nepotes luxurioſæ vitæ homines appellati, quod non magis his rei ſuæ familiaris cura eſt, quam iis, quibus pater, auuſque viuunt. Nepos compoſitum ab eo, quod natus poſt ſit patri, quam filius.

FESTVS. *Nepos luxurioſus à* Tuſcis dicitur, *nam nepotes ſunt luxurioſe* homines *appellati, quod non magis his res* ſua familia*ris cura eſt, quam iis quibus pater auuſque* viuunt. qu*od nomen ductum ab eo quod natus poſt patri* ſit, quam fil*ius. Quidam, inter quos Ariſtar*chus inter*pres Homeri. Græcum eſſe volunt ad quod* τοῖσι νεπόδεσσιν. ἐν ἑμῇ, *afferunt ex Apollonio.*

PAVLVS. FESTVS. Nepus, non purus.

Nequalia, detrimenta.

Nequam aurum eſt, auris quod vis vehementius ambit. hoc verſu Lucilij ſignificare ait Sinnius Capito nequam eſſe aurum, quod auris lædat; vel pondere inaurium, cum molliſſima pars auris inciditur; vel ex auro intel-



legi pecuniam, cuius reſpectu & nimia cupiditate homines ad peccandum adduci.

PAVLVS. Nequam aurum eſt, auris quoduis vehementius ambit. Hoc verſu Lucilius ſignificare videtur, nequam eſſe aurum, quod aures lædat, *vel* pondere inaurium cum *molliſsima pars* auris inciditur. vel etiam cupiditatem pecuniæ voluit ſignificare.

Nequam, qui ne tanti quidem eſt, quam quod habetur minimi.

Nequeunt * non eunt. **Nequiunt vel Nequeunt*

PAVLVS. Nequinates, Narnienſes.

FESTVS. *Nequinates* Narnienſis *dicti ſunt, qui è nequino oppido eiectis colo*nis veteri. *b. ibi habitarunt Cato in ea ad*uerſus x. *hominib.*

Nequinont pro nequeunt; vt ſolinunt, ferinunt pro ſolēt, & feriunt dicebant antiqui. Liuius in Odyſſia: Partim errant, neque nunc Græciam redire (nequinont.)

PAVLVS. Nequinont, nequeunt.

Nequiquam, fruſtra.

FESTVS. Nequiquam ſignificari idem, quod fruſtra, plurimis auctorum exemplis manifeſtum eſt.

PAVLVS. Nequitum, & nequitur pro non poſſe dixerunt.

FESTVS. Nequitum, & nequitur, pro non poſſe dicebant, vt Pacuuius cum ait: Sed cum contendi nequitum, vt clam tendenda eſt plaga. Plautus in Satyrione: Retrahi nequitur, quoquo progreſſa eſt ſemel. & Cato Originum libro primo: Fana in eo loco compluria fuere. ea exaugurauit, præterquam * quod termino fanum fuit, id nequitum exaugurari. **præquā v. c.*

Neruum appellamus etiam ferreum vinculū, quo pedes impediuntur, quāquam Plautus eo etiam ceruices vinciri ait: Perfidioſe captus, eo ædepol * neruo ceruices probat. **eo epol. v. c.*

PAVLVS. Neruum appellamus etiam ferreum vinculum, quo pedes, vel etiam ceruices impediuntur.

FESTVS. Neſi pro ſine poſitum *eſt in lege dedicationis aræ* Dianæ Auentinen*ſis.*

Neutiquam *pro nullo modo dici teſtis eſt* cum ait, ſed *mihi neutiquam cor conſentit, cum ocu*lorum aſpect*u Cice. indiſſolubiles quidā eſſe non poteſtis,* neutiquā *tamē diſſoluemini.*

PAVLVS. Neutiquam, pro nullo modo.

FESTVS. Nexum eſt, vt ait Gallus Aelius, quodcumque per æs & libram geritur, idque necti dicitur. quo in genere ſunt hæc: teſtamenti factio, nexi danto, * nexi liberanto. "

*datio)
"libertatio.

Nexum æs apud antiquos dicebatur pecunia, quæ per nexum obligatur.

*nictari |

Nictare & oculorum, & aliorum membrorum niſu ſæpe aliquid conari, dictum eſt ab antiquis, vt Lucretius in libro quarto: Hic vbi nexari* nequeunt, inſiſtereque alis. Cæcilius in Hymnide: garrulis medentes iactent ſine nictentur perticis. Nouius in Macchoco: pone * actutum ſcribit, *cum in neruo nictabere." vnde quidam nictationem, quidam nictum, vt Cæcilius in pugilem * : tum inter laudandum hunc timidum tremulis palpebris Percutere nictu; hic gaudere, & mirarier. Nictit canis in odorandis ferarum veſtigiis leuiter ganniens, vt Ennius in libro x. veluti ſiquando vinculis venatica venenox ·*· apta ſolet ſi forte ex nare ſagaci ſenſit voce ſua nictit " vlulatque ibi acuta eſt. vnde * ipſa gannitio.

*Macchocopone)
*ſcrib. v. c. ſcribes.
"nectabere. v. c.
*pugile)
·*· venox)
"nictu. v. c.
* & vnde v. c. & inde)

PAVLVS. Nictare eſt oculorum, & aliorum membrorum niſu ſæpe aliquid conari. dicimus enim nictationem, & nictum, Cæcilius: Hunc tremulis palpebris Percutere nictu. Nictit canis in odorãdis ferarum veſtigiis leniter grãniens. Ennius: Nare ſagaci ſenſit, voce ſua nictit, vlulatque. vnde & gannitio.

FESTVS. Niger lapis in comitio locum funeſtum ſignificat, vt alij, Romuli morti deſtinatum, ſed non vſu obu*enit vt ibi ſepeliretur ſed* Fauſtulum nutr*itium eius ibi ſepultum fuiſſe, &* Qu*in*tilium auum Ti . . . . *qui* cuius famili*a dicta quintilia iuxta appellatinem eius partes Romuli ſequebatur.*

Nihili, qui nec hili quidem eſt.

PAVLVS. Ningulus, nullus. Marcius vates. Ne ningulus mederi queat.

FESTVS. Ningulus, nullus, vt Ennius libro ſecundo: Qui ferro minitere. atque in te ningulus mederi queat.

Niquis ſciuit centuria eſt, quæ dicitur à Seruio Tullio rege conſtituta, in qua liceret ei ſuffragium ferre, qui non tuliſſet in ſua, nequis ciuis ſuffragij iure priuaretur. nam ſciſcito ſignificat ſententiam dicito, ac ſuffragium ferto: vnde ſcita plebis. Sed in ea centuria, neque cenſetur quicquam, * neque centurio præficitur, neque centurialis poteſt eſſe, quia nemo certus eſt eius centuriæ. eſt autem Nequiſciuit, niſi quis ſciuit.



*quiſquã)

Niuem V*errius interpretatur nouum ex* Græco, qui id ne*on dicunt N.* ſignificat da.

PAVLVS. Niuẽ interpretatur nouum ex Græcõ, quod illi dicũt νέον.

Nixi dij appellabantur, quos putabant præſidere parientium nixibus.

FESTVS. Nixi dij appellantur tria ſigna in Capitolio ante cællam Mineruæ genibus nixa, velut præſidentes parientium nixibus. quæ ſigna * ſunt qui memoriæ prodiderint, Antiocho rege Syriæ ſuperato M. * Acilium ſubtracta à populo Ro. adportaſſe, atque vbi ſunt, poſuiſſe. etiam quæ * capta Corintho aduecta huc, quæ ibi ſubiecta fuerint menſæ.

*ſua v. c.
*Manium)
*qui v. c. que)

Nobilem antiqui pro noto ponebant, & quidem per G litteram, * vt Plautus in Pſeudolo: Peregrina facies videtur hominis, atque gnobilis. * & oculis meis obuiam gnobilis * obiicitur. Attius in Diomede: Ergo Argos referam. nam hic ſum " gnobilis ·*· Liuius in Virgo* ornamenta incendunt * gnobili § ignobiles.

*pro c littera v. c.
*ignobilis v. c.
ignob. vec.
"ſuam)
.*. nobilis. v. c.

PAVLVS. Nobilem antiqui pro noto ponebant. Plautus: Peregrina facies, atque ignobilis.

*Virgine)
.*. incedũt)
§nobili v. c.

Noctilucam Lucilius cum dixit, lib. ij. obſcæ*num ſignificat nocticula* . . medica . . . .

FESTVS. Noctua tempore noctis dicta, quo canit, vel volat.

PAVLVS. *Noctua videtur dicta à Noctis tempore*, eo quo *canere ſolet, aut volare ab ea* γλαυκῶπις appellatur *minerua à Græcis quia noctua oculis eſt loeſis.*

FESTVS. Noegeum quidam amiculi genus prætextum purpura, quidam candidum ac perlucidum, quaſi à nauco, quod putamen quorundam pomorum eſt tenuiſſimum non ſine cãdore, vt Liuius ait in Odyſſia: Simul ac lacrimas de ore noegeo Deterſit. id eſt candido.

PAVLVS. Noegeum amiculi genus. Noegeum candidum. Liuius: Lacrimas de ore noegeo Deterſit. id eſt candido.

Nomen dictum quaſi nouimen, quod notitiam facit.

FESTVS. Nomen ſiue ex Græc. ὄνομα *dictũ eſt quaſi nouimen quod notitiam faciat* ſiue familiæ eſt *vt Terentius ponitur etiam*

pro debito vt exactum dicimus. fuiſſe nomen cum à debitore exacta pecunia ſit.

PAVLVS. Nonarum, Iduum, Kalendarum poſteri dies nuptiis alieni habentur; quoniam hi dies decreto Pontificum atri iudicati ſunt: quod quotieſcumque Romani duces belli gerendi gratia his diebus ſupplicauerunt, male rempublicam geſſere.

FESTVS. Nonarum poſtridie id III. Kalendarum dies. alieni habentur. item nouæ nuptæ. à D. IIII Calend. nonas idus diem. atrum inluceſſere, quoniam. decreto Pontificum atri hi dies eſſe iudicati ſunt, quod quotieſcunque Romani duces belli gerendi gratia his diebus ſupplicauere male rempub. geſſere.

Nonas quidem à noua luna, quod in eas cõcurreret principium lunæ. alij quod ſemper ante diem Iduum nonum eſſent, ſcribíque ideo debere primam appellationis eius ſyllabam adiecta V littera.

PAVLVS. Noneolæ *vocantur papillæ, quæ ex faucibus caprarum dependent.

* Noncolæ

FESTVS. . . . . as eſt cæſis . . . . . . caprarum ſupendent . . . . . .

Non omnibus dormio: prouerbium videtur natum à cipio quodam qui Pararhenchon dictus eſt, quod ſimularet dormientem, quo impunitius vxor eius moecharetur. eius meminit Lucilius.

Non pridem, æque, & recte, & frequenter dicitur, ac iampridem quam pridem.

Nonuncium quod vulgo magiſtri ludi appellant ſignificat nouem vncias. at teruncium, quod ſingulia ſex vncia dimidium vnciarum trium ſit . . . . . .

PAVLVS. Nonuncium, & teruncium dicitur, quod nouem vnciarum ſit, ſiue trium.

Nota nunc ſignificat ſignum, vt in pecoribus; nunc litteras ſingulas, aut binas; nunc ignominiam.

FESTVS. Nota alias ſignificat ſignum; vt in pecoribus, tabulis, libris, litteræ ſingulæ, aut binæ; alias ignominiam.

Nothum Græci natum ex vxore non legitima vocant, qui apud nos ſpurio patre natus dicitur, quod Ser. Tullius, qui Romæ regnauit, natus eſt ex concubina Spurius



Tulli tributis † niſi forte maluimus ** credere Ocliſia Corniculana * captiua, cum ſuſceptum matre ſeruiẽte.

† Sp. Tulli Tr. vel Tiburtis

Nothum Græci natum ex vxore non legitima dicunt, qui apud nos ſpurio patre natus (eſt) dicitur. PAVLVS.

Nouæ curiæ proximæ ** compitum Fabricium ædificatæ ſunt. quod parum amplæ erant veteres à Romulo factæ, vbi ‡ is populum, & ſacra in patris triginta diſtribuerat, vt in iis ea ſacra curarent, quæ, cum ex veteribus in nouas euocarentur; ſeptem * curiarum per religiones euocari non potuerunt. itaque Forienſis. Raptæ, Vellenſis, † Velitiæ res diuinæ fiunt in veteribus curiis

** malumus) ** Ocliſiam Corniculam v. c. FESTVS. ** proxime) ‡ vbe v.c. * quattuor) † Velienſis)

Noualis ager nouæ relictus ſementi. PAVLVS

FESTVS. Noualem agrum Aelius Gallus & Opilius, item Aurelius, cum aiunt eſſe quem Græci νέον dicunt. ad quod Homero quoque, teſte vtuntur qui dixit νειοῖο βαθείης πέλσοι ἰκέσθαι. ſed Cincius cum eſſe vbi gleba. proſciſſa ad nouam ſementem ſit relicta.

Nauti conſulatu, & T. Sicini Volſci populi, cum atrox prælium iniſſent aduerſus Romanos. Tribuni. Mil. in circo combuſti feruntur, & ſepulti, in crepidine quæ eſt proxime circum, qui locus poſtea fuit lapide albo conſtratus, qui pro rep. in eo prælio occubuere Opiter Verginius Tricoſtus: Valerius Læuinus, Poſtumus Cominius, orancus, Mallius Tolerinus, P. Veturius Geminus A Sempronius Atratinus, Verginius Tricoſtus Mutius Scæuola. Sex. Fuſius Medalinus.

Nouendiales feriæ. dicuntur inſtitutæ. à Tublo Hoſtilio rege ex monitu, procurandis prodigijs nono die inferis. Latinis: ſiue quod in more * Albano lapidibus pluiſſet, ſiue quod vox eſſet exaudita. vt Albani. ſuo ritu facerent, quæ omiſerant ſacra nam ab his illa ſunt. tunc reuocata, quæ miſſa cratea pœne funditus, deleta negligere temporibus ſequentib. cepiſſent. N. dicuntur inuenta à Marcello Cos. operæ quibus admotis Syracuſæ facilius expugnari poſſẽt.

* monte)

Nouendiales feriæ à numero dierum ſunt dictæ. PAVLVS.

Nouerca dicitur, quam quis ſublatis liberis nouam vxorem ducit augendæ * familiæ gratia.

*arcendæ vel accerſendæ.

FESTVS. Nouerca dicitur quam quis liberis ſublatis nouam vxorem ducit arcendæ familiæ gratia, id eſt coercendæ; prima autem

memoratur apud Vecterrannia. quæ nupſit . . .

Nauibus regnante Ser. Tullio quod in Auentinum montem paludib. diſcluſum aſcenderetur, ab aduectu, ſic dictum aiunt, vel quod auetinus in auentino rex albanus ſit. ſepult⁹.

Naualem agrum Aelius Gallus, & Opilius, Item Aurelius cum aiunt eſſe, quem Græci νέον dicunt. ad quod Homero quoque teſte vtuntur qui. dixit νειοῖο. βαθείης πίλσον ἱκέσθ.

PAVLVS. Noxa ponitur pro peccato, aut pro peccati pœna, cum lex iubet noxæ dedere pro peccato.

Noxia apud antiquos damnum ſignificat, ſed à poetis ponitur pro culpa.

FESTVS. Noxa vt Ser. Sulpicius. rufus ait, damnum ſiguificat apud poetas autem, & oratores ponitur pro culpa. at noxa peccatum, aut pro peccato pœnam, * vt Attius in Melanippo. * te te eſſe huic noxæ obnoxium. Item cum lex iubet noxæ dedere, pro peccato dedi iubet. Cæcilius in Hypobolimæo chereſtato. * Nam iſta quidem noxa mulieris eſt " magis, quam viri.

* poena)
* Menalippo)
* Chareſtrato)
" muliebrem & v.c. muliebris eſt)

NVCES flagitantur nuptis, & iaciuntur pueris vt nouæ* nuptæ intranti. domum noui mariti auſpicium, fiat ſecundum & Soliſtimum.

* noua)

PAVLVS. Nuces flagitantur nuptis, * iaciuntur pueris, vt nouæ nuptæ intranti domum noui mariti ſecundum fiat auſpicium.

*nuptis, vel à nuptis

Nuculas Præneſtinos* appellabant; quod incluſi à Pœnis Caſilini famen nucibus ſuſtētarunt; vel quod in eorum regione plurima nux minuta naſcitur.

* Præneſtini, vel Præneſtinas

FESTVS. Nuculas præneſtinos antiqui appellabant, quod incluſi, à pœnis Caſilini famem nuncio ſuſtentauerunt; vel quod in eorum regione plurima nux minuta paſcitur.

Nudius tertius compoſitum ex nunc, & die tertio.

Nudius tertius compoſitum ex nunc & die tertio. N. . .

PAVLVS.
FESTVS.

. . . . dicuntur in agro quos . . alio nomine appellant à parte totum ſignificantes, quaſi inde appellati ſint . . . . . . .
. . dicantur pa . . . . .
. . . dicitur cælum cauum . . .
. . . dicatur dam . . . . .

Numam Pompilium Ianiculum montem habitauiſſe ferunt



in quo arcam eius inuentam cum libris numæ nominis à Terentio. quodam ſcriba repaſtinante agrum.

Numæ Pompilij in Ianiculo eſt ſepulchrum.

PAVLVS. Numella genus vinculi, quo qudrupedes deligantur.

FESTVS. Numella genus vinculi, quo quadrupedes alligantur. ſolent autem ea fieri neruo, aut corio crudo bouis vt plurimum.

PAVLVS. Numen, quaſi nutus dei, ac poteſtas, dicitur.

FESTVS. Numen quaſi nutus Dici, ac poteſtas dicitur.

Numera ſenatum ait quiuis ſenator conſuli, cum impedimento vult eſſe, quo minus faciat ſenatuſconſultum. poſtulátque, vt aut res, quæ adferuntur, * diuidantur; aut ſinguli conſulantur; aut ſi tot non ſint ſenatores, quo numero liceat præſcribi ſenatuſconſultum.

*referuntur)

Numerius prænomen numquam ante fuiſſe in patricia familia dicitur, quamuis * Fabius, qui vnus, poſt ſex & trecentos ab Etruſcis interfectos ſuperfuit, inductus * magnitudine diuitiarum vxorem duxit Otacilij Maleuentani, vt tum dicebantur, filiam ea condicione, vt qui primus natus eſſet, prænomine aui materni Numerius appellaretur.

* quam is)
* inductis. v.c.

PAVLVS. Numerius prænomen eſt tractum ab auo.

Numero dicebant pro nimium.

FESTVS. Numere & numero dicitur. Sed numere ſunt videtur eſſe præſentis temporis, & prorſus alienum numero fuerunt, quod de præterito vſurpatur ſiuæ eo ordine vſurparunt antiqui quadam conſuetudine loquendi, qua ſolebant proferre verba eiuſmodi; ſiue certa ſine extremarum vocalium quemadmodum videtur in ſuis ſcriptis vſus Pompeius Sextus, apud quē reperitur extrema ſyllaba vocatiui caſus producta, & eiuſdē caſus eadem correpta, terminatáque in e temporis præſentis. Numero autem dixiſſe antiquos nimium quod ſignificare, ait Sinnius Capito. eſſe enim, ita locutum . . . . . .
. . . um vos eſtis minime . . . . .
Niſi numero perbiterint, niſi cito. . . . . . .
. . id eſt nimium ſi iſſo, qui exeam, numero eſtis mortui, hoc exemplo, vt pingeretis, id eſt, cur cito mortui eſtis? Item in Nelei: Numquam numero matri faciemus volui. Idem eſt * Numquam nimium facie-

** id eſt)*

mus. Apud Næuium: Neminem vidi, qui numero ſciret, quique ſcit, id eſt opus. id eſt nimium ſciret. An panurgus Antonius hæc ait numero nimium cito? celeriter nimium. vt Plautus in Caſina: Ere mi? quid vis mea ancilla? nimium ſæpius numero dicis nimiũ cito. Attius in Oenomao: Ego vt eſſem adfinis tibi, non vt te extinguerem, Tuam peti gnatam, numero te expurgat timor. Afranius in ſuſpecta: Per falſum, & abs te creditum numero nimis. Celeriter. Cæcilius in Aethrione: Ei perij. quid ita? numero. venit fuce,* domum. Afranius in Simulante: Ei * miſera numero, ac nequicquam egi gratias.

** fuge)*
** e. v. c.*

PAVLVS.

Numidas dicimus, quos Græci Nomadas; ſiue quod id genus hominum pecoribus negotiatur; ſiue quod herbis vt pecora aluntur.

FESTVS.

*N*umidas dicimus, quos *Græci* Νομάδας, *ſiue quod id genus* hominum pecoribus *negotiatur ſiue quod herbis vt pe*cora aluntur.

PAVLVS.

Nummus ex Græco nomiſmate naſcitur.

…VS.

*existimantur dictum, & tantundem apud nos, & apud illos* valere, quia *pleráque nomina. à Græcis accepimus quorum*. hoc proprium eſt.

Nuncupata pecunia eſt, vt ait Cincius in libro ſecundo de officio iuriſconſulti nomina certa nominibus propriis pronunciata. CVM NEXVM FACIET, MANCIPIVMQVE VTI LINGVA NVNCVPASSET, ITA IVS ESTO; ITA VTI NOMINARIT, LOCVTVSVE ERIT, ITA IVS ESTO. Vota nuncupata dicuntur, quæ Conſules, Prætores, cum in prouinciam proficiſcuntur, faciunt; ea in tabulas præſentibus multis referuntur. At Santra libro ſecundo de verborum antiquitate ſatis multis nuncupata conligit non derecto nominata ſignificare, ſed promiſſa, & quaſi teſtificata, circunſcripta, receptáque * etiam in votis nuncupandis eſſe conuenientius.

** quod*

Nundinalem cocum Pl*autus dixit in Aulularia*, *Cocus nun*dina ille eſt in *nonum diem*, *ſolet ire coctum*, *Cocum qui* nouendial*is alias appellatur, manifeſto. ſig*nificat quem *dixit nundinalem, quod in nonum diem coqu*eret.

Nundinas feriarum diem eſſe voluerũt antiqui, vt ruſtici conuenirent mercandi, vendendique cauſa, cumque nefaſtum, ne ſi liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores.



PAVLVS.

Nundinas feriarium diem eſſe voluerũt antiqui: quo mercandi gratia vrbem ruſtici conuenirent.

Nuncius & res ipſa, & perſona dicitur.

FESTVS

*Nuncius &* perſona dicitur: *& res ipſa in perſona dicitur, vt nuntius aduenit in re vt eſt nuncius* allatus qu*am differentiã* C. *Cæſar in com*mentaris f*eciſſe videtur*.

PAVLVS

Nuper, quaſi nouiter. *. tanquam dicamus nouiſſime.

**. nouiper.*

FESTVS.

*Nuper quaſi nouiper* tãquam di*camus nouiſſime, eſtque præteriti tem*poris id autem: *ſi* . . . . . . . . . . . sa erant, qui ni . . . . . .

Nupta verba dicebantut ab antiquis, quæ virginem dicere non licebat, vt Plautus in Diſcolo. * Virgo ſum, non dum didici nupta verba dicere.

*Dyſcolo)*

PAVLVS.

Nuptam a Græco dictum, illi enim nuptam appellant *νύμφην*.

FESTVS

*Nuptam nouam, ſponſam vt etiam mu*lieres quibus *in nuptiis vtuntur, pro nube. ab* eadem cauſa, *hoc eſt. a nubendo dicuntur ali*qui appellatam *. eſſe volunt: nec defuerunt* tamen qui dic*erent ſic appellatam ab eo quod νέαν νύμφην. Græci nouam nuptam vocant alij quod* appellat vxorem νυὸν *Homerus loquendi quadam* conſuetud*ine*, *quæ eſt antiqua Græcorum cum* ait ἐξαπίνης γαίης νυὸν ἀνδρῶν αἰχμητάων.

Nuptias dictas eſſe ait Santra ab eo, quod nymphea dixerunt Græci antiqui *γάμον*. inde nouam nuptam *νέαν νύμφην*. Cornificius. quod noua petantur coniugia. Curiatius, quod noua ratio* fiat. Aelius, & Cincius, quia flameo caput nubẽtis obvoluatur, quod antiqui obnubere vocarunt * ob quam cauſam legem quoque Parenſtam* iubere caput eius obnubere, qui parentem necauiſſet, quod eſt obuoluere.

**pactio)*
**vocarint*
V. C.
** Paricam)*

Nuſciciosum Ateius Philologus ait appellari ſolitum, qui propter oculorum vitium parum uideret. at Popilius* Aurelius. nuſciciones eſſe cæcitudines nocturnas. Aelius Stilo, qui plus videret veſperi, quam meridie, nec cognoſceret, niſi quod vſque ad oculos admouiſſet.

**P. Opilius)*

Nuſcicioſus, qui parum videt propter vitium oculorum, quique plus videt veſperi, quam meridie.

*Numidæ di*cuntur nomades, *qui diutius viuere dicuntur* vnde Cato in . . . . *numidæ viuaces quod* multam viuunt *ætatem dixit nuces mitti* cerialibus Capito Si*nius ſolitum eſſe dici* ait. cum velimus ſi*gnificare miſſilia Ceria*libus in Circo mitti, *quod cum mitti nuces mos eſ*ſet plane volumus *a parte totum deſignare* quia adeo diligantur *ſupra omnia alia miſſilia* præ flamma cum ſunt u*ſtæ quæ ſparguntur nuces.*



OB præpoſitio alias ponitur pro circum, vt cum dicimus vrbem obſideri, obſignari, obuallari. alias ponitur in vicem præpoſitionis, quæ eſt propter, vt Ob merita, ob ſuperatos hoſtes: vnde obſides, pro obfides, qui ob fidem patriæ præſtandam dantur. alias pro ad ponitur vt Ennius: Ob Romam noctu legiones ducere cœpit. & alibi . . . . . onitur. PAVLVS.

ob troiam duxit . . . . . . FESTVS.

. . . obſideri ob . . . . .

. . . in vicem præpo . . . .

. . . ſuperatos . . . . .

. . . riæ præſtandam . . . .

. . . ob Romam noc . . . .

. . . obTroiam duxit . . . .

Ob præpoſitione antiquos vſos eſſe pro ad, teſtis eſt Ennius, cum ait libro quarto decimo: Omnes occiſi, obcenſique in nocte ſerena. id eſt, accenſi. * & in Iphigenia: Acheruntem obibo, vbi mortis theſauri obiacent. eiuſdem autem generis eſſe ait " obferre. obculit, obcurrit, oblatus, obiectus; mihi non ſatis perſuadet. **lucenti.* *"vult* **obtulit*

Ob os ſignificat ad os.

Ob os ad os ſignificat . . . item vt ſuperioribus quoque exemplis teſtatus.*. eſt. PAVLVS. FESTVS **. teſtatum)*

Obacorare, obliqui, atque alterius ſermonem moleſte impedire, quod ſumptum videtur a paleis, quas Græci ἄχυρα vocant. Itaque & frumẽtum, & panis non ſine paleis, acerosus dicitur. item lutum aceratũ paleis mixtum. PAVLVS

Obacerbat, exacerbat.

Obambulare, aduerſum alios ambulare, & quaſi ambulanti ſeſe opponere.

Obdere, opponere vel o p erire.

Obedire, obaudire.

Obeſcet, oberit, vel aderit.* ** aberit.*

Obeſus, pinguis: quaſi ob endendum factus.

Obherbeſcere,* herbam increſcere. **Obhebeſcere, vel Obeſcere.*

Obiacuiſſe, antea iacuiſſe.

Obices, peſſuli, ſeræ.

Obigitat, anteagitat, vt obambulat.

Obigitat antiqui dicebant, pro ante agitat, vt obambulare FESTVS.

Obinunt, obeunt. PAVLVS.

Obitu dicebant pro aditu.

*aſtringere.* Obiurare, iureiurando obſtringere.*

FEST. Obiurare, iureiurando obſtringere. vt eſt in Pantaſilea. formidabant obiurare.

PAVLVS. Obiurgatio poſt turpe factū caſtigatio. Monitio vero eſt ante commiſſum.

*Obliteratur* Obliterarum,* alij ab obliuione, alij a littore, quod ibi notata fluctibus æquari, & tolli ſolent.

*Oblucuuiaſſe.* Oblucinaſſe* dicebant antiqui mente erraſſe, quaſi in luco deorum alicui occurriſſe.

Obmanens pro diu manens, vt permanens.

FEST. Obmoueto pro admoueto dicebatur apud antiquos, vt alia quæ ſupra relata ſunt.

Obnectere, obligare, maxime in nuptiis frequens eſt.

PAVLVS. Obnectere, oblegare.

Obnoxius, pœnæ obligatus ob delictum.

*operitione.* Obnubit, caput operit. vnde & nuptiæ dictæ a capitis operitione.*

Oboritur, adnaſcitur.

FESTVS. Oboritur, adnaſcitur. nam præpoſitionem ob, pro ad ſolitam poni, teſtis hic verſus. Tantum gaudium oboriri ex tumultu maximo. & Ennius. ob Romam noctu legiones ducere cœpit.

PAVLVS. Obprobare, probrum obiicere.

Obpuuiat, verberat, a pauiendo, id eſt feriendo. vnde pueri, quod puniendo coercentur, id eſt. plagis; vnde & pauimenta.

Obrogare eſt legis prioris infirmandæ cauſa legem aliam ferre.

*Obbrutuit* Obrutuit,* obſtupuit, a bruto, quod antiqui pro graui, interdum pro ſtupido dixerunt. Afranius: Non poſſum verbum facere; obrutui.

FESTVS. Obſalutare, ſalutandi gratia offerre.

PAVLVS. Obſalutare, offerre ſalutandi gratia dicebant antiqui, vt conſalutare, perſalutare.

Obſecrare eſt opem a ſacris petere.

FESTVS. Obſequela, obſequium.

*is, qui* *obſeruaſſe id eſt* Obſeruaſſe dicitur, qui obſeruat, quid, cuiuſque cauſa facere debeat. itaque is * obſeruat." coluiſſe aliquem dicitur.



Obſidionalis corona eſt, quæ datur imperatori ei, qui obſidione liberauit ab hoſtibus obſeſſos. ea fit ex gramine viridi fere ex eo loco decerpto, in quo erant incluſi. herbam autem victoriæ ſignum fuiſſe apud antiquos aliiſque* exemplis docuimus. quæ corona magnæ auctoritatis fuit. Nam & P. Decio datæ duæ ſunt. vna ab exercitu vniuerſo; altera ab iis. qui fuerunt in præſidio obſeſſi. & L. Sicinio Dentato, qui Achilles Romæ* exiſtimatus eſt, ac fertur centies, & vicies* pro Rep. depugnaſſe: Coronis donatus viginti ſex, In iis aureis octo, ciuicis quatuordecim. muralibus tribus, obſidionali una. Inter obſidionalem & ciuicam hoc intereſt, quod altera ſingularis* ſignum ſalutis eſt, altera diuerſorum ciuium ſeruatorum. *aliquot* *Romanus)* *viceſies* *ſingulis*

Obſidionalis corona dicebatur. quæ ei, qui obſeſſos liberaſſet ab hoſtibus, dabatur. ea fiebat ex gramine viridi ex eo loco decerpto, in quo erant incluſi. quæ corona magnæ auctoritatis erat. Ciuica corona ſingularis ſalutis ſignum erat; obſidionalis vniuerſorum ciuium ſeruatorum. PAVLVS.

Obſidionem potius dicendum eſſe. quam obſidium, adiuuat nos teſtimonio ſuo Ennius in Telamone, cum ait. Scibas natum ingenuum Aiacem, cui tu obſidionem paras. Item alio loco. Hector quid * haud ceſſat obſidionem obducere? FESTVS. *quidam)*

Obſidium. tanquam præſidium, ſubſidium, recte dicitur. Cuius etiam auctor C. Lælius pro ſe apud * populum. vt in* nobis terra, marique ſimul obſidium facerent. & Salluſtius hiſtoriarum primo. magnis opibus profectis obſidium cepit per L. Catilinam legatum. *ad* *vti)*

Obſonitauere ſæpe obſonauere. Cato in ſuaſione) de lege Orchia * derogaretur. qui antea obſonitauere. poſtea centenis obſonitauere. ſignificat autem conuiuari. *ne legi Orchiæ)*

Obſonitauere, ſæpe obſonauere. ſignificat autem conuiuari. PAVLVS.

Obſtinat, obfirmat.

Obſtinato, obfirmato, perſeueranti,* vt tenere poſſit. Pacuuius: obſtinati exorſus. vt Attius in Amphitryone: aut tam obſtinato animo confiſus tuo. Cato in Q. Thermum de decem hominibus. rumorē, famam flocciſecit FESTVS. *per ſuſiurandum*

*cupitus — captus * ſtupris, obſtinatus inſignibus flagitiis. Næuius in Lycurgo : vos, qui aſtatis obſtinati.

Obſtinet dicebant antiqui, quod nunc oſtendit, vt in veteribus carminibus : Sed iam ſe cælo candens aurora obſtinet ſuum patrem.

PAVLVS. Obſtinet, pro oſtendit.

*Obſcitum — Obſtitum * violatum.

FEST. ... Obſtitum * Cloatius, & Aelius Stilo eſſe aiunt violatum, attactumque de cælo. Cincius eum, qui * deo, deæque obſtiterit, id eſt qui viderit quod videri † nefas eſſet.

*Obſcitum *cum quid †videre

Obſtitum, obliquum.

PAVLVS. FEST. Obſtitum, obliquum. Ennius lib. XVIII. * Montibus obſtitis, obſtantibus, vnde oritur nox. & libro octauo: amplius ex augure* obſtipolumve ″ ſolis. C, Licinius Imbrex : * reſupina obſtito capitulo ſibi ventum facere cunicula. Lucretius : Omnia mendoſe fieri, atque obſtita neceſſe eſt.

″XVI. *ex augere *obſtitumue, obſtipo lumine)

Obſtrudant, obſatulent, ab auide trudendo gulam, non ſumendo cibum. vnde & obſtrudulentum . . . dixit Titinius. obſtrudulenti aliquid, quod pectam ſedens Aut hic lætaſter, aut formaſter frigidus.

*·Cæcilius in Imbres ∴

Obſtrudant. auide trudant.

Obteſtatio eſt, cum deus teſtis in meliorem partem vocatur, deteſtatio, cum in deteriorem.

PAVLVS. Obtrectat, contra ſententiam tractat.

Obtrectator eſt, qui facit quid contra recte tractantem.

Obturare ex Græco trahitur : ab eo, quod illi oſtia dicunt θύρας,

*tuor — Obtutu, quaſi obtuitu, a verbo tueor, * quod ſignificat video.

Obuaricator dicebatur. qui cuipiam occurrebat, quo minus id * rectum iter conficeret.

*is

Ob vos ſacro, pro vobis obſecro : vt ſub vos placo, pro ſupplico.

FEST. ∴ Ob vos ſacro, in quibuſdam precationibus eſt, pro vos obſecro; vt ſub vos placo pro ſupplico.

OCCARE, & occatorem Verrius putat dictum ab occædendo, quod cædat grandis globos terræ, cum Cicero venuſtiſſime dicat ab occæcando fruges ſatas.

PAVLVS. Occare, & occator ab occidendo dictum, quod grandes



terræ cædat globos.

Occaſio oportunitas tēporis caſu quodā proueniētis eſt. FESTVS.

Occaſio, oportunitas temporis caſu proueniens. PAVLVS.

Occaſus, interitus vel Solis, cum decidit à ſuperis infra terras. quo vocabulo Ennius pro occaſione eſt vſus in libro ſecundo: hic occaſus datus eſt, at Horatius incluſus ſaltu. Item in libro quinto : iniicit inritatus, tenet, occaſus iuuat res. Item in libro octauo: aut occaſus vbi tempuſue audere repreſſit. FESTVS.

Occaſus, interitus vel Solis in Oceano merſio.

Occentare dicebant pro conuicium facere, cum id clare, & cum quodā canore fieret, vt procul exaudiri potuiſſet: quod turpe habebatur ; quia non ſine cauſa fieri putatur * inde cantilenam dici, quia illam non cantus iucunditatem puto. PAVLVS. *putabatur)

Occentaſſint antiqui dicebant, quod nunc conuicium fecerint, dicimus; quod id clare, & cum quodam canore fit, vt procul exaudiri poſſit. quod turpe habetur, quia non ſine cauſa fieri putatur, inde cantilenam dici, quia illam non cantus iucunditatem puto. FESTVS.

Occidamus Plautus ponit pro contra cedamus. cum plurimæ aliæ præpoſitiones familiariores huic verbo ſint.

Occidamus Plautus poſuit pro contra cedamus.

Occiſitantur, ſæpe occiduntur. PAVLVS.

Occiſitantur, ſæpe occiduntur. ſic C. Gracchus pro roſtris in P. Popilium: Homines liberi nunc in oppido occiſitantur. FESTVS.

Occiſus à necato diſtinguitur. nam occiſus à cædēdo dictus, necatus ſine ictu. PAVLVS.

Occiſum à necato diſtingui quidam, quod alterum à cædendo, atque ictu fieri dicunt, alterum ſine ictu. Itaque in Numæ Pompilij Regis legibus ſcriptum eſſe, SI HOMINEM FVLMINIBVS OCCISIT, NE SVPRA GENVA TOLLITO. & alibi, HOMO SI FVLMINE OCCISVS EST, EI IVSTA NVLLA FIERI OPORTET. FESTVS.

Occultum offerre, ſignificat ſub terram fere ponere.

∴ Occupaticius ager dicitur, qui deſertus à cultoribus propriis, ab aliis occupatur. PAVLVS.

Occupaticius. *ager dicebatur ab antiquis,* FEST.

*qui deſitus* à cultoribus fre*quentari proprijs ab alijs eſt occupari* cœptus, quod in *agro campano factum eſt* nam cum Hanni*bal; Capuanos qui de : punica rep.* bene meriti *fuerant, remunerare vellet* atque eorum agros, *qui eſſent occupati, deuaſtatique*, tamquam ex h*oſte receptos, reſtituere nominandos* du*plice edixit, ſed cum quærelam au*diret commu*nem eorum, quorum ager occupatus* eſt à priuatis, *iuſsit dari agros, non quos illi* accepiſſent, *ſed occupaticios.*

† *Ocymum.*

Ocimum † Græcum.

PAVLVS. " *Ocymum.* * *α*

Ocimum "Græcum, (& à * celeritate naſcendi eſt dictũ.

Ocius & ociſſime poſitiuum Latinum non habent, ſed ab eo veniunt, quod eſt in Græco ὠκύς.*

FESTVS. * *ὠκέως.* * *dictas noſtras v.c.* * *conſilotionis v.c.*

Ocius ſecundæ collationis, & deinde tertiæ ociſſime frequentata ſunt. alij dicta à noſtris, & * tracta ex Græco, id eſt ὠκέως, cuius prima ſignificatio, ex qua procedere in comparationem debet, apud nos non eſt. tertiæ vero collationis, * cuius maiora exempla ſunt, auctor eſt Plautus in Neruolaria: Ociſſime nos liberi poſſimus fier. . .

. . . quicquam occiſa . . .
. . . lius hiſtoriarum . . .
. . . tantur ociſſim . . .
. . . lamia apud . . .
. . . lamiam opor . . .

* *ocriæ v.c.*

Ocrem antiqui, vt Ateius Philologus in libro Gloſſematorum refert, montem cõfragoſum vocabant, vt apud Liuium: Sed qui ſunt hi, qui aſcendunt altum ocrim? Et, celſoſque ocris, aruaque patria, & mare magnum. Namque Tænari celſos ocris. Et, haud vt quem Chiro in Pelio docuit ocri. vnde fortaſſe etiam ocreæ * ſint dictæ inequaliter tuberatæ.

PAVLVS.

Ocrem montem confragoſum dicebant antiqui. hinc ocreæ dictæ inequaliter tuberatæ.

FESTVS. * *virum v.c.*

Octauiæ porticus duæ appellãtur, quarum alteram theatro Marcelli propiorem Octouia ſoror Auguſti fecit, alteram theatro Pompei proximã CN. Octauius CN. filius, qui fuit Aedilis Curulis, Prætor, Conſul, Decemuir * ſacris faciendis, triumphauitque de rege Perſe nauali triumpho. quam combuſtam reficiendam curauit Cæſar Auguſtus.



October equus appellatur, qui in campo Martio menſe Octobri immolatur quotannis Marti, bigarum victricum dextrior; de cuius capite non leuis contentio ſolebat eſſe inter Suburanenſes, & Sacrauienſes, vt hi in regiæ pariete, illi ad turrim Mamilliam id figerẽt; eiuſdemque cauda * tanta celeritate perfertur in regiam, vt ex ea ſanguis deſtillet in focum, participandæ rei diuinæ gratia. quem hoſtiæ loco quidam Marti bellico deo ſacrari dicunt, non vt vulgus putat, quia velut ſupplicium de eo ſumatur, quod Romani Ilio ſunt oriundi, & Troiani ita effigie in equi ſint capti. Multis autẽ gentibus equum hoſtiarum numero haberi, teſtimonio ſunt Lacedemonij, qui in monte Taygeto equum ventis immolant, ibidemque adolent, vt eorum flatu cinis eius per finis quam latiſſime deſeratur, * & Sallẽtini, apud quos Menzanæ Ioui dicatus viuus cõiicitur in ignem, & Rhodij, qui quotannis quadrigas ſoli cõſecratas in mare iaciunt, quod is tali curriculo fertur circumuehi mundum.

* *quoda v.c. coda)* * *differatur v.c.*

PAVLVS.

October equus appellabatur, qui in campo Martio mẽſe Octobri Marti immolabatur. de cuius capite maxima erat contentio inter Suburanos, & Sacrauienſes, vt hi in regiæ pariete, illi ad turrim Mamiliam id figerent. Cuius cauda, vt ex ea ſanguis in focum diſtillaret, magna celeritate perferebatur in regiam.

Oculatum pro præſenti poſuit Plautus cum dixit: oculata die. Item ipſe: pluris eſt oculatus teſtis vnus, quam auriti Decem, id eſt qui ſe vidiſſe dicat.

FESTVS. * *oculatum)*

*Idem in pſeu*dolo oſculatum * pro præ*ſenti poſuit cum dixit emit* hodie cæca hercule *oliuum, id vendito oculata die,* *I*dem alibi oculatum ar*gum dixit quod per totum corpus oculos habetur* idẽ pluris eſt ocul*atus teſtis vnus, quam auriti decem* id eſt qui ſe vidiſſe di*cat ductam autem ait Verrius hanc* formam ab oculi app*ellatione* . .

Oculiſſimum, cariſſimum. Plautus. Oculiſſimum oſtium amicæ.

PAVLVS.

*Oculiſsimum Cariſsimum Plautus Oculiſs*imum oſtium amicæ, *idem in Curculione oculiſsi*me dixit, ſignificatque. *quod clare aſpicit. Idem in Pſeudolo, oſculatum pro preſenti poſuit. Cum dixit emitto die cæca Hercule oliuum, id vendito oculata die.*

FESTVS.

PAVLVS. Oculitus quoque dicitur, vt funditus, penitus: quo ſignificatur tam carum eſſe, quam oculum.

FESTVS. *Oculitus dicitur vt f*unditus, penitus ſignifi*cat que tam carũ eſſe quam ocu*lum vel inſtar *oculi eſſe.*

PAVLVS. ODEFACIT dicebant, pro olfacit; quæ vox à Græco ὀσμὴ tracta eſt.

FESTVS. *Odefacit dicebant* antiqui ab odore *pro olefacit, vetere quadam* conſuetudine in *mutandis literas quæ ſunt*, vt ſæpe alias, tum in hoc quoque libro contentæ. quæ vox, vt quibuſdam videtur, ex Græca ὀσμὴ tracta eſt.

PAVLVS. OENIGENAS, vino genitos.

Oeſtrum, furor Græco vocabulo.

OFFECTORES, colorum infectores.

Offendices dicebant ligaturæ nodos, quibus apex retinebatur. id cum perueniſſet ad mentum, dicebant offendimentum.

FEST. ∴ Offendices ait eſſe Titius nodos, quibus apex retineatur, & remittatur. at Veranius Choriola * exiſtimat quæ ſint in loris apicis, quibus apex retineatur, & remittatur, quæ ab offendendo dicuntur. nam cum ad mentum peruentum eſt, offendit mentum. *coriola)

PAVLVS. Offerumenta dicebant, quæ offerebant.

Officioſus ab efficiendo dictus.

Offringi terra dicitur, cum iterum trãſuerſo ſulco aratur.

Offucare, aquam in fauces ad ſorbendum dare.

Offudas * fallacias. **offritias, vel officias vel offucelas.*

OGYGIA mœnia Thebana ab Ogygo conditore dicta.

FESTVS. Ogygia mœnia Attius in Diomede appellans, ſignificat Thebas, quia eam vrbem Ogygus condidiſſe traditur.

PAVLVS. OLEAGIN[EIS coronis miniſtri triumphantium vtebantur, quod Minerua dea belli eſſe putabatur.

Olentica mali odoris loca.

Oletum, ſtercus humanum. Veranius: Sacerdotula in ſacrario Martiali fecit oletum.

FEST. ∴ Oliuetam dicebant ab oleis, vt à vino vindemiam.

Oliuetam antiqui dicebant, cum olea colligebatur; vt meſſem, cum frumenta; vindemiam, cum vuas. quod vocabulum potius frequentari debebat, quam nullam* eius ſignificationis cauſam" haberemus. quamuis quidam oliuitatem eam dicant. **nullam. *cum)*



Ollic, illic: vt olli, illi.

PAVLVS. Oluatium Antiſtius Labeo ait eſſe menſuræ genus.

FESTVS. OMEN velut oremen * quod fit ore augurium, (quod auibus) * alioue modo fit.

PAVLVS. Ommentans *Liuius.* in Odyſſea cum ait; in Pylum aduenies," aut ibi ommentans. ſignificat obmanens. Sed ea ſignificatione qua ſæpe fieri dicitur. id enim eſt manta e. **ormen* *.*quod non auib.*

FESTVS. OPACA vocantur vmbroſa. *" deuenies.*

Opaca, vmbroſa.

PAVLVS. Opalia dicebantur dies feſti, quibus Opi ſupplicabant.

FESTVS. Opalia dies feſti, quibus ſupplicatur * Opi, appellantur; quorum alter. . , . . . . **ſupplicant.*

Opertat, ſæpe operit.

PAVLVS. Opigenam Iunonem matronæ colebant, quod ferre eam opem in partu laborantibus credebant.

Opilio, genus auis.

FESTVS. Opima ſpolia dicuntur originem quidem trahentia ab Ope Saturni vxore, quod ipſe agrorum cultor habetur, nominatus à ſatu, tenenſque falcem effingitur, quæ* eſt inſigne agricolę. Itaque illa quoque cognominatur Conſiua, & eſſe exiſtimatur terra. Ideoque in regia colitur à populo Romano, quia omn. opes humano generi terra* tribuat. Ergo & opulenti dicũtur, terreſtribus rebus copioſi: & hoſtiæ opimæ præcipue pingues; & opima magnifica, & ampla. vnde ſpolia quoque. quæ dux populi Romani duci hoſtium detraxit, opima dicuntur. quorum tanta raritas eſt, vt intra annos paulo . . . trina contigerint nomini Romano vna, quæ Romulus de Acrone: altera, quæ *Conſul* Coſſus Cornelius de Tolumnio: tertia, quæ M. Marcellus Ioui Feretrio de Viridomaro* fixerunt. M. Varro ait opima ſpolia eſſe *etiam* ſi manipularis miles detraxerit, dummodo duci hoſtium. . . . non ſit. Ad ædem Iouis Feretrij poni, teſtimonio eſſe libros põtificum, in quibus ſit pro primis ſpoliis bouem, * pro ſecundis ſolitaurilibus, pro tertiis agno publice ſacra fieri debere: eſſe etiam compelli reges* legem opimorum ſpoliorum talẽ: CVIVS AVSPICIO CLASSE PROCINCTA OPIMA **quod *natura *Virdumaro) *boue) *Pompilij Regis)*

SPOLIA CAPIVNTVR, IOVI FERETRIO DARIER OPORTEAT, ET BOVEM CAEDITO, QVI CEPIT AERIS DVCENTA. SECVNDA SPOLIA IN MARTIS ARAM IN CAMPO, SOLITAVRILIA VTRA VOLVERIT CAESPITO. TERTIA SPOLIA IANO QVIRINO AGNVM MAREM CAEDITO CENTVM QVI CEPERIT EX AERE DATO. huic ædis † lex nulla extat, neque * templum habeat, * neque ſcitur. Vt qui opima * lege fuerint, adiici ſolet, cum quidam magiſtratus creatur. . . . . . . .

† aris) * neq. quod) * habent, * optima)

PAVLVS.

Opiparum, magnarum opum apparatum.

Opis dicta eſt coniux Saturni, per quam voluerunt terram ſignificare; quia omnes opes humano generi terra tribuit. Vnde & opulenti terreſtribus rebus copioſi, & hoſtiæ opimæ præcipue pingues; & opima, magnifica & ampla ſpolia.

Opiter eſt, cuius pater auo viuo mortuus eſt, ducto vocabulo, aut quod obitu patris * genitus ſit, aut quod auũ ob patrem habeat, id eſt pro patre.

* obito patre

Opitulus Iuppiter, & opitulator dict⁹ eſt, quaſi opis lator.

Oportune dicitur ab eo, quod nauigantibus maxime vtiles, optatique ſunt portus.

Operiri, expectare.

Oppido, valde multum. ortum eſt autem hoc verbum ex ſermone inter ſe confabulantium, quantum quiſque frugum faceret, vtque multitudo ſignificaretur, ſæpe reſpondebatur, quantum vel oppido ſatis eſſet. hinc in cõſuetudinem venit, vt diceretur oppido, pro valde multum. Itaque ſi qui in aliis rebus eo vtuntur, vt puta ſi qui dicant oppido didici, ſpectaui, ambulaui, errant; quia nulli eorum ſubiici poteſt. vel quod * ſatis eſt.

* quod oppido)

Oppidorum originem optime refert Cicero libro primo de gloria, eámque appellationem vſurpatione appellatam eſſe exiſtimat, quod opem darent, adiiciens, vt imitetur ineptias Stoicorum.

Oppidum dictum eſt, quod opem præbet. Oppidum dictum, quod ibi homines opes ſuas conferunt, oppidum dicitur & locus in circo, vnde quadrigæ emittuntur.

Ops antiqui dicebant opulentum, vnde è cõtrario inops.



Ops antiqui dicebant quem nunc opulentum dicimus, vt teſtimonio eſt, non ſolum ei contrarius inops. . . . concedit, ego egens exortus ſum.

FESTVS.

Optatam hoſtiam, alij optimam appellãt eam, quam Aedilis trib. cõſtitutis hoſtiis optat, quam immolari velit.

Optima lex . . . . in Magiſtro populi faciendo, qui vulgo Dictator appellatur, quam pleniſſimum poſſet ius eſſe, * ſignificabatur. vt fuit Manij Valerij, M. Fabij, * Voluſinæ gentis, * qui primus Magiſter à populo creatus eſt. propter '' quam vero prouocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt, quæ antea non erat. deſitum eſt dici, * vt optima lege, vt pote imminuto iure priorum magiſtratuum.

* eius * M. filij, Voluſi nepotis) '' poſt ) *. adiici

Optio, qui nunc dicitur, antea appellabatur accenſus. Is adiutor dabatur centurioni à tribuno militum, qui ex eo tempore, quem velint, centurionibus permiſſum eſt optare, & nomẽ ex facto ſortitus eſt. Plautus in Aſinaria: qua me, qua vxorem, qua tu Sauream ſeruum potes circumduce, aufer, promitto tibi, non obfuturum, ſi id effeceris, tibi optionem ſumito Leonidam.

PAVLVS.

Optio eſt optatio, ſed in re militari optio appellatur is, quem decurio, aut centurio optat ſibi rerum priuatarum miniſtrum, quo facilius obeat publica officia.

Optionatus vt Decurionatus, ſiue Pontificatus dicitur.

FESTVS.

Optionatus, vt Põtificatus, Decurionatus dicitur, vt Cato in ea, quam habuit apud equites. maiores ſeorſum, atque diuerſũ pretiũ parauere bonis, atq; ſtrenuis, decurionatus, optionatus, haſtas donaticas, alióſq; honores.

Opunculo, * quod opilionis genus cantus imitatur.

PAVLVS

Orae extremæ partes terrarum, id eſt maritimæ dicuntur. vnde & veſtimentorum extremæ partes, quæ quidem & primæ dici poſſunt.

* Opinicula

FESTVS.

Cæcilius in Aeſchrione vſus eſt pro initio rei, cum ait: Oram reperire nullam, quam expediam, queo.

PAVLVS.

Orare antiqui dixerunt pro agere. vnde & oratores cauſarum actores, & oratores, qui nunc legati, quod reip. mandata peragerent.

FESTVS.

Orare antiquos dixiſſe pro agere teſtimonio ſunt, quod & oratores, & ij, qui nunc quidem legati, tunc vero oratores, quod Reip. mãdatas partes agebant. Ennius quo-

que cum dixit libro primo annalium. face vero, quod tecum precibus pater orat.

Orata genus piſcis appellatur à colore auri, quod ruſtici orum dicebant, vt auriculas, oricolas. itaque Sergiũ quoque quendam prædiuitem, quod & duobus anulis aureis, & grandibus vteretur, Oratam dicunt eſſe appellatum.

PAVLVS. Orata genus piſcis à colore auri dicta, quod ruſtici orum dicebant, vt auriculas, oriculas.

Oratores ex Græco ἀρητῆρες dicti, quod miſſi ad reges, nationéſque deos ſolerent ἀρᾶσθαι, id eſt teſtari. hi modo appellantur legati.

PAVLVS. *Oratores ex Græco* ἀρητῆρες dictos *exiſtimant, quod ad reges &* gentes qui miſſi *locant pro republica noſtra à* populo Ro*mano. ij conceptis verbis ſolerent deos* ἀρᾶσθαι, *id eſt teſtari: qui cit* acte. eos noſtri alij pro legatis appellant, vt Cato in ea, quam ſcripſit de ſuis virtutibus contra Thermum: M. Fuluio Conſuli legatus ſum in Aetoliam, propterea quod ex Aetolia complures venerant Aetolos pacem velle: de ea re oratores Romam profectos. & in Originum libro primo: Propter id bellum cœpit Cœlius P R. Albanus, oratores miſit Romam, eum . . *alias* pro decretoribus, vt Terentius: orator venio, facite exorator ſim. * Item & Afranius in Emancipato. ſi . . . tum ſi quod oritur . . . . *alias pro. diſertis* & loci veteribus. ab eo quod antiqui orare dicebant pro agere. ob quam cauſam. *orationes.* quoque eorum vocantur.

* *exoratorum v.c.*

PAVLVS. Orba ſignificat apud poëtas priuatam aliqua perſona cara. Orba eſt, quæ patrem, aut matrem, aut filios, quaſi lumen amiſit.

FESTVS. Orba apud poe*tas ſignificat priuatam aliqua* perſona cara. apud *oratores, quæ patrem amiſit aut* . . mat, vt ſe*ruius Sulpitius ait quæ liberos quaſi ocul*os. orba eſt . . . . .

. . tris eſt ante . . . .

. . . *G*alus Aelius . . *ſtantior* . . .

. . . in eo libro . . . . .

. . . pontificatu . . . . . .



. . . *pu*ella ſine . . . . .

. . . ſacræ. . . . . .

. . . nupta. . . . . .

. . *aliqui* fuiſſet. . . . . .

. . *Cor*nificius in . . . . . .

. . . onygiarum. . . . .

. . . inter ſe *ruunt*. . . . .

. . . runt. . . . . .

. *nactos* ros. . . . . .

. . . ſſe . . . . . .

FESTVS. ORCA genus marinæ belluæ maximum, ad cuius ſimilitudinem vaſa ficaria * orcæ dicuntur, ſunt enim teretes, atque vniformi ſpecie .

* *vinaria, vel fictilia.*

. . . nomen duceret . . . . . .

FESTVS. *Orca genus marinæ belluæ* maximum *dicitur. ad cuius ſimilitudinem* vaſa quoque in *ficario. orcæ dicuntur ſunt* teretes, atque *in formi ſpecie* . . . .

. . . malæ & antae.

PAVLVS. Orcheſtra locus in ſcæna.

FESTVS. *Orcheſtra locus in ſcæna quo* antea, qui nunc pla*nipedes appellantur*, non admittebantur *hiſtriones, niſi tantum interim* dum fabulæ ex*plicarentur, quæ ſine ipſis* explicari non poter*ant, viciniæ autem por*tabant quo nequiori *habitu prodirent, atque, vt inde nomen ducerent.*

PAVLVS. Orchitis genus oleæ ex Græco dictum, quod magnitudine fit inſtar teſticulorum.

FESTVS. *Orchitin Actius* Philologus in *collectaneis, ait eſſe genus Oleæ.* ductum ex Græco ὄρχεις, *quod teſticulorum magni*tudinis. itaque *vocari ex eo. Orchitim.* . . .

. . . to grandiore : . . . . . .

PAVLVS. Orchus ab vrgendo mortem dictus. C. enim pro G frequenter ponebant antiqui.

FESTVS. Orcum, quem dicimus, ait Verrius ab antiquis dictum Vragum, quod & V litteræ ſonum pro O efferebant, & per c literæ formam, nihilominus g vſurpabant. ſed nihil affert exemplorum, * vt ita eſſe credamus; niſi quod is Deus nos maxime vrgeat.

* *exempli*

Ordinarium hominem Oppius ait, dici ſolitum ſcurram, & improbum, qui aſſidue in litibus moraretur, ob eamque cauſam in ordine ſtaret adeuntium prætorem. at

Aelius Stilo qui minime *ordine viueret* . . . *in ea* oratione, quam ſcribit de ſuis virtutibus contra Thermum. Quid mihi fieret, ſi non ego ſtipendia in ordine omnia ordinarius meruiſſem ſemper ? Sunt quidam etiam, qui manipularem eum, qui infimi ordinis ſit, appellatum credant * ordinarium. ** tradant*

PAVLVS. Ordinarius homo ſcurra, & improbus, qui aſſidue in litibus moratur, ob eámque cauſam in ordine ſtat Prætorem adeuntium. ſiue dictus per contrarietatem, quia minime ordine viuit.

FEST. Ordiri eſt rei principium facere.

Ordiri eſt rei principium facere. vnde & togæ vocantur exorditæ.

Ordo ſacerdotum æſtimatur Deorum . . . . . . maximus quiſque. Maximus videtur Rex, deinde Dialis, poſt hunc Martialis, quarto loco Quirinalis, quinto Pontifex maximus. itaque in conuiuiis ſolus Rex ſupra omnes accubat. ſed Dialis ſupra * Martialem, & Quirinalem; Martialis ſupra proximum, omnes * dein ſupra Pontificem. Rex, quia potentiſſimus. Dialis, quia vniuerſi mundi ſacerdos, qui appellatur Dium: * Martialis, quod Mars conditoris vrbis parẽs. Quirinalis ſocio imperij Romani Curibus aſcito Quirino. Pontifex Maximus, quod iudex, atque arbiter habetur rerum diuinarum, humanarúmque. ** ſuper* ** is)* ** Dius) vel Δίο.)*

FESTVS. Oreæ freni, quod ori inferuntur. Titinius in Setina. & ſi tacebit, tamen gaudebit ſibi permitti * oreæ. * & Næuius in Hariolo: Deprandi autem leonis obdas oreas. Cato Originum libro tertio. equos * reſpondit: oreas mihi inde, tibi cape flagellum. Cœlius pro ſe apud populum: equúſque mihi ſub feminibus occiſus erat, oreas detraho inſpectante Lucio Stertinio. ** promitti v. c.* ** oreas)* ** equus)*

PAVLVS. Oreæ freni, quod ori inſerantur, dicti.

Oreus Liber pater, & Oreades nymphæ à montibus appellantur.

FESTVS. Oreos liber pater, & Oreades nymphæ appellantur, quod in montibus frequenter apparent.

PAVLVS. Oriri, naſci, vel ſurgere.

FESTVS. Originum libros quod inſcripſit Cato; non ſatis plenum titulum propoſiti ſui videtur amplexus: quando prægrauant



ea, quæ ſunt rerum geſtarum populi Romani.

O. . . . quantæ. . . .

. . . . . . . . . .

Ornatus dicitur, & bonis artibus inſtructus, & honores adeptus a populo, & bene aptus, vt miles, aut gladiator, & acturus fabulas. atque etiam ornatus dicitur cultus ipſe quo quis ornatur, vt cum dicimus aliquem tragico, vel comico ornatu prodire.

PAVLVS. Ornatus dicitur, & bonis artibus inſtructus, & honores adeptus. Appellaturque ornatus, cultus ipſe, quo quis ornatur.

Ortygia Delos inſula.

FESTVS. Orty . . . ita non Delos . . . .

*Orbius elivus videtur appellat*ᵒ eſſe ab orbibus *per cuius flexuoſos orbes tulia* filia. Ser. *Tullij regis*, & L. *Tarquinius* Superbus ge*ner*, *interfecto rege properauerat* tendente *vna in regiæ domus* poſſeſſionem coe*ptus eſt autem is Cliuus appellari robius* quod pro *nus cum eſſet per orbes, in exquiliarum collem* ducere vnde *orbius ab ipſis orbibus ſic appella*tus eſt.

PAVLVS. OSCILLA feſta in honorem Bacchi; in quibus homines ſe per funes iactant. alij putant Erigones, & Icari feſta.

FESTVS. Oſcillum Santra dici ait, * quod oſcillent, id eſt, inclinent, præcipiteſque in os ferantur. Oſcillantes, ait Cornificius, ab eo quod (os cælare * ſint ſoliti perſonis " propter verecundiam, qui eo genere luſus vtebãtur. Cauſa autem eius iactationis proditur. Latinus rex, quod prælio, quod ei fuit aduerſus Mezentium Cæritum regem, nuſquam apparuerit, iudicatuſque ſit Iuppiter factus Latiaris. Itaque per ſex eos dies, feriatos liberos, ſeruoſque requirere eum, non ſolum in terris, ſed etiã quia videretur cælum poſſe adiri per oſcillationem, velut imaginem quandam vitæ humanæ, in qua altiſſima ad infimum interdum, infima ad ſummum efferuntur. atque ideo memoriam quoque redintegrari initio acceptæ vitæ per motus cunarum. * lactiſque alimentum, quia per eos dies feriarum, & oſcillis moueantur, & lactata potione vtantur. Nec deſunt, qui exemplum Græcorum ſecutos putent Italicos, quod illi quoque iniuria interfecto Icaro, Erigone filia eius dolore im- ** dicit* ** celeres* *" perſonis vti* ** funium)*

pulſa ſuſpendio periiſſet, per ſimulationem . . . .

. . . . . . . .

*alites) *aut *miluus *Picus autem)

Oſcines aues † Appius Claudius eſſe ait, quæ ore canentes faciant auſpicium, vt coruus, cornix, noctua. aut * quæ alis, ac * volatu, vt buteo, ſanqualis, aquila, immiſſulus, * vulturius, pica aut * Martius, Feroniuſque, & parra, & in oſcinibus, & in alitibus habentur.

PAVLVS. Oſcines aues auſpicium ore facientes.

Oſcinum augurium à cantu auium.

FEST. *crocuit

Oſcinum tripudium eſt, quod oris cantu ſignificat quid portendi, cum cecinit † coruus, cornix, noctua, parra, picus.

PAVLVS. Oſcum dicitur ſignificare ſacrum. vnde leges oſcitae, id eſt ſacratæ. Opicum quoq; inuenimus pro Oſco. Oſcis enim frequentiſſimus fuit vſus libidinum ſpurcarum. vnde & verba impudentia appellantur obſcena. Titinius: Oſce, & Volſce fabulantur, nam Latine neſciunt.

FEST. *oſcitæ

Oſcum duas diuerſas, & contrarias ſignificationes habet. Nam Cloatius putat eo vocabulo ſignificari ſacrum, quo etiam leges ſacratæ oſcæ * dicuntur. & in omnibus fere antiquis commentariis ſcribitur opicum pro oſco, vt in Titinij fabula Quinta: Qui Oſce, & Volſce fabulantur, nam Latine neſciunt. a quo etiam verba impudentia, & elata appellantur obſcena, quia frequentiſſimus fuit vſus Oſcis libidinum ſpurcarum. Sed eodem etiam nomine appellatur locus in agro Veienti, quo frui ſoliti produntur augures Romani. Oſcos, quos dicimus, ait Verrius, Opſcos antea dictos, teſte Ennio, cum dicat: De muris res gerit Opſcus. Adiicit etiam, quod ſtupra inconceſſæ libidinis obſcena dicantur ab eius gentis conſuetudine inducta. Quod verum eſſe non ſatis adducor, cum apud antiquos omnes fere obſcena dicta ſint, quæ mali ominis habebantur. vt illa Vergilij teſtimonio ſint, vt ſuperiorum auctorum exempla referre non ſit neceſſe, cum ait Harpyias, obſcenas volucres: &, obſcenamque famem.

Oſculana pugna in prouerbio, quo ſignificabatur, victos vincere: quia in eadem & Valerius Læuinus imperator Romanus a Pyrrho erat victus, & breui eundem regē deuicerat. Sulpicius . . . . Item



imperator noſter. eius rei meminit Titinius hoc modo: hæc quidem quaſi oſculana pugna eſt . . . . ſecus quia hinc fugere impulſi ſpolia colligunt. ſignificat etiam oſculum, ſuauium. vt Plautus in Neruolaria oſculum: ſat eſt oſculi mihi. qui, ambo * mi pater? quod inter cognatos propinquoſque inſtitutum ab antiquis eſt, maximeque feminas . . . . . . *amabo)

Oſi ſunt, ab audio declinaſſe antiquos teſtis eſt C. Gracchus in ea, quæ eſt de lege Minucia, cum ait: Mirum ſi quid iis iniuriæ fit, ſemper eos oſi ſunt. quod nunc quoque cum præpoſitione elatum frequens eſt, cum dicimus, peroſi.

Oſi ſunt, vt peroſi ſunt, dicebatur. PAVLVS.

Oſorem dixerunt, qui aliquem odiſſet.

Oſtentas, ſæpe oſtendis gloriandi cauſa.

Oſtentas, ſæpe oſtendis gloriandi cauſa. ſed & participialiter id etiam dici debet, & dictum eſt feminino genere. FESTVS.

Oſtentum, oſtentatum. PAVLVS.

Oſtentum non ſolum pro portento poni ſolere, ſed etiam participialiter . . . . teſtimonio eſt Pacuuius in Medo . . . . atque eccum in ipſo tempore oſtentum ſenem. & Attius in Bacchis: præſens præſto irridetis * nobis . . . ſtipe vltro oſtentum obtulit. FESTVS *irrides)

Oſtentum, quo nunc vtimur interdum prodigij vice, quin participialiter quoque dici ſolitum ſit, non dubium. facit etiam C. Gracchus de legibus a ſe promulgatis, cum ait: quod vnum nobis in oſtentum, ipſis in vſum aſportatur.* *adoptatur.

Oſtiam vrbem ad exitum Tiberis in mare fluentis Ancus Martius rex condidiſſe. & feminino appellaſſe vocabulo fertur. quod ſiue ad vrbem, ſiue ad coloniam, quæ poſtea condita eſt, refertur.

Oſtia vrbs ad exitum Tiberis appellata.

OVALIS corona eſt myrtea, quam habebant, qui ouantes introibant, cum bella non erant indicta, aut ſine ſanguine confecta. PAVLVS.

Ouantes, lætantes, ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites geminata O littera.

Ouem maſculino genere dixerunt, vt ouibus duobus, non duabus.

Oufentina tribus ab Oufente fluuio dicta.

FEST. Oufentinæ tribus initio cauſa fuit nomen fluminis Oufens quod eſt in agro Priuernate inter mare, & Terracinam. Lucretius: Priuerno Oufentina venit, fluuioque oufente. poſtea deinde a Cenſoribus alij quoque diuerſarum ciuitatum eidem tribui ſunt adſcripti,

*triginta) Ouibus duabus multabantur apud antiquos in minoribus criminibus, in maioribus autem *bubus. nec vltra hunc numerum excedebat multatio, quæ poſteaquam ære ſignato vti ciuitas cæpit, pecoraque multatitia incuria corrumpebantur, vnde etiam peculatus crimen vſurpari cœptum eſt facta eſt æſtimatio pecoralis multæ, & boues centenis aſſibus, oues denis æſtimatæ. Inde ſuprema multa. id eſt maxima, appellatur tria millia æris; Item viceſis minoribus delictis.

PAVLVS. OXIME, ociſſime.



PA, pro parte, & po, pro populo poſitum eſt in ſaliari carmine. FESTVS

Pacem a pactione conditionum putat dictam Sinnius Capito, quæ vtrique inter ſe populo ſit obſeruanda.

Pax dicta eſt a pactione. PAVLVS.

Pacionem antiqui dicebant, quam nunc pactionem dicimus, vnde & paciſci adhuc, & paceo * in vſu remanet. FESTVS. *pacto paco

Pæana Apollinem vocauerunt, quod ſagittarum ictu eum nocere putabant. eſt enim παίειν ferire. Alij quod remedians morbis finem faceret talis grauitatis. PAVLVS.

Pædidos ſordidos ſignificant, atque obſoletos. tractum vocabulum a Græco; quia παῖδες, id eſt, pueri, talis ſint ætatis, vt a ſordibus neſciant abſtinere.

Pagani a pagis dicti.

Pagi dicti a fontibus: quod eadem aqua vteretur. aquæ* enim lingua Dorica παγαὶ appellantur. * fontes)

Paginæ dictæ, quod in libris ſuam quæque obtineat regionem, vt pagi. vel a pangendo, quod in illis verſus pangantur, id eſt. figuntur.* *figantur)

Palatium mons Romæ appellatus eſt, quod ibi paſcens pecus balare conſueuerit: vel quod palare, id eſt, errare, ibi pecudes ſolerent. alij* quod ibi Hyperborei filia Palanto * habitauerit, quæ ex Hercule * Latinum peperit. alij eundem, quod Pallas ibi ſepultus ſit, exiſtimant appellari. *vel *Palante *& Herculem

Palatualis Flamen ad ſacrificandum ei deæ conſtitutus erat, in cuius tutela Palatium eſſe putabant.

Palatualis Flamen conſtitutus eſt, quod in tutela eius deæ Palatium eſt. FESTVS.

Pales dicebatur dea paſtorum, cuius feſta palilia dicebantur, vel, vt alij volunt, dicta parilia, quoniam pro partu pecoris eidem ſacra fiebant. PAVLVS

Pallas Minerua eſt dicta, quod Pallentem gigantem interfecerit; vel, ſicut putabant, quod in Pallante palude nata eſt.

Palmites vitium ſarmenta appellantur, quod in modum palmarum humanarum virgulas, quaſi digitos edunt.

Palmulæ appellantur remi a ſimilitudine manus humanæ.

Palpari, blandiri.

Paludati, armati, ornati. omnia enim militaria ornamenta paludamenta dicebant.

FESTVS. Paludati in libris auguralibus ſignificat, vt ait Veranius, armati, ornati. omnia enim militaria ornamenta paludamenta dici.

PAVLVS. Pancarpiæ dicuntur coronæ ex vario genere florum factæ.

Pandana porta dicta eſt Romæ, quod ſemper pateret.

Pandiculari dicuntur, qui toto corpore oſcitantes extenduntur: eo quod pandi fiunt.

Pandicularis dicebatur dies, idem & communicarius, in quo omnibus diis communiter ſacrificabatur.

Pangere, figere. vnde plantæ pangi dicuntur, cum in terram demittuntur. inde etiam verſus pangi, vel * figi in cera dicuntur. [*id eſt]

FEST. Pangere ſignificat figere. vnde plantæ pangi dicuntur, cum in terram demittuntur . . . . . . . . . . . . . .

PAVLVS. Panibus redimibant caput equi immolati Idibus Octobribus in campo Martio, quia ſacrificium fiebat ob frugum euentum. & equus potius, quam bos immolabatur; quod hic bos frugibus pariendis aptus.

Pantices frus * ventris. [*fluxus]

FESTVS. Pantices dicebant frus ventris . . . . ap- . . . pellat a quo . . . . . .

PAVLVS. Panus facit deminutiuum panicula.* [*panucula]

Papillæ capitula mammarum dictæ, quod papularum ſunt ſimiles.

Papiria tribus a Papirio vocata.

FEST. *Papiria tribus à Papirio appellata eſt, vel a nomi. agri: qui circa Tuſculum eſt huic Pupinia tribus ita coniuncta fuit vt de finib. aliquando ſuſceperit bellum* quod ind*ictum per fetiales cum eſſet duce; infer*tur bellum *itaque initurae, eum vtraque tribus inſtruc*tos ex*ercitus haberent ad dimicandum, quia alterius dux* diſceſſerat *iam ab armis, caduceatoribus antequam* ſignum con*ferrent, vtinque ad exercitus miſſis* rem in ipſorum ar*bitrio, futuram denuntiarunt ac po*teſtate, (ac pote*ſtate) ita ſine vlla dimicatione vtriuſque* exercitu ſuffrag*io pax facta.*



PAVLVS. Pappi carduorum flores. Lucretius: Veſtem, nec plumas auium, papoſque volantis.

FESTVS.
. . . o quoque . . .
. . . rumex . . .
. . . ſulibus æ . . .
. . . tq. ex ea . . .
. . . s magiſtra . . .
. . . intra dies . . .
. . . ncias inter ſe pa . .
. . . uit ciuis aliter inter . .
. . . lege primum factus*. . [*fratres. v.c.]
. . . circo ſunt creati.

PAVLVS. Pararium æs appellabatur id, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur.

Paraſangæ apud Perſas viarum menſuræ.

Parens vulgo pater, aut mater appellatur. ſed iuris prudentes auos, & proauos, auias, & proauias parentum nomine appellari dicunt.

Parere, obedire.

Paribus equis, id eſt duobus, Romani vtebantur in prælio, vt ſudante altero tranſirent in ſiccum.

Parici quæſtores appellabantur, qui ſolebant creari cauſa rerum capitalium quærendarum. Nam paricida non vtique is, qui parentem occidiſſet, dicebatur, ſed qualemcumque hominem. Id autem * fuiſſe indicat lex Numæ Pompilij Regis his compoſita verbis. SI QVIS HOMINEM LIBERVM DOLO SCIENS MORTI DVIT, PARICIDA ESTO. [*indemnatũ.]

Parilibus Romulus vrbem condidit, quem diem feſtum præcipue habebant iuniores.

FESTVS. *Parilibus* vrbem condidit Rom*ulus quem dum feſtum præcipuè* habebant iunio*res.*

Parmulis pugnare milites ſoliti ſunt. quarum vſum ſuſtulit C. Marius datis in vicem earum Bruttianis.

PAVLVS. Parones nauium genus, ad cuius ſimilitudinem myoparo vocatur.

Parret * ſignificat apparebit. [*paret.]

FESTVS. Parret, quod eſt in formulis, debuit & producta priore ſyllaba pronuntiari, & non gemino R ſcribi, vt fieret paret, quod eſt inueniatur; vt comparet, apparet.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

**in orat. ad lites Cēſorias* — Parſi non peperci, ait Cato in eadem oratione. * Scio fortunas ſecundas neglegentiam prendere ſolere: quod vti prohibitum irem, quod in me eſſet, meo labori nō parſi.

PAVLVS. Parſi (idem) Cato dixit pro peperci.

**Ennius.* Partus & pro naſcendo ponitur, & pro parato. Næuius.* Male parta male dilabuntur.

FESTVS. ** Patrauiſſe)* Parum cauiſſe * videri pronuntiat magiſtratus, cum de conſilij ſententia capitis quem condemnaturus eſt.

PAVLVS. Parumper ſignificat pauliſper, quaſi perparum, hoc eſt valde parum. refertur autem ad tempus.

Paſcales oues Cato poſuit pro paſcuales.

FESTVS. P*aſcales oues*, *pro paſcuales*, *in*cienter Cato dixit in ea *quam ſcripſit paſ*calis ouis vetuit *item pellitam ouem laxentinam* appellat in ea ora*tione quam ſcripſit pre*tio Tarenti plus. c . *ſeſtercus pellitam ouem* quam ignaro Terentino *quod paſceretur.*

PAVLVS. **coercito* Paſcito linguam in ſacrificiis dicebatur, id eſt coerceto* contineto, taceto.

Paſſales & oues, & gallinæ appellantur; quod paſſim paſcuntur.

**ſtruthocamelum)* Paſſer marinus, quem vocat vulgus ſtrutomellum.*

Paſtillum eſt in ſacris libi genus rotundi.

FESTVS. Paſtillus forma panis parui, vtique deminutiuum eſt à pane.

PAVLVS. Patagium eſt, quod ad ſummam tunicam aſſui ſolet, quæ & patagiata dicitur; & patagiarij, qui eiuſmodi opera faciunt.

Patagus morbi genus.

**Patulum.* Patalem * bouem Plautus appellat, cuius cornua diuerſa ſunt, ac late pateant.

Patellæ, vaſa picata parua ſacrificiis faciendis apta.

FESTVS. P*atellæ Vaſcula parua picata* item ſacris *faciendis apta: quæ erant forma* velut capidul*a quædam.*

**perpluere)* Pateram perplouere * in ſacris cum dicitur, ſignificat pertuſam eſſe.

PAVLVS. Pateram perplouere cum dicerent, ſignificabant pertuſam eſſe.

FESTVS. Pater patrimus dicebatur apud antiquos, qui cum iam ipſe pater eſſet, habebat etiam tum patrem.



PAVLVS. Patron*us ab antiquis cur dictus* ſit manifeſtum; quia *vt patres filiorum: ſi hic* numerari inter do*minos clientum cōſueuerunt.*

Patres ſenatores ideo appellati ſunt, quia agrorum partes attribuebant tenuioribus, ac liberis propriis.

FESTVS. P*atres appel*lantur ex quibus Senatus. C*onſtat quos initio vrbis* conditæ Romulus C. *delegit, & ſic appellauit*, quorum conſilio, atq. *prudentia reſpublica ad*miniſtraretur, atq. *gubernaretur*, *quin* agrorum partes ad*tribuerant tenuioribus* perinde ac liberis, *ac pecunias diuiderent*, *etenim* ſolebant iam inde à Ro*mulo nummis auri atque* argenti ſignati vl*tramarinis vti id quod* publicæ, & priuatæ *rationes commentariorum doce*nt.

Patrum commu*une cum populo ſuffragium*, *quibus ſuffragantibus fit populi ſcitum. Vid. populi commune.*

Patricios, Cincius ait in libro de Comitiis, eos appellari ſolitos, qui nunc ingenui vocentur.

PAVLVS. Patricius vicus Romæ dictus, eo quod ibi patricij habitauerunt iubente Seruio Tullio, vt ſiquid molirentur aduerſus ipſum, ex locis ſuperioribus opprimerentur.

**pinu.* Patrimi, & matrimi pueri tres adhibebantur in nuptiis: vnus, qui facem præferret ex ſpina * alba, quia noctu nubebant; duo, qui nubentem tenebant.

FESTVS. **pinu.* Patrimi, & matrimi pueri prætextati tres nubentem deducunt; vnus, qui facem præfert ex ſpina * alba, quia noctu nubebant; duo, qui tenent nubentem.

Patrocinia appellari coepta ſunt, cum plebs diſtributa eſt inter patres, vt eorum opibus tuta eſſet.

PAVLVS. Pauciens dicebant pro raro. Titinius: Vxorem pauciens videbo.

FESTVS. Paueri frumenta dicebant antiqui, quæ de vagina non bene exibant.

Pauimenta Pœnica marmore Numidico conſtrata ſignificat Cato, cum ait in ea, quam habuit, ne quis conſul bis fieret: dicere poſſum quibus villæ, atque ædes ædificatæ, atque expolitæ maximo opere, citro, atque ebore, atque pauimentis Pœnicis ſtent.

PAVLVS. Pauimenta Pœnica, hoc eſt marmore Numidico.

Pauperies damnum dicitur, quod quadrupes facit.

*Pectinatum FEST. ∴ PECTENATVM* tectũ dicitur à ſimilitudine pectinis in duas partes deuexum, vt teſtudinatum in quatuor.

*Petuſcum *qua) Petuſcum * palati dicta eſt ea regio vrbis, quam Romulus obuerſam poſuit, ea parte, in qua plurimum erat agri Romani ad mare verſus, & quia * molliſſime adibatur vrbs. cum Etruſcorum agrum à Romano Tiberis diſcluderet, ceteræ vicinæ ciuitates colles aliquos* haberent oppoſitos.

*aliquot)

∴ Peculatus eſt nunc quidem, qualecumque publicum furtum, ſed inductum eſt à pecore, vt pecunia quoque ipſa. Iam etiam noxij * pecore multabantur, quod neque æris adhuc, neque argenti erat copia. itaque ſuprema multa etiam nunc appellatur.

*noxiæ)

PAVLVS. Peculatus furtum publicum à pecore dictum, ſicut & pecunia. eo quod antiqui Romani nihil præter pecora habebant.

Peculatus, id eſt furtum publicum, dici cœpit à pecore tunc, cum Romani præter pecudes nihil haberent.

FESTVS. Peculatus furtum publicum dici cœptus eſt à pecore, quia ab eo initium eius fraudis eſſe cœpit. ſiquidem ante æs, aut argentum ſignatum ob delicta pœna grauiſſima erat duarum ouium, & triginta boum. ea lege *ſanxerunt T. Menenius Lanatus, & Seſtius Capitolinus Conſules. quæ pecudes, poſtquam ære ſignato vti cœpit populus Ro. Tarpeia lege cautum eſt, vt bos centuſſibus, ouis decuſſibus æſtimaretur.

*eam legem)

Peculium ſeruorum à pecore item dictum eſt, vt pecunia patrum familiæ.

PAVLVS. Peculium ſeruorum à pecore dictum, ſicut & pecunia nobilium.

*Pecuniæ Pecunia* ſacrificium fieri dicebatur, cum fruges, fructuſque offerebantur; quia ex his rebus conſtat, quam nunc pecuniam dicimus.

FESTVS. Pecunia quæ erogatur in ludos, & ſpectacula, appellatur, lucarie, dicta quod è Lucis captetur. . . in eodem libro . . dixi exiſtimat, cuius opinionis eſt & Valerius Meſſala in explanatione. XII. *tum enim proiecta* depellendorum *malorum fulgurum vel procurandorum*: bonorum cauſa fiunt.



Pecuum cum dixit M. Cato per caſum genetiuum, à ſingulari caſus recti formauit, quo vtebantur antiqui, id eſt pecu, ac teſtu, tonitru, genu, veru. quorum omnium genetiuus pluraliter geminat V litteram. nunc quia dicimus, vt pectus, eam, quæ in vſu eſt, formam in declinationibus ſequimur.

Pecuum Cato dixit genitiuum pluralem ab eo quod eſt pecu. PAVLVS.

Pedam veſtigium humanum appellabant.

Pedam veſtigium humani præcipue pedis appellaſſe antiquos in commentariis quibuſdam inueniri ſolet. FESTVS.

Pedarium ſenatorem ſignificat Lucilius, cum ait: agipes vocem mittere cœpit. qui ita appellatur, quia tacitus tranſeundo ad eum, cuius ſententiam probat, quid ſentiat, indicat.

Pedem ſtruit in duodecim ſignificat, fugit, vt ait Ser. Sulpicius.

Pedem ſtruit, dicebant pro eo, quod eſt, fugit. PAVLVS.

Pedeſtria auſpicia nominabantur, * quæ dabantur à vulpe, lupo, ſerpente, equo, ceteriſque animalibus quadrupedibus. *appellabantur arbitrabantur nominabant.

*Pedeſtria auſpicia arbitrabantur, à vulpe, lupo, ſerpente, equo, ceteriſq. animalibus quadrupedibus.* FESTVS.

Pedibus obſitum, id eſt pediculis. Titinius pedicoſum appellat hoc modo: Rus detrudetur pedicoſus, ſqualidus.

Pedes autem pro pediculis. ſic Plautus refert in Curculione: Item genus inter homines meo quidem animo, Vt muſcæ, culices, cimices, pedeſque, puliceſque. & Liuius * in gladiolo: puliceſne, an cimices, An pedes, reſponde mihi. & Lucilius: vbi me videt, caput ſcabit, pedes legit. *Næuius Nouius)

Pedes dicuntur, quos deminutiue dicimus pediculos. ab his pedicoſi appellantur. vt eſt illud: pedicoſus, ſqualidus, vbi me videt, caput ſcabit, pedes legit. PAVLVS.

FESTVS. Pedulla, quæ dicimus, ΠΕΔ. . . * Græcos appellare manifeſtum eſt. πέδιλα)

Pedum eſt quidem baculũ incuruum, quo paſtores vtuntur ad comprehendendas oues, aut capras, à pedibus. cuius meminit etiam Vergilius in Bucolicis cum ait: At tu ſume pedum. Sed in eo verſu, qui eſt in Iphigenia En-

nij : Procede gradum proferre pedum,nitere, ceſſas? id ipſum iaculum ſignificari cum ait Verrius, mirari ſatis non poſſum. cum ſit ordo talis, & per eum ſignificatio aperta, gradum proferre pedum ceſſas ? nitere.

PAVLVS. Pedum baculi genus incuruum. Vergilius: At tu ſume pedum. Pedum paſtorale baculum incuruum dictum, quia illo oues à pedibus compræhenduntur.

* Pediges — Pegaſides * muſæ dictæ ſunt à fonte, quem Pegaſus ictu vngulæ fingitur aperuiſſe. ob quam cauſam à Græcis appelatæ ſunt hippocrenæ.

Pelamys genus piſcis dictũ, quod in luto moretur, quod Græce dicitur πηλός.

* Volſini — Peligni ex Illyrico orti. inde enim profecti ductu Volſini * regis, cui cognomen fuit Lucullo, partem Italiæ occuparunt. Huius fuerunt nepotes Pacinus, à quo Pacinates, *& Pelicus, à quo peligni.

* pecinus, à quo Pecinates. v. c. — Pellem habere Hercules fingitur, vt homines cultus antiqui admoneantur. lugentes quoque diebus luctus in pellibus ſunt.

Pellexit, in fraudem induxit.

Pellicator, qui pellicit ad fraudem.

Pellices nunc quidem appellantur alienis ſuccumbentes, non ſolum feminæ, ſed etiam mares. antiqui eam proprie pellicem nominabant, quæ vxorem habenti nubebat. cui generi mulierum etiam pœna conſtituta eſt à Numa Pompilio hac lege : PELLEX ARAM IVNONIS NE TANGITO. SI TANGET, IVNONI CRINIBVS DEMISSIS AGNVM FEMINAM CAEDITO.

FEST. ∴ Pelliculationem, Cato à pelliciendo dixit.

Pelliculatio*nem pro inductionem à pellicie*ndo, quod inducen*do eſt. dixit Cato in ea oratione* quam ſcripſit de . . .

PAVLVS. Pellicum * gallerum, quia fiebat ex pelle . . .

*pellitum) — Pelluuiæ, quibus pedes lauantur, vt malluuiæ, quibus manus.

Pelta, genus ſcuti.

Penates alij volunt, vt habeat nominatiuum ſingularem penas. alij penatis.

FESTVS. Penatis ſingulariter Labeo Antiſtius poſſe dici putat, quia pluraliter penates dicantur, cum patiatur proportio *

*portio v. c.



etiam penas dici, vt optimas, primas, Antias.

Penatores qui penus geſtant. Cato aduerſus M. Acilium quarta : poſtquam nautas * ex nauibus eduxi, non ex militibus, atque nautis piſcatores penatores ficiſedarum" dedi.

* natiuitas v. c. nautas) " ficedular.)

PAVLVS. Pendere pœnas, ſoluere ſignificat, ab eo quod ære graui cum vterentur Romani, penſo eo, non numerato, debitum ſoluebant. Vnde etiam penſiones dictæ. Pœnas pendere proprie dicitur, qui ob delictum pecuniam ſoluit, quia penſo ære vtebantur.

. . . oe . . . . . .

. . . ob . . . . . FESTVS.

. . . ntur.

Penem antiqui codam vocabant, à qua antiquitate etiam num offa porcina cum cauda in cenis puris offa penita vocatur. & peniculi, queis calciamenta tergentur, quod e codicis extremis faciebant antiqui, qui tergerent ea. dictum eſt forſitan à pendendo. Næuius in Tunicularia. * Theodotum compellas, qui aras compitalibus Sedens in cælla circumtectuas tegetibus Lares ludentes peni pinxit bubulo. ſignificat peniculo grandi, id eſt, coda.

* Canicularia)

PAVLVS. Penem caudam vocabant. vnde & offam porcinam cum caudam, offam penitam dicebant. hinc & peniculos dicimus, quibus calciamenta terguntur, qui de caudarũ extremitate fiunt. Penis denique à pendẽdo vocata eſt.

FESTVS. Penetrale ſacrificium dicitur, quod interiore parte ſacrarij conficitur. vnde & penetralia cuiuſque dicuntur, & penes nos, quod in poteſtate noſtra eſt.

PAVLVS. Penetralia ſunt penatium deorum ſacraria.

Penetrare, penitus intrare.

Peniculi ſpongiæ longæ propter ſimilitudinem caudarum appellatæ. Penes enim vocabantur caudæ.

FESTVS. Penitam * offam Næuius appellat abſegmen carnis cum coda. antiqui autem offam vocabant abſciſſum globi forma, vt manu glomeratam pultem.

* Pœnitam v. c.

∴ Pennas antiquos ferunt ex Græco, quod illi πτιλὰ ea, quæ ſunt volucria dicãt. Item caſdẽ peſnas, & coeſnas. *

* vt cæſnas)

Pennatas impennatáſque agnas, in ſaliari carmine ſpicas ſignificat cum ariſtis ; & alias ſine ariſtis agnas nouas

volunt intelligi.

penora dicuntur res neceſſariæ ad victum cotidianum.& locus eorum * penarius.

* *earum.*

pentathlum antiqui quinquartium * dixerunt. id autem genus exercitationis ex his quinque artibus conſtat,iactu diſci, curſu,ſaltu, iaculatione, luctatione.

* *quinquertium*

penuria eſt id,quod pene minus ſit, quam neceſſe eſt.

penus vocabatur locus in æde Veſtæ intimus.

FESTVS. Penus vocatur locus intimus in æde Veſtæ ſegetibus. Sæpius qui certis diebus circa Veſtalia aperitur. ij dies religioſi habentur.

PAVLVS. Perbitere * plautus pro perire "poſuit.

* *præbitere* " *præire*

FESTVS. percunctatio pro interrogatione dicta videtur ex nautico vſu,qui conto pertentant,cognoſcúntque nauigantes aquæ altitudinem. ob quam cauſam ait Verrius etiam ſecundam ſyllabam per O ſolere ſcribi. mihi id falſum videtur. nam eſt illa percunctatio,quod is, qui curioſe quid interrogat,per cuncta viſit, * vt recte per V litteram ſcribatur.

* *percunctauiſit v.c. per cunctas res it.)*

PAVLVS. Percontatio videtur dicta ex vſu nautico, quia aquæ altitudinem conto pertentant. Alij volunt percunctationem dici, quod ſcilicet is, qui curioſus eſt,per cuncta interrogat.

FESTVS. Percunctatum patris familiæ nomen ne quis ſeruum mitteret, lege ſanctum fuiſſe ait Cato in ea,qua legem Orchiam diſſuadet.

PAVLVS. perditum eſt,quod interit, * ac recuperari non poteſt.

* *interiit.*

perediam, & bibeſiam plautus cum dixit, intelligi voluit cupiditatem edendi, & bibendi.

FESTVS. ∴ perediam, & bibeſiam plautus finxit ſua conſuetudine, cum intelligi voluit cupiditatem edendi, & bibendi.

peregere * dicebantur expergefacere.

* *peregre*

peregrina ſacra ſunt dicta, quæ ab aliis vrbibus religionis gratia ſunt aduecta.

FESTVS. peregrina ſacra appellantur, quæ aut euocatis diis in oppugnandis vrbibus Romam ſunt conlata,* aut quæ ob quaſdam religiones per pacem ſunt petita, vt ex phrygia Matris Magnæ,ex Græcia Cereris,Epidauro Aeſculapij; quæ coluntur eorũ more, à quibus ſunt accepta.

* *conata v.c. coacta.*

PAVLVS. peregrinus ager eſt,qui neque Romanus, neque hoſtilis



habetur.

PAVLVS. peremere alij poſuere pro prohibere, alij pro vitiare.

FESTVS. ∴ peremere Cincius in libro de verbis priſcis ait ſignificare idem, quod prohibere. at Cato in libro, qui eſt de re militari pro vitiare vſus eſt, cum ait:cum magiſtratus nihil audet imperare,nequid Conſul auſpicij peremat.

FESTVS. . . . . eſt,cum ait: Cum magiſtratus nihil audent imperare,nequid Conſul auſpicij peremat.

peremne dicitur auſpicari, qui amnem, aut aquam, quæ ex ſacro oritur, auſpicato tranſit.

perēpta,& interēpta pro imperfectis*poni ſolet à poëtis. Lucretius: Cũ corpus ſimul, atq; animi natura perēpta.

* *interfectis)*

peremptalia fulgura Gracchus * ait vocari,quæ ſuperiora fulgura,vt"portenta,vi ſua perimant duobus modis, prioribus tollendis,aut maiore manubia,vt tertia ſecũdæ, ſecunda primæ cædat. Nam vt omnia*ſuperantur fulgere,ſic ictum fulgur manubiis vinci.

* *Granius)* " *aut)* * *omina)*

PAVLVS. Perfacul, & perſefacul antiqui dicebant,quod nunc facile, & perfacile dicimus. inde permanſit in conſuetudine facultas.

perſines, perſtringas.

FESTVS. Perfugam, Gallus Aelius ait,qui liber,aut ſeruus,aut hoſthis ſui * voluntate ad hoſtes tranſierit,qui idem dicitur transfuga. quamquam ſint, qui credant perfugam eſſe,non tam qui alios fugiat,quam qui ob ſpem commodorum ad quempiam perfugiat.

* *ſua)*

PAVLVS. perfuga, & transfuga dicitur, quod ad hoſtes perfugiat, transfugiat.

pergite, agite. Vergilius: pergite pierides.

pergræcari eſt epulis, & potationibus inſeruire. Titinius. Hominem improbum, Nunc ruri pergræcatur.

periculatus ſum Cato eſt vſus in dicendo.

FESTVS. Periculatus ſum Cato ait in ea oratione, quam ſcripſit ad litis Cenſorias.

perihodos dicitur & in carmine lyrico pars quædam, & in ſoluta oratione verbis circumſcripta ſententia,& in gymnicis certaminibus perihodon viciſſe dicitur, qui Pythia, Iſthmia, Nemea, Olympia vicit: à circumitu eorum ſpectaculorum.

PAVLVS. perimit, * adimit, tollit: vnde & peremptus, interfectus.

* *peremit*

UNIVERSITAT DE GRANADA

FESTVS. P . . . pellat, à quo etiam . . .
PAVLVS. . . . . ſus.

* *agnus* Permiſſus appellatur aries, * qui annis compluribus tonſus non eſt.

FEST. Permutatur id proprie dici videtur, quod ex alio loco in alium transfertur. at commutatur, cum aliud pro alio ſubſtituitur. ſed ea iam confuſe in vſu ſunt.

Perpetem pro perpetuo dixerunt poetæ. Pacuuius in Iliona: fac, vt cœpiſti, hanc operam mihi des perpetem, Oculis traxerim.

PAVLVS. Perpetem pro perpetuo dixerunt poetæ.

* *perpetat* Perperat, * peragit, perficit.

FESTVS. Perpetrat, · * · peragit perficit. Pacuuius in Teucro: neque perpetrare precibus imperia * qui decimus † patris ſpartam deponere. · * · inſtat, id ſi perpetrat. quomodo etiam ſine præpoſitione vſi ſunt, quod conuerſum iam *in conſuetudinem eſt.*

· * · *perpetat* " *impetria* *v. c.* † *qui detinni v, c.*

Perpulit, perſuaſit impulit.

PAVLVS. . . *dicendo me. perpulit.* . . *ſcilicet compulit.*

FESTVS. Perſicum portum Plautus cum ait, mare euboicum videtur ſignificare, quod in eo claſſis Perſarum dicitur ſtetiſſe non procul à Thebis.

· * · *reponare v. c.*

PAVLVS. Perſicum portum, mare euboicum: quod in eo ſteterit claſſis Perſarum.

Perſicum Plautus dixit peracutum.

FESTVS. Perſicus peracutum ſignificare videtur, vt Plautus: nihil de conciliare ſibi, niſi qui perſicus ſapis. Næuius: & qui fuerit perſicus carpenti eſt · * . ratio.

* *ſibus v. c.* · * · *adſt* v. c. *adeſt)*

Perſillum vocant ſacerdotes rudiculum picatum, quo vnguine flamen Portunalis * arma Quirini vnguet. †

* *Quirinalis* † *vnguit)*

PAVLVS. Perſillum dicebant vas quoddam picatum, in quo erat vnguentum, vnde arma Quirini vngebantur.

FESTVS. Perſonata fabula quædam Næuij inſcribitur, quam putant quidam primum a * perſonatis hiſtrionibus. ſed cum poſt multos annos comœdi, & tragœdi perſonis vti cœperunt, veriſimilius eſt eam fabulam propter inopiam comœdorum actam nouam per atellanos, qui proprie vocantur perſonati, quia ius eſt iis non cogi in ſcena ponere perſonam, quod ceteris hiſtrionibus pati neceſſe eſt.

* *actam à)*

Perti-



PAVLVS. Pertiſum pro perteſum dixerunt antiqui.

FESTVS. *qui paulo* . . . do me . . . licet . . . ſum di . . . qui paul. . .

PAVLVS. Pertuſum dolium (dicitur, cum * ventrem ſignificat.

*Pertuſum dolium cum dicimus venenum ſignificamus* . . * *cū dicitur.*

FESTVS. *Per dicitur* . . . . . *Ennius* L. I. *Annalium.*

Peſcia in Saliari carmine, Aelius Stilo dici ait, capitia ex pellibus agninis facta, quod Græci vocent pelles πέσκη neutro genere pluraliter.

Peſeſtas inter alia, quæ interpretatores * dicunt, cū fundus luſtratur, ſignificare videtur peſtilentiam, vt intelligi ex ceteris * poſſint, · * · cum dicitur: Auertas morbū, mortem, labem, nebulam, impetiginem.

* *imprecatores)* * *aliis* · * · *poſſit)*

PAVLVS. Peſeſtas * dicebatur peſtilentia.

* *Peſtitas*

Peſtifera auſpicia eſſe dicebant, cum cor in extis, aut caput in iecinore non fuiſſet.

FESTVS. *Peſtifera auſpicia* ſunt, cum cor in *extis*, *aut caput non fuiſſet* in iocinore.

Peſtiferum fulgur dicitur, quo mors, exiliumve ſignificari ſolent.

Petauriſtas Lucilius à Petauro appellatos exiſtimare videtur, cum ait: Sicuti mechanici, cum alto exiluere petauro. at Aelius Stilo, quod in ære volent, cum ait: petauriſta proprie Græce, quod ij πρὸς ἀέρα * πετῶνται.

* *πρὸς αὔρας.*

PAVLVS. Petilam ſuram ſignificat vngulam equi albam.

FESTVS. Petilam ſuram, ſiccam, & ſubſtrictam vulgo interpretatur. * Scæuola ait vngulam equi albam ita dici.

* *interpretātur.*

Petimina, in humeris iumentorum vlcera, & vulgus appellat, & Lucilius meminit, cum ait: Vt petimen naſo, aut lumbos ceruicibus tangat. eo nomine autem, & inter duos armos ſuis quod eſt, aut pectus, appellari ſolitū teſtatur Næuius in deſcriptione ſuillæ, cum ait: petimine piſcino qui meruerat.

PAVLVS. Petimina, in humeris iumentorum vlcera.

Petiſſere, petere.

FESTVS. Petiſſere antiqui pro petere dicebant, ea quidem forma verbi, qua ſunt laceſſere, & inceſſere. ſed, vt mihi vide-

*eo.

tur, tum * ſignificabant ſæpius petere, vt Petiſſant, ſæpius petant.

.·. Petoritum, & Gallicum vehiculum eſſe, & nomẽ eius dictum exiſtimant à numero quatuor rotarum. alij Oſce, quod ij quoque petora quatuor vocent. alij Græce, ſed αἰολικῶς dictum.

PAVLVS. Petoritum, vehiculum Gallicum. alij Oſce putant dictũ, quod hi petora quatuor appellant: quatuor enim habet rotas.

FEST. .·. Petrarum genera ſunt duo, quorum alterum naturale ſaxum prominens in mare, cuius Ennius meminit lib. XI. alte delata, ceteriſque * ingentibus tecta. & Liuius in centauris: vbi ego ſæpe petris. alterum manufactum, vt docet Aelius Gallus. petra eſt, quæ Iouis* dextra, ac ſiniſtra fornicem expletura eſt ad libramentum ſummi fornicis.

*petriſque)

*qui locus)

PAVLVS. Petreia vocabatur, quæ pompam præcedens in coloniis, aut municipiis imitabatur anum ebriam ab agri vitio, ſcilicet petris, appellata.

FESTVS. Petre*ia vocabatur, quæ pompam præcedens*, aut *in colonis, aut municipiis*, *imitabatur anum ebriam ab* agri vitio *ſcilicet petrea appellata procilli ſiue* præcilli *cato dixit in* . . *conuertar* ad illam . . . .
impudentior . . ntur legationes
. . . . teſt.

*perfluẽs v.c. Petronia amnis eſt in Tiberim profluens * quam magiſtratus auſpicato tranſeunt, cum in campo quid agere volunt. quod genus auſpicij peremne vocatur. amnẽ autem feminine antiqui enuntiabant.

PAVLVS. Petronia nomen amnis in Tiberim defluentis.

Petrones,* ruſtici à petrarum aſperitate, & duritia dicti.

*Petroneſi.

FEST. .·. Petrones ruſtici fere dicũtur propter vetuſtatem, & quod deterrima quæque ac prærupt*as* . . . iam agri petræ vocantur, vt rupices iidem *à rupicis*.

Petulantes, & petulci etiam appellãtur, qui proteruo impetu, & crebro petunt lædendi alterius gratia. Virgilius quarto Georgicorum: neque oues, hedique petulci Floribus inſultent. &, Cornigeras norunt matres . . . . agnique petulci. & Afranius in Ida: noſtrum in conuentum, aut conſeſſum ludũ, lapſumque petulcum.



interdum pro veloci vſi videntur antiqui, vt hoc verſu intelligi poteſt: exiliuit,* quaſi petulcus quidam, pedicus conuibrauit.

*exiluit

PAVLVS. PHASCOLA* appellant Græci, quas vulgus pernas" vocat.

*Paſchola Phaſc... Phaſc... "penas ... peras)

§PIACVLARIA auſpicia appellabant, quæ ſacrificantibus * triſtia portendebant; cum aut hoſtia ab ara profugiſſet, aut percuſſa mugitum dediſſet, aut in aliam partem corporis, quam oporteret, decidiſſet.*

*cum ſacrificabant. *cecidiſſet.

FESTVS. Piacul*aria* appell*abant auſpicia*, *id eſt ſacrificia antiqua loquendi* conſuetudine *cum aut hoſtia ab ara ef*fugit. aut *percuſſa mugitum dedit, aut in aliam quam* oportuit part*em corporis decidit*.

Picularis Romæ porta appellatur propter aliqua piacula, quæ ibidẽ fiebant: vel, vt ait Cloatius * cum ex ſacro ·*· per aliquem piaculo ſoluitur, vt aliqua" piandi, propitiandique cauſa immolatur.

* Cluentius *cum facto) " alicuius.

PAVLVS. Piacularis porta Romæ dicta propter aliqua piacula, quę ibidem fiebant.

FESTVS. Piari eos, veluti proprio verbo, ait Verrius, qui parũ ſint animati, cum mentis ſuæ non ſint, & per quædam verba liberantur incommodo.

Piatrix dicebatur ſacerdos, quæ expiare erat ſolita, quam quidam ſimulatricem, alij ſagam, alij expiatricem vocant. & piamenta etiam dicebantur, quibus in expiando vtitur.

PAVLVS. Piatrix dicebatur ſacerdos, quæ expiare erat ſolita, quam alij ſagam vocabant. Piamenta quoque dicebãtur, quibus vtebantur in expiando.

FESTVS. Picati appellantur quidam, quorum pedes formati ſunt in ſpeciem ſphingum, quod eas Dorij phicas* vocant.

* Picas)

PAVLVS. Picena regio, in qua eſt Aſculum, dicta, quod Sabini, cũ Aſculũ proficiſcerẽtur, in vexillo eorum picus cõſederit.

Picta quæ nunc toga dicitur, antea vocabatur purpurea, eaque erat ſine pictura.

FESTVS. Picta quæ nunc toga dicitur, purpurea antea vocitata eſt, eaque erat ſine pictura, eius rei argumentum eſt . . . pictura in æde Vertumni, & Conſi, quarum in altera M. Fuluius Flaccus, in altera T. * Papirius Curſor triumphantes ita picti ſunt. Tunica autem palmata à

* L.)

latitudine clauorum dicebatur, quæ nunc à genere picturæ appellatur.

Pictor Zeuſis riſu mortuus, dum ridet effuſe pictam à ſe anum γραιῶν. * cur hoc loco relatum ſit à Verrio, cum de ſignificatu verborum ſcribere propoſitum habuerit, equidem non video, cum verſiculos quoque addere . . . . tulerit, & ineptos pati, ſed nullius Prætoris* prætexto nomine, qui tamen ſunt ij. Nam quid modi facturus riſu * denique? Niſi pictor fieri vult, qui riſu mortuus eſt. A . . .

*γραῖαν

*auctoris) vel poetæ)

*riſus

Picum auem quidam dictum putant à Pico rege Aboriginum, quo diſſolutus * ſit . . .

*quod is ſolitus.

Pierides muſæ propter amœnitatem, ac ſolitudinem Pierij montis dictæ videntur, quo * ex ſecretis locis propter ſtudia liberalia delectentur.

*quod)

Pierides muſæ à Pierio monte dictæ ſunt.

PAVLVS.

Pietatem vt deos ceteros colebant Romani.

FESTVS.

Pietati ædem ab Acilio conſecratam aiunt, eo loco, quo quondam * mulier habitauerit, quæ patrem ſuum incluſum carcere mammis ſuis clam aluerit, ob hoc factũ impunitas * ei conceſſa'' ſit.

*quædam. *impunitus. '' conceſſus

PAVLVS.

Pigere interdum pro tardari, interdum pro pœnitere poni ſolet.

FESTVS.

Pignoſa pignora eo modo, quo Valeſij, & Auſelij, Pinoſi pileſi * dicebantur.

*Pinoſi, Paliſi v.c.

PAVLVS.

Pila, quæ parietem ſuſtentat, ab opponendo dicta eſt.

Pinaſij, Papi..

Pilæ, & effigies viriles, & muliebres ex lana compitalibus ſuſpendebantur in compitis, quod (hunc diem feſtum) eſſe deorum inferorum,* quos vocant lares, putarent, quibus tot pilæ, quot capita ſeruorum, tot effigies, quot eſſent liberi, ponebantur, vt viuis parcerent, & eſſent his pilis, & ſimulachris contenti.

*inferiorum)

Pilæ. *Et Viriles & muliebres effigies in* Compitis. *Suſpendebantur Compitalib. ex lana, quod eſſe,* Deorum *inferorum hunc diem feſtum, quos vocant. Lares, putarent, quib. eo die tot pilæ, Quot capita ſeruorum: tot effigies, quot eſſent* liberi, *ponebantur: Vt viuis, ſic enim inuo*cantur *parcerent, & eſſent his pilis, & ſimulacris cum*tenti.

. . . n debebat . . . .



Pilani, pilis pugnantes.

PAVLVS.

Pilare, & compilare à Græco trahitur. Græci enim plures ''piletas * dicunt.

*fures)

Pilare, & compilare ſunt, qui Græce originis . . Græci enim fures piletas.

*πειλῆται.

FESTVS.

Pilat, pilos habere incipit. alias pro detrahit pilos, à quo depilati.

PAVLVS.

Pilates genus lapidis. Cato: Lapis candidior, quam pilates.

Pilates lapidis genus, cuius meminit Cato originũ libro quinto: Lapis candidior, quam pilates.*

FESTVS.

Pilea Caſtori, & Polluci dederunt antiqui, quia Lacones fuerunt, quibus pileatis pugnare * mos eſt.

*Pelaſtes v.c.

PAVLVS.

Pilentum, vehiculi genus, quo matronæ ferebantur.

*militare

Pilentis, & carpentis per vrbem vehi matronis conceſſum eſt, quod cum aurum non reperiretur, ex voto, quod Camillus vouerat Apollini Delphico, contulerunt.

FESTVS.

Pilumnoe poploe in carmine Saliari, Romani, velut pilis vti aſſueti: vel quia præcipue pellant hoſtes.*

Pimpleides * muſæ à fonte Macedoniæ dictæ, propter liquoris eius vnicam ſubtilitatem.''

*hoſteis.

*Pipleides, vel Pepteides vel Pecteides

*felicitatem vel facilitatem.

Pipatio, clamor plorantis lingua Oſcorum.

Pitpit Oſce quidquid.

Piſatilem Næuius dixit è Piſis oriundum.

Piſatilem appellat Næuius Pantaleontem è Piſis oriundũ tyrannum: cum alioqui inde profecti nunc Piſani dicantur.

FESTVS.

Piſcatorij ludi vocantur, qui menſe Iunio fieri ſolent pro quæſtu piſcantium trans Tiberim.

PAVLVS.

Piſcatorij ludi vocantur, qui quotannis menſe Iunio trãs Tiberim fieri ſolent à prætore Vrbano pro piſcatoribus Tiberinis, quorum quæſtus non in macellum peruenit, ſed fere in aream Volcani, quod id genus piſciculorũ viuorum datur ei deo pro animis humanis.

FESTVS.

Piſcatorij ludi dicebantur, qui fiebant pro quæſtu piſcantium.

PAVLVS.

Piſcatorium æs vetuſto more appellatur, quod in monte Albano datur pro piſcibus.

FESTVS.

Piſcinæ publicæ hodieque nomen manet, ipſa non extat.

ad quam & natatum, & exercitationis alioqui cauſa veniebat populus, vnde Lucilius ait: pro obtuſo ore pu.. il, piſcinenſis res eſt.

Piſtum à pinſendo pro politum antiqui frequentius vſurpabant, quam nunc nos dicimus.

PAVLVS. PLANCAE dicebantur tabulæ planæ, ob quam cauſam & Planci appellantur; qui ſupra modum pedibus plani ſunt.

*Plauſtrum perculi dicebant antiqui ab eo, qui pede onuſta plauſtra perculit, id eſt euertit quod poſtea abiit in pro*verbium *id quod à plauto in Epidico commodè relatum eſt* Epidicus *mihi magiſter fuit perq pene plauſtr*um perculi.

PAVLVS. Planta oliaginea eſt virga foliata ex olea deplantata.

PAVLVS. *[illegible] FESTVS. Plantæ ſemina olerum, * quod plana ſunt. & appellātur etiam ex ſimili plantæ noſtrorum pedum.

PAVLVS. *Planta *Plantæ appellantur ſemina Olerum quod planæ ſunt, vt appellantur plantæ noſtrorum pedum ex cauſa ſimili.*

FESTVS. Plaudi * appellantur canes, quorum aures languidæ ſunt ac flaccidæ, & latius videntur patere.

*Plauti appellant*ur *canes quorum aures languidæ ſunt ea flaccidæ vt latius vide*antur *patere quæ* . . . . . . c . . *vni* . *cu.*

*connubio) Plebeiæ Pudicitiæ ſacellum in vico Longo eſt, quod cum Verginia patricij generis femina conuiuio * facto inter, & plebem . . . . . . ſul . . . . . . qu . . bit . . PAVLVS. . . fere . . . eo iu .

Plebeiæ pudicitiæ ſacellum Romæ; vt ſacra cetera, colebatur.

FESTVS. Plebeij Aediles diſſidente plebe à patribus ſunt creati.

*Plebei Ædiles non minus populiq.* plebei ſcito, *quæ de eo magiſtratu creando* ſuffragium tul*it*, *vt ſacris ædibus præeſſent* ſunt conſtitut*i*, *quos Trib. pl. miniſtros fuiſſe di*cunt, qui vna cum *plebeis Ædilib. Sunt creati*, *diſſiden*te plebe à patr*ib. ij tabernas fecerunt* quas vocant non*as nos autem quinque dicimus* eas eſſe, & ſeptem ferunt*ur*, *& plebeios quidem appella*mus à genere magiſtratus. eas



enim faciendas curauerunt M. Iunius Brutus, Q. Oppius Aediles Plebis.

Plebeium magiſtraum neminem capere licet, niſi qui ex plebe eſt. *cuius generis eſt omnis magiſtratus qui appellatur* iſto nomine. PAVLVS. FESTVS.

Plena ſue telluri *matri ſacrificabatur*, *quod pecudis* id genus cum feretu*r ſatis inimicum*, *quia roſtra ſemen* fodiendo corrump*eret*.

Plentur antiqui etiam ſine præpoſitionibus dicebant.

Plera dixiſſe antiquos, teſtis eſt Pacuuius, cum ait: plera pars peſſumdatur.

Plexa, colligata ſignificat ex Græco, cui nos etiam præpoſitionem adiicimus, cum dicimus perplexa.

Plexa, colligata. inde & perplexa. PAVLVS.

Pliſima * plurima. * *pluſima*

Plorare, flere, inclamare, nunc ſignificat, & cum præpoſitione implorare, id eſt inuocare. at apud antiquos plane inclamare. in Regis Romuli, & Latij * legibus: SI NVRVS SACRA DIVIS PARENTVM ESTO. & in Seruij Tullij hæc eſt: SI PARENTEM PVER VERBERIT, AST OLLE PLORASSIT PARENTES, PVER DIVIS PARENTVM SACER ESTO, id eſt clamarit, dixit. FESTVS. * *Tatij*)

Ploti appellantur, qui ſunt planis pedibus. vnde & poëta Attius, quia Vmber Sarſinas erat, à pedum planicie initio Plotus, poſtea Plautus eſt dictus. ſoleas quoque dimidiatas, quibus vtebantur in venando, quo planius pedem ponerent, ſemiplotia appellabant. PAVLVS.

Pl*oti. appellati ſunt* Vmbri pedibus planis *quod eſſent. Vnde ſoleas dimidiatas qui*bus vtuntur in venando *quo planius pedent ponerent. Voc*ant ſemiplotia, *& ab eadem cauſa. M. Acti*us poëta, quia vmber Sarcinas erat, à pedum planicia initio Plotus, poſtea Plautus cœptus eſt dici. FESTVS.

Ploxinum * appellari ait Catullus, capſum in ciſio, capſaue † cum ait. gingiuas vero ploxini * habet veteris. * Pl*oximum* † *Capſamue*

Ploxinum capſam dixerunt.

Plutei crates corio crudo intentæ, quæ ſolebant apponi militibus opus facientibus, & appellabantur militares. PAVLVS. * *ploximi*

nunc etiam tabulæ, quibus quid præſcipitur, eodem nomine dicuntur.* [* *ſignificantur*]

*Plutei dicuntur crates coreo crudo* intentæ *quæ ſolebant opponi militibus* opus facientibus *& appellabantur militares.* nunc etiam tabul*æ. quib. quid præſcipitur eodem* nomine dicun*tur*.

∴ Poeſnis, pœnis, vt caſmenas dicebant pro camenis, & caeſnas pro cænis.

∴ Polet. pollét. quia nondum geminabant antiqui conſonanteis.

PAVLVS. Polmenta teſticuli porcorum dicuntur, cum caſtrantur. à politione veſtimentorum: quod ſimiliter, vt illa curantur.

FESTVS. P*olmenta ait Verrius antiqui* dicebant teſticulos porcorum cum eos caſtrabant. à politione ſegetum, aut veſtimẽtorum: quod ſimiliter, atque illa, curentur.

PAVLVS. Pollit, * pila ludit. [* *Polit,*]

FESTVS. . . . . . . in V. . . . . . . . dixit . . . . .

PAVLVS. Pollubrum, pelluuium. vas, quod nos peluim vocamus.

FESTVS. Pollucere merces . . . liceat ſunt far, polenta, vinum, panis fermentatus, ficus, paſſa, ſuilla, bubula, agnina, caſei, ouilla, alica, ſeſama, & oleum, piſces, quibus eſt ſquamma, præter ſquarum.* Herculi autem omnia eſculenta, poculenta. [* *ſcarum)*]

Polteio, pro vlteriore.

Pomonal eſt in agro Solonio via Oſtienſi ad duodecimum lapidem diuerticulo * à miliario octauo, [* *deuerticulum*]

Pone graui ſono antiqui vtebantur pro loci * ſignificatione. ſed præiicientes vocabu . . . . [* *prologi v.c.*]

. . . . . .

PAVLVS. Pone graui ſono ponitur pro loci ſignificatione.

Pontina tribus à Pontia vrbe eſt dicta.

FESTVS. P*ontina tribus à* pontia *vrbe dicta à qua & palus quoque pon*tina *appellata eſt iuxta terra cenam.*

Popillia tri*bus vnaquinque & triginta tri*buum. tot enim fue*runt: à Popilliæ fœminæ f*elici nomine a*ppellata, quomodo tribus quoque* Pinaria à ſororis *pinarij. dicta ſiue. ab eius no*mine.

PAVLVS. Popillia tribus à progenitrice traxit vocabulum.



FESTVS. Popularia ſacra ſunt, vt ait Labeo, quæ omnes ciues faciunt, nec certis familiis attributa ſunt. farnacalia, parilia, laralia, porca præcidania.

Populi com*mune eſt in legibus ferendis* cum plebe ſuffragium. *nam Comitia centuriata* ex patribus & plebe *conſtant in centurias. diuiſis, at* cum plebes ſine patrib. *tributis comitijs. conuenit* quod plebes ſciuit, pleb*is ſcitum idea cauſa* appellatur.

Porcæ appellantur rari ſulci, qui dicuntur * aquæ deriuandæ gratia. dicti, quod porcant, * id eſt prohibent aquam frumentis nocere. nam crebriores ſulci, limi vocantur. [* *ducuntur* · * *porcent*]

PAVLVS. Porcæ in agris ſunt dictæ, quod porcant, * id eſt prohibeant aquam frumentis nocere. nam crebriores ſulci lumi ſolent vocari. [* *porceant)*]

FESTVS. Porcam auream, & argenteam dici ait Capito Ateius, quę & ſi numero hoſtiarum non ſint, nomen tamen earum habere, alteram ex auro, alteram ex argento factam adhiberi ſacrificio Ceriali.

Porcas, quæ inter duos* ſulcos fiunt, ait Varro, dici, quod porrigant frumentum. [* *duci. v.c.*]

PAVLVS. Porcas, quæ in agris fiunt, ait Varro dici, quod porrigant frumentum.

Porci effigies inter militaria ſigna quintum locum obtinebat. quia confecto bello, inter quos pax fieret, cæſa porca fœdus firmari ſolebat.

FESTVS. Por*cę effigies inter militari* a ſigna quintum locum *obtinebat, quia confecto bel*lo, inter quos populos *pax fiebat, ea cæſa porca fœ*dere firmari ſolet:

Porrigam dixiſſe antiqui videntur, pro porrigam, propter morem non geminandarum litterarum. ducto verbo à porro regam. aut ſi id friuolum videtur, cum aperte è riuo regam * tractum ſit. ſed antiqui etiam porgam dixerunt pro porrigam. [* *ciuo regit v.c.*]

PAVLVS. Porriciam pro porro iaciã. *maxime de extis dicebant antiqui,* P*lautus in* Pſ*eudo.*

FESTVS. Portenta exiſtimarunt quidam grauia eſſe, oſtenta bona. alij portenta quædam bona, oſtenta quædam triſtia appellari. portenta quæ quid porro tendatur, indicent; oſtenta, quæ tantummodo oſtendant monſtra, præci-

PAVLVS. piant quoque remedia.

[*· *ſolida*] Portenta rerum fieri dicuntur, cum ſolita ·*· corpora raro ſe oſtendunt, vt cometæ, turbines, barathra, ſereno cælo facta tonitrua.

[* *porticulus*] Portiſculus * eſt, qui in portu modum dat claſſi. eſt autem malleus.

FESTVS. Portiſculus eſt, at ſcribit Aelius Stilo, qui in portu modum dat claſſi. id autem eſt malleus. Cuius meminit Cato in diſſuaſione de rege Attalo, & vectigalibus Aſiæ: C. Licinio Prætore, remiges ſcripti ciues Romani ſub portiſculum ſub flagrum cōſcripti veniere paſſim.

Portum in duodecim pro domo poſitum omnes fere conſentiunt: CVI TESTIMONIVM DEFVERIT, IIS TERTIIS DIEBVS OB PORTVM OBVAGVLATVM ITO.

FESTVS. Portum frequenter maiores pro domo poſuerunt.

Portumnus, qui & Palæmon, à Romanis inter deos colebatur.

PAVLVS. Portumnus *qui & palæmon alio nomine dicitur inter deos, qui præſunt mari à* Romanis *colebatur.*

Poſſeſſio eſt, vt definit Gallus Aelius, vſus quidam agri, aut ædificij, non ipſe fundus, aut ager. non enim poſſeſſio eſt . . rebus, quæ tangi poſſunt: qui dicit, ſe poſſidere, is vere poteſt dicere. Itaque in legitimis actionibus nemo ex his qui poſſeſſionem ſuam vocare audet, ſed ad interdictum venit, vt prætor his verbis vtatur: Vti nunc poſſidetis, eum fundum. Q. D. A. quod nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero poſſidetis, ita poſſideatis. aduerſus ea vim fieri, veto.

PAVLVS. Poſſeſſio eſt vſus quidam agri, aut ædificij, non ipſe fundus, aut ager.

FESTVS. poſſeſſiones appellantur agri late patentes publici, priuatique; quia non mancipatione, ſed vſu tenebantur, & vt quiſque occupauerat, collidebat. *

[**colebat*)] poſticam lineam in agris diuidendis Seruius Sulpicius appellauit ab exori*ente ſole ad occidentem quæ ſpectabat*

. . . qua . . . . .

. tur . . . .

. abd. . tab: . . frum . . danto .



poſtica linea in agris diuidendis ab oriente ad occaſum ſpectat. [PAVLVS.]

poſticum oſtium dicitur in poſteriore parte ædium. ceterum antiqui etiam vicinum habitantem ad poſteriorem partem ædium ſic appellarunt. denique, & quæ ante nos ſunt, antica; & quæ poſt nos ſunt, poſtica dicuntur. & dextram anticam, ſiniſtram poſticam dicimus. ſic etiam ea cæli pars, quæ ſole illuſtratur ad meridiem, antiqua vtique nominatur; quæ ad Septentrionem eſt, poſtica. rurſumque diuiduntur in duas partes, orientem, atque occidentem.

poſtliminium * receptus dicitur "is, qui extra limina, hoc eſt terminos prouinciæ captus fuerat, rurſus ad propria reuertitur. [* *poſtliminio*) " *eſt*]

[FESTVS.] poſtliminium * receptū, Gallus Aelius in libro primo ſignificationum, quæ ad ius pertinent, ait eſſe eum qui liber, ex qua ciuitate in aliam ciuitatem abierat, in eãdem ciuitatem redit eo iure, quod conſtitutum eſt de poſtliminiis. Item qui ſeruus * à nobis in hoſtium poteſtatem peruenit, poſtea ad nos, redit in eius poteſtatē. cuius antea fuit iure poſtliminij. equi, & mulli, & nauis eadem ratio eſt poſtliminium receptum is * quæ ſerui. quæ genera rerum ab hoſtibus ad nos poſtliminio redeunt, eadem genera rerū à nobis ad hoſtes redire poſſunt. cum populis liberis, & cum fœderatis, & cum regibus poſtliminiū nobis eſt ita, vti cum hoſtibus, quæ nationes in opinione noſtra ſunt, cum his . . . . .
[* *poſtliminio*) * *Itemque ſeruos. v.c.* * *ijs*)]

Poſtularia fulgura, quæ votorum, aut * ſacrificiorum ſpretam religionem deſignant ·*· peſtifera, quæ mortem, aut exilium oſtendunt. peremptalia, quæ ſuperiora fulgura, aut * portenta peremunt. id eſt tollunt.
[* *vt v.c.* ·*· *deſiderāt v.c.* * *vt v.c.* † *olunt v.c.*]

Poſthumus cognominatur poſt patris mortem natus. Plautus in Aulularia: Poſt mediam ætatem qui mediam ducit vxorem domum: Si eam ſenex anum prægnantem fortuito fecerit; Quid dubitas, quin ſit paratum his nomen pueris poſtumi?

poteſtur. Scipio Africanus in ea, quæ eſt de imperio D. Bruti: & poteratur C. Gracchus in ea, qua vſus eſt, cum circum conciliabula iret.

Potitium, & Pinarium Hercules, cum ad aram, quæ ho-

dicque maxima appellatur, decimam boum, quos a Geryone abductos abigebat Argos in patriam profanaſſet, genus ſacrificij edocuit. quæ familia, & poſteri eius non defuerunt decumantibus vſque ad Appium Claudium Cenſorem, qui quinquaginta millia æris grauis his dedit, vt ſeruos publicos edocerent ritum ſacrificandi. quo facto Potitij, cum eſſent (ex familia ·*· numero duodecim omnes interierunt " intra diem trigeſimum. Pinarius, quod non adfuit, ſacrificio, poſtea cautum eſt, nequis Pinariorum ex eo ſacrificio veſceretur.

**familiae)*
**intererant*
*v.c.*

Potitus ſeruitut*e ab antiquis dicebatur* qui vt *ait* Labeo, *ſeruitutem ſeruit tales conſuetudi*nes proxime Græci *noris. eodem modo* dicebantur ab antiquis *potitus hoſtium.*

PAVLVS.
FESTVS.

PRAEBIA, remedia.

*Præbia dicuntur curandi mali remedia videlicet quæ curationis* cau*ſa præbeantur parare inter ſe minus dicebantur cum ſartitio fiebat a magiſtrati*bus P.R. *utei magiſtratus vtramque rem acere deberet: aut inter comparabant de* rebus lege *mandatis.*

PAVLVS.
FESTVS.

Præceptat, ſæpe præcipit.

Præceptat, in Saliari carmine eſt, ſæpe præcipit.

**praeclamitatores)*
**antecedenter(*

Præciamitatores* dicuntur qui flaminibus Diali Quirinali, Martiali antecedent." exclamant feriis publicis, vt homines abſtineant ſe opere, quia his opus facientem videre religioſum eſt.

PAVLVS
*proccian-nuntiatores vel praeciamitatores*

Præclamitatores * dicebantur, qui Flamini Diali, id eſt ſacerdoti Iouis, antecedebãt clamantes, vt homines ſe ab opere abſtinerent, quia hunc opus facientem vide re inreligioſum erat.

**praecia dicebãtur, uel praecia dicebat,*
**dicebatur,*

Præcias dicebant * qui a Flaminibus præmittebantur, vt denuntiarent opificibus, manus abſtinerẽt ab opere; ne ſi vidiſſet ſacerdos facientem opus, ſacra polluerentur.

Præcidanea agna vocabatur, * quæ ante alias cædebatur. item porca, quæ Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo iuſta non feciſſet, id eſt glebam non obieciſſet: quod mos erat eis facere prius, quam nouas fruges guſtarent.

Præcidaneam porcam dicebant, quam immolare erant



ſoliti ante, quam nouam frugem præciderent.

FESTVS.

*Porca* Præcidanea dicitur *quæ ante immolari ſolet quod* genus hoſtiæ quod *ante nouam frugem præcideretur præcid*arium appelb*ant.*

*placenta libi quoddam genus voc*atur ex tribus pul*tib. factum aly dicunt genus puit*is cum tribus liba*mentis.*

PAVLVS.

Præcidere, antecedere, id iſt ante immolare.

FESTVS.
**praebia, vel. procbio)*
*"Cata)*
**Zonae)*
**Sancte)*
*·*·praebia vel proebia)*

Prædia * rurſus Verrius vocari ait ea remedia, quæ data" Cæcilia vxor Tarquinij Priſci inueniſſe exiſtimatur. & immiſcuiſſe onus* ſuæ, qua præcincta ſtatua eius eſt in æde ſanctus,* qui deus Dius Fidius vocatur: ex qua zona periclitantes ramenta ſumunt ea vocari ait prædia, ·*· quod mala prohibeant.

prædonulos Cato ὑποκοριστικῶς dixit in Epiſtularum. Quia ſæpe vtiles videntur prædonuli.

Prædonulos ὑποκοριστικῶς. id eſt deminutiue, idem Cato poſuit pro pædonibus.

PAVLVS.

prædotiunt, præoptant.

FEST.

præfacturæ eæ appellabantur in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quedãm earum reſp. neque tamen magiſtratus ſuos habebant. in quas* legibus præfecti mittebantur quotannis, qui ius dicerent quarum genera fuerunt duo: alterum, in quas ſolebant ire præfecti quatuor (ſex virum * pro populi ſuffragio creati erant in hæc oppida Capuam, Cumas, Caſilinum, Vulturnum, Liternum, puteolos, Acerras, Sueſſulam, Atellam, Calatiam, * alterum in quas ibant quos prætor vrbanus quotannis in quæque loca miſerat legibus, vt Fondos, Formias. Cære, venafrum, Allifas,* priuernum, Anagniam, Fruſinonem, Reate, Saturniam, Nurſiam, Arpinum, aliaque complura.

**qua his v.c.*
**viginti ſex virum num v.c.*
**Calateum) v.c.*
**Ailicas v.c.*

præfericulum vas æneum ſine anſa patens ſummum, velut peluis, quo ad ſacrificia vtebantur.

PAVLVS.

*Prefericum vas* æneum ſi*ne anſa appellatur. patens ſummum vt* peluis, *quo ad ſacrificia vtebantur in ſacrario opis* Con*ſiuæ.*

FESTVS.

præficæ dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductæ, quæ dant ceteris modum plangendi, quaſi in hoc ipſum præfectæ. Næuius: Hæc quidem mehercle opinor, præfica eſt, quæ ſic mortuum collaudat.

PAVLVS.

*Præſurationes* facere dicuntur ij, qui ante alios conceptis verbis iurant, poſt quos in eadem verba iurantes tantummodo dicunt, Idem in me.

Præliares dies appellantur, quibus fas eſt hoſtem bello laceſſere. erant enim quædam feriæ publicæ, quibus nefas fuit id facere.

Præmetium, quod prælibationis cauſa ante præmetitur.

PAVLVS. *Præmetium dicitur quod* ante metitur, *quaſi præmeſſum proli-bationis cauſa.*

Præmioſa, pecunioſa.

PAVLVS. FEST. *Pelliculationē pro inductionem a pelliciendo quod eſt in ducendo dixit Cato in ea oratione quam ſcripſit de r, loco.s. Cato ſæpe dixit contra s. arboſem, & arboſes*, loco r dicebant *antiqui*. . . . proprie maiori opus eſt *Præmioſam pecunioſam dixit* Cato in oratione, quam ſcripſit . . . . impudentiam *præmioſam* . . .

Præneſte dicta eſt, quia is locus, quo condita, eſt, montibus præſtet.

PAVLVS. Prænominibus feminas eſſe appellatas teſtimonio ſunt Cæcilia, & Tarratia, quæ ambæ Caiæ ſolitæ ſint* appellari. pari modo Lucia, & Titia.*

**ſunt* **. *Tertia*

Præpetes aues dicuntur, quæ ſe ante auſpicantem, ferunt. nam præpetere dicebant pro anteire.

FEST. .·. Præpetes *aues dicuntur, quæ ſe ante auſpicantem ferunt nam antiqui præpetere dicebant pro antire pullarium a pullis appellatum* quidam putant quia *non aliud ſed hoc ei peculiare* eſt auem auſpicanda *obſeruare præpetes* aues dicuntur quæ *ſe. ante auſpicantem ferunt* nam antiqui præpetere *dicebant pro ante ire.*

.·. Præpetes aues quandam dici aiunt, quia ſecundum auſpicium faciant præteruolantes. alij quod antea, quam petamus, * indicent. aut quod præteruolent, aut ex Græco tractum putant, quod ante conſpectum volent noſtrum. inepte ſcilicet ex præpoſitione Latina componentes, & Græco vocabulo. ceterum poetæ promiſcue omnes aues ita appellant.

**quæ præpetamus, vel quæ petamus*(

FEST .·.

**quod ruſtici*)

Prærogatiuæ centuriæ dicuntur, vt docet Varro rerum humanarum libro ſexto, quæ rus . . . . . Romani, qui ignorarent petitores. facilius eos animaduertere poſſent. Verrius probabilius iudicat aſſe,



vt cum eſſent deſignati a prærogatiuis, in ſermonem res veniret populi de dignis, indignisue, & fierent ceteri diligentiores ad ſuffragia de his ferenda. PAVLVS.

Praes eſt is, qui populo ſe obligat, interrogatuſque a magiſtratu, ſi praes ſit, ille reſpondet, Praes.

Præſagire eſt prædiuinare, præſipere. ſagax enim eſt acutus, & ſolers.

Præſagitio dicta, quod præſagire eſt acute ſentire, vnde ſagæ dictæ anus, quæ multa ſciunt. & ſagaces canes, qui ferarum cubilia præſentiunt.

FEST. .·. *Praeſagitio dicta quod praeſagire eſt acute ſentire, vnde &. ſagae anus* dictæ *quae multa ſciant & ſagaces canes, quod ferarum cubilia praeſentiant.*

PAVLVS. Præſiderare dicitur, cum maturius hiberna tempeſtas mouetur, quaſi ante ſideris tempus.

præſidium eſt, quod pro vtilitate & ſalute alicuius, auxilii gratia præponitur. ſubſidium, quod poſtpoſitum eſt ad ſubueniendum laborantibus.

Præſtinare apud Plautum emere eſt, id eſt emendo tenere. **quem*

Præſtitem in eadem ſignificatione dicebant antiqui, qua* nunc dicimus antiſtitem.

Præſtolari dicitur is, qui ante ſtando ibi, quo venturum excipere vult, moratur.

FESTVS. præteriti ſenatores quondam in opprobrio non erant, quod vt Reges ſibi legebant, ſublegebantque, quos in conſilio publico haberent: ita poſt exactos eos, Conſules quoque, & Tribunos * Militum conſulari poteſtate coniunctiſſimos ſibi quoſque†, patriciorum, & deinde plebeiorum legebant; donec Ouinia Tribunitia interuenit, qua ſanctum eſt, vt Cenſores ex omni ordine optimum quemque curiatim * ſenatu legerent, quo factum eſt, vt qui præteriti eſſent, & loco moti; haberentur ignominioſi.

**Tribuni*) †*quoque v.c.* **curiati v.c.*

PAVLVS. Prætexta pulla nulli alij licebat vti, quam ei qui funus faciebat.

FESTVS. *Prætexta pulla nulli* alij licebat vti, *quàm ei, qui funus faciebat. Idem* ius magiſtratus *habebat, qui in aliquo* loco publico lud*os faciebat nam is praetexta* vtitur ſcribam hab*ere ſolet, propter eos* quos facit ludos, *praetexta ius datum eſt item.*

*Conſulibus*, & prætoribus vota *nuncupantib. ob ignorantiam* ſacra nouorum *aſcitorum Iiſdem da*tum eſt vti emit votum *aliquod ſoluentib.* quod autem Valerius Vica*nus cum vteretur pu*ra ex ſenatu improba*ri cœptus eſt.*

PAVLVS *ſcriptae

prætextæ appellantur, quæ res geſtas Romanorum continent ſcriptas.*

* praetextum

prætextatis nefas erat obſceno verbo vti ideoque prætextatum* appellabant ſermonem, qui nihil obſcenitatis haberet.

FESTVS. *praetextatũ

prætextum * ſermonem quidam putant dici, quod prætextatis nefas ſit obſceno verbo vti. alij quod nubentibus depoſitis prætextis a multitudine puerorum obſcena clamentur.

*Albanus v.c. " at poeſtum. v.c. * Ferẽtinae}

prætor ad portam nunc ſalutatur is, qui in prouinciam proprætore aut proconſule exit. cuius rei morem ait fuiſſe Cincius in libro de Conſulum poteſtate talem. Albanos * rerum potitos vſque ad Tullum Regem. Alba deinde diruta vſque ad P. Decium" Murem Cos. populos Latinos ad caput Oetentinæ, * quod eſt ſub monte Albano conſulere ſolitos, & imperium communi conſilio adminiſtrare. itaque quo anno Romanos imperatores ad exercitũ mittere oporteret iuſſu nominis Latini complures noſtros in Capitolio a ſole oriente auſpiciis operam dare ſolitos. Vbi aues addixiſſent, militem illum, qui a communi Latio miſſus eſſet, illum, quem aues addixerant, prætorem ſalutare ſolitum, qui eam prouinciam obtineret prætoris nomine.

PAVLVS.

prætoria cohors eſt dicta, quod à prætore non diſcedebat. Scipio enim Africanus primus fortiſſimum quemque delegit, qui ab eo in bello non diſcederent, & cetero munere militiæ vacarent, & ſeſquiplex ſtipendium acciperent.

Prætoria porta in caſtris appellatur, qua exercitus in prælium educitur. quia initio Prætores erant, qui nunc conſules, & ij bella adminiſtrabant: quorum tabernaculum quoque dicebatur prætorium.

*gradiendo

Præuaricatores a pretergrædiendo * ſunt vocati.

FESTVS

Prandicula, ientacula.

Prandicula antiqui dicebant, quæ nunc ientacula.

Prandium



PAVLVS.

Prandium ex Græco . . . eſt dictum, nam meridianum cibum cœnam vocabant.

Precem ſingulariter Cato dixit.

FESTVS. *præcem v.c. *præcidanea. *pugnandæ v.c. *dicata

Precem * ſingulariter idem (Cato) in ea, quæ eſt de coniuratione

Preſan . . . * porca dicitur, vt ait Veranius, quæ familiæ purgandæ* cauſa Cereri immolatur. quod pars quædam eius ſacrificij fit in conſpectu mortui eius, cuius funus inſtituitur.

Prima, aut ſecunda hora ducant * ſponſalibus: ominis cauſa, vt optima, ac ſecundiſſima eueniant.

PAVLVS.

Prima, aut ſecunda diei hora cauſa ominis ſpõſis tribuebatur.

Primanus Tribunus erat, qui primæ legioni tributum ſcribebat.

FESTVS.

Primanus Tribunus apud Catonem in ea, quæ eſt contra Thermum de ſuis virtutibus. . . .

Primig*enius ſulcus dicitur qui in noua vrbe* condenda tauro *& vacca imprimitur, quod genus* iumenti, velut exer*citum adhibebatur* . . . vtrimque media *p* . . . lari iudicio, qui & ip*ſe* . . .

PAVLVS.

Primigenius ſulcus dicitur, qui in condenda noua vrbe, tauro, & vacca deſignationis cauſa imprimitur.

*Primeſius. Prymneſius)

Primneſius, * palus, ad quem funis nauticus religatur, quem alij tonſillam dicunt.

Primordia, principia.

Principalis caſtrorum porta nominatur, quod in eo loco eſt in quo principes ordines tendunt.

FESTVS.

Priſcæ Latinæ coloniæ appellatæ ſunt, vt diſtinguerent à nouis, quæ poſtea à populo dabantur.

PAVLVS.

Priſci Latini proprie appellati ſunt ij, qui prius quam cõderetur Roma, fuerunt.

Priſcus Tarquinius eſt dictus, quia prius fuit, quã Superbus Tarquinius.

Priſtina, velut priuſtina, dictum eſt.

FESTVS.

Priſtina, velut pri*ſtina: ſic prior & alia* eiuſmodi dictita*bant, ab eo quod eſt prius.*

PAVLVS.

Priſtinum ab eo venit, quod eſt prius. pari modo & prior.

Priuatæ vocabantur feriæ ſacrorum propriorum, velut

M

dies natales.

FESTVS. Priuatæ feriæ vocantur ſacrorum propriorum, velut dies natales, operationis, denecales.

PAVLVS. Priuato ſumptu ſe alebant milites Romani pæne ad id tempus, quo Roma eſt capta à Gallis.

FESTVS. *Priuato ſumptu* ſe alebant mili*tes Romani antequam ſtipẽdia* mererentur, quod in *conſuetudine fuit pene ad id* tempus, quod fuit pau*lo antequam romana ciuitas* capta eſt à Gallis *à quo tempore ſine publico ſtipendio m*ilites non fiebãt,

PAVLVS. Prieras, mulieres priuatas.

FESTVS. P*rieras mulieres* priu*atas dicebant* . . . . tur *pro* . . . . . .

PAVLVS. Priuignus dictus, quod ante, quam mater ſecundo nuberet, eſt progenitus pri enim antiqui pro præ dixerunt.

Priuiuio es * prius ſingulis. ** eſt)*

FESTVS. PAVLVS. Priuos, priuaſque antiqui dicebant pro ſingulis. ob quam cauſam & priuata dicuntur, quæ vniuſcuiuſque ſint. hinc & priuilegium, & priuatus, dicimus tamen & priuatum, cui quid eſt ademptum.

Pro ſignificat in, vt pro roſtris, pro æde, pro tribunali. Pro ponitur etiam pro amplificando, ac palam faciẽdo, vt prodi, prouoca, protrahe, propelle. alias pro priuandi facultate, vt in propudio, prohibendo; quia vtrumque abnuit in his eſſe pudorem, poteſtatemque. alias aliud alio, * vt pro pecunia, pro prædio, Proconſule. alias pro admiratione, vt pro Iuppiter. alias pro ante, vt pro oſtio. alias pro in, vt promittere barbam, & capillum. **pro alio)*

FESTVS. *In compoſitione ponitur pro am*plific*ando, ac palam faciẽdo: vt prodi prouo*ca, pro *pell* . . *ponitur alias pro priuãdi facultate vt in propudio, prohibendo quia vtrumque abnuit in his eſſe pudorem, poteſtatemque alias ali*ud alio, *vt pro pecunia pro prædio, pro conſule* alias pro *admiratione vt pro Iupiter. Accius* in Melan*ippo pro Iupiter* . . manu *omnium* . . . . . Plautus in cond*alio* . . . *alias* pro *ante vt pro* oſtio, alia*s pro in, vt dicimus pr*omitt*ere bar*bam, & capillum.

Pro cenſuclaſſis Iuniorum Ser. Tullius cum dixit in deſcriptione centuriarum, accipi debet in cenſu, vt ait M. Varro in libro ſexto rerum humanarum, ſicuti pro æde



Caſtoris, pro tribunali, pro teſtimonio.

Pro ſcapulis cum dicit Cato, ſignificat pro iniuria verberum. nam complures leges erant in ciues rogatæ, quibus ſanciebatur pœna verberum. his ſignificat prohibuiſſe multos ſuos ciuis in ea oratione, quæ eſt contra M. Cœlium: Si em percuſſi, ſæpe incolumis abij. præterea pro republica, pro ſcapulis, atque ærario multum Reipub. profuit.* **profui)*

PAVLVS. Pro ſcapulis cum dixit Cato, ſignificauit pro iniuria verberum.

Pro ſententia, ac ſi dicatur in ſentẽtia, vt pro roſtris, id eſt in roſtris.

FESTVS. Proædificatum dicitur, quod ex priuato loco proceſſit in publicum ſolum.

Probi, velut prohibi, qui ſe à delinquendo prohibent

Probrum, ſtuprum, flagitium, vt Attius in Helenibus: qui, niſi probrum, omnia alia indelicta æſtimant. Cæcilius in Dauo: Ea tum compreſſa parit huic puerum, ſibi probrum.

PAVLVS. Probrum, ſtuprum, flagitium.

FESTVS. Probrum virginis Veſtalis, vt capite puniretur; vir, qui eã inceſtauiſſet, verberibus necaretur: lex fixa in atrio Libertatis cum multis aliis legibus incendio conſumpta eſt, vt ait M. Cato in ea oratione, quæ de auguribus inſcribitur. Adiicit quoque virgines Veſtales ſacerdotio exauctorat*as qua inceſti dãnatæ, viuæ defoſſæ ſunt, quod ſacra veſtæ matris polluiſſent nec tamen, licet nocentes extra vrbem obruebãtur, ſed in* Campo *proxime portam Collinam qui ſceleratus, appellatur.*

PAVLVS. Procalare, prouocare, ex Græco καλεῖν, id eſt vocare. vnde Kalendæ, calumnia, calones, caculæ, & calatores.

Procalato, prouocato.* ** Procalatio, prouocatio.)*

FESTVS. P*rocalato, prouocato, & procitato etiam vſurpari ſolet.*

Procapis, progenies, quæ ab vno capite procedit.

PAVLVS. Procari, poſcere. vnde procaces meretrices, ab aſſidue poſcendo: & proci vxorem poſcentes in matrimoniũ.

Procari, poſcere eſt. vnde & proci, & meretrices procaces, & verbum procas, id eſt, poſcis.

Procat dicebant, pro poſcit.

Procedere dicebant interdum pro ſuccedere, interdum pro porro cedere.

FESTVS. *Procedere interdum ſuccedere, interdum ponè cedere.*

PAVLVS. Procellunt, procumbunt.

Procere. prolixa, & in longum producta, quaſi ex cera ob eius facilitatem.

Proceſtria dicuntur, quo proceditur in muro. Ælius proceſtria ædificia dixit eſſe extra portam. Artorius proceſtria, quæ ſunt ante caſtra, etiam qui non habent caſtra, propugnacula, quibus pro caſtris vtuntur, ædificant.

Procincta claſſis dicebatur, cum exercitus cinctus erat Gabino cinctu confeſtim pugnaturus. Vetuſtius enim fuit multitudinem hominum, quam nauium, claſſem appellari.

Procinctam claſſem, id eſt, paratam ad bellum militum multitudinem, Diali Flamini videre non licuit.

FESTVS. Procinctā claſſis *dicebatur, exercitus ad* prælium inſtructus, & par*atus: quem diali Flamini vi*dere non licet: anti*qui enim procinctum militem* dixerunt, vt nunc quoq*ue cum exercitus inſtruct*us eſt. procincta aut*em ideo quod togis incincti* ad pugnam ire ſoliti *fuerint. Vnde & teſtamenta* in procinctu fieri *dicta quod faciunt ad pugnam ituri.*

Procitant, pro vocitant. citare enim vocitare eſt. vnde procet & prociet.

Procitare ſæpe prolicere, *id eſt, producere.

PAVLVS. Procitum teſtamentum dicebatur, veluti procatum, prouocatum, id eſt, irritum, ac ruptum. Procitum, cum prima ſyllaba corripitur, ſignificat petitum. Liuius: Matrem procitum plurimi venerunt.

**pollicere*

Procubitores dicuntur, qui noctu cuſtodiæ cauſa ante caſtra excubant: cum caſtra hoſtium in propinquo ſunt.

FESTVS. Procubitores dicuntur fere velites, * qui noctu cuſtodiæ cauſa ante caſtra excubant, cum caſtra hoſtium in propinquo ſunt. vt M. Cato in eo, quem de re militari ſcripſit.

**feri velites v.c.*

Proculinat, promittunt ait ſignificare Antiſtius de iure pontificali libro nono.

Proculiunt, promittunt.

PAVLVS. Proculum inter cognomina eum dicūt, qui natus eſt pa-



tre peregrinātē à patria procul. Proculos ſunt, qui credant ideo dictos, quia patribus ſenibus, quaſi procul progreſſis ætate, nati ſunt.

FESTVS. Procum patricium in deſcriptione (ceas ſi vmquam* fecit Ser. Tullius, ſignificat procerum. ij enim ſunt principes. nam proci dicuntur, qui poſcunt aliquam in matrimonium, Græce μνηστῆρες. eſt enim procare, poſcere, vt cum dicitur. in iudice conlocando ſi alium procas, niue eum procas. hoc eſt poſcis, vnde meretrices procaces.

**claſſium quam)*

Prodegeris, conſumpſeris, prodideris, vt Cæcilius in Hymni* prodigere eſt, cum nihil habeas, te inridier. & Plautus in Neruolaria: productæ prodigium eſſe in *amatorem addecet.

** Hymnid.)*

**m v.c. me)*

Prodigere eſt conſumere, vnde & prodigus fit.

PAVLVS. Prodidiſſe, tempus longius feciſſe.

FESTVS. Prodidiſſe non ſolū in illis dicitur, qui patriam hoſtibus prodiderunt, ſed etiam tempus longius feciſſe vt Cato: Te C. Cæcili diem prodiſſe * militibus legionis tertiæ, cum proditionem non haberent.

**prodidiſſe*

Prodigia, quod prædicūt futura: permutatione G litteræ. nam quæ nunc C appellatur, ab antiquis G vocabatur.

Prodigiatores, haruſpices prodigiorum interpretes.

PAVLVS. Prodigiatores, prodigiorum interpretes.

Prodiguæ hoſtiæ vocabantur, quæ conſumuntur. vnde homines quoque luxurioſi prodigi.

FESTVS. Prodiguæ hoſtiæ vocantur, vt ait Veranius, quæ conſumuntur: vnde homines quoque luxurioſi, prodigi.

Prodinunt, prodeunt, vt Ennius annalium lib. tertio: Prodinunt famuli, tum candida lumina lucent.

PAVLVS. Prodit non ſolum, in apertum exit, ſignificat; ſed etiam porro it.

Prodit, memoriæ porro dat, & fallit. item ex interiore loco procedit. item perdit, vt Ennius: Non in ſperando cupidi rem prodere ſummam.

FESTVS. Prodita,* memoriæ porro dat, & fallit. item ex interiore loco procedit. item perdit, vt Ennius lib. ſextodecimo: Non in ſperando cupide * rem prodere ſummam.

**Prodit*

**cupidi*

Produit, porro dederit, vt eſt in lege cenſoria: PORTICVM SARTAM, TECTAMQVE HABETO, PRO-

DITO. alias prodiderit.

Profanum eſt, quod fani religione non tenetur.

PAVLVS. Profanum, quod non eſt fanum. * Plautus: Sacrum, an profanum habeas, paruipenditur. *fandum.

FESTVS. *Porriciam pro porro iaciam, maxime de extis dicebant antiqui.* *Plautus in* Pſeudolo. Atque in *manib. exta teneam vt porriciā* interea loci *porricitur autem foculo* ariſque quod cōſecrandum eſt deo, *dicandumque* contra it conſumitur in *ſacro, quod eſt profanatum* vt Verrius eodem libro, *de ſignificatione verborum* ſint dicta libere, *ſi qua contra dixere nā* arbitratur ob eam cauſam *porrici exta aris &* foculo, quia prophana ea quoque, id eſt deo dicta, conſume * eſt neceſſe. Cuius opinionem neque in hoc, neque in aliis cōpluribus refutare minime neceſſe eſt, cum propoſitū habeam ex tanto librorum eius numero intermortua iam, & ſepulta verba, atque ipſo ſæpe confitente nullius vſus, aut auctoritatis præterire, & reliqua quam breuiſſime redigere in libros admodum paucos. ea autem, de quibus diſſentio, & aperte, & breuiter, vt ſciero, ſcripta in his libris meis inuenientur. inſcribuntur: PRISCORVM VERBORVM CVM EXEMPLIS.

*conſumere)

Profeſti dies dicti, *quod ſint procul à religione nominis* diuini. Cæcilius *quod facimus pro feſto fecisti* tantundem *feſtiuo die item Afranius* in Priuigno. *æque pro feſto, contra cū celebras.*

PAVLVS. Profeſti dies procul à religione numinis diuini.

FESTVS. Profeſtum diem dicebant, qui feſtus non erat.

Profeſtum eſt facere, tamquam profanum facere, id eſt, quod eo die, qui dies feriarum non eſt, facere. vel, vt quidam dixerunt, pro eo facere velut feriæ non ſint; aut id facere, quod feriis fieri non liceat. Itaque diem profeſtum, diem ſine feriis eſſe.

PAVLVS. Profundum, quod longe habet fundum.

FESTVS. *Profundum dicitur id quod* altum eſt, ac fun*dum longe habet* *Pacuuius* in Medo. ne*que profundum.*

Profuſus ſuperm*odum ſumptuoſus dicebatur* Terentius in Adel*phis, profundat, perdat, pereat,* nihil ad me *alias obiectus iacens*, & Pacuuius in Teu*cro profuſus gemitu murmuro* occi ſtians ruat . . . .



PAVLVS. Profuſus ſupra modum ſumptuoſus. Terētius: profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet. alias abiectus, iacens. Pacuuius: Profuſus gemitu, murmuro. *

* *murmure*

Progenerum appellat auus neptis ſuæ virum.

FESTVS. *Progenerum appellat auus neptis ſuæ virum.*

*Profanum quod non eſt fanum appellatur Plautus, Sacrum, an profanum habeas parui pendito. Liuius in* . . . . *publici* . . . *obea* . . . . . .

Prohibere comitia dicitur vitiare diem morbo, qui vulgo quidem maior, cæterum ob id ipſum comitialis appellatur. Cato in oratione, quam ſcripſit de ſacrilegio commiſſo: Domi cum auſpicamus, honorē me dium * immortalium velim habuiſſe, ſerui, ancillæ, ſi quis eorum ſub centone crepuit, quod ego non ſenſi, nullum mihi vitium facit. Sicui ibidem ſeruo, aut ancillæ dormienti euenit, quod comitia prohibere ſolet, ne is quidem mihi vitium facit.

* *me deum)*

Prolato ære aſtitit Ennius in Achille Ariſtarchi, cum ait, ſignificat clypeo ante ſe protento.

PAVLVS. Prolato ære apud Ennium, ſignificat ſcuto ante ſe protento.

Proletarium capite cenſum dictum, quod ex his ciuitas conſtet, quaſi proles progenie. Idem * & proletanei."

* *item* "*proletanei*

Prologium, principium, proloquium. Pacuuius: Quid eſt? nam me examinaſti prologio tuo.

Prolugere dicuntur, qui ſolito diutius lugent.

Promellere, litem promouere.

FESTVS. Prom*ellere, Verrius ait. ſignificar*i lituum prouere.

Promeneruat item pro monet (in Saliari carmine.)

Promerion, * præcipuum, præter cæteros meritum. aut pro medium * hoc eſt participat, vt pro indiuiſo dicimus.

* *Promorion* *medio

PAVLVS. Promiſcam dicebant promiſcue. *

* *pro promiſſione.*

Promiſſus capillus dicitur longus. item barba promiſſa, velut porro miſſa.

Promonſtra, prodigia.

Promulco agi dicitur nauis, cum ſcaphæ * ducitur fune.

* *ſcapha*

Promulgari leges dicuntur, cum primum in vulgus eduntur, quaſi prouulgari.

Pronubæ adhibebantur nuptiis, quæ ſemel nupſerunt,

cauſa auſpicij. vt ſingulare perſeueret matrimonium.

* nuptiis, FESTVS. " matrimonij perpetuitatē)

Pronubæ adhibentur nuptis, * quæ ſemel nupſerunt, vt matrimonia paupertatem " auſpicantes.

Pronurus, nepotis vxor.

Prop . . . ſta dolia ait dici Labeo, quod

PAVLVS . . . . . . . . . .

FESTVS. . r . . . . . . . .

PAVLVS. * progenies vocatꝰ & propago.

Propages propagines * à propagando, vt faciunt ruſtici, cũ vitem vetulã ſupprimunt, vt ex ea vna plures faciant.

Propatulum, late patens, atque apertum. & patuli boues, quorum cornua in diuerſum ſupra * modum patent.

PAVLVS. * ſuper v.c.

Properam pro celeri, ac ſtrenua dixiſſe antiquos teſtimonio eſt Cato, cum ait in libro de re militari: Tertia è caſtris eductio celeris, properáque eſt.

PAVLVS. Properam, celerem, ſtrenuámque ſignificat.

FESTVS. Properare aliud eſt, aliud feſtinare. qui vnum quodque mature tranſigit, is properat; qui multa ſimul incipit neque perficit, is feſtinat.

PAVLVS. Properus antiquos dixiſſe pro celer, teſtimonio eſt qualitatis aduerbium, quod eſt propere.

Properus, celer: vnde aduerbium propere.

Propetrare, mandare, quod perficiatur. nam impetrare eſt exorare, & perpetrare perficere.

FESTVS. Prophetas dicebant veteres antiſtites fanorum, oraculorúmque interpretes.

* purgant, vel parant)

Prophetas in Adraſto Iulius nominat antiſtites fanorum, oraculorúmque interpretes. cum capita viridi lauro velare imperant prophetæ ſancta ita caſte qui purant* ſacra.

* filius)

Propius ſobrino mihi eſt conſobrini mei filius, & conſobrinæ meæ filia *, & patris mei conſobrinus, & matris meæ conſobrinus.

PAVLVS. Propius ſobrino mihi eſt conſobrini mei filius, & patris mei conſobrinus.

Propriaſſit, proprium fecerit.

FESTVS. * Sango)

Propter viam fit ſacrificium, quod eſt proficiſcendi gratia, Herculi, aut Sanco*, qui ſcilicet idem eſt Deus.

PAVLVS. Profecturi viam Herculi aut Sanco * ſacrificabant.

FESTVS. Propudianus " porcus dictus eſt, vt ait Capito Atteius, qui

* Sonio, vel Fauno v.c. Sango, vel Sancto) " Propudi ait v.c.



in ſacrificio gentis Claudiæ velut piamentum, & exſolutio omnis contractæ religionis eſt.

PAVLVS. * quum cum " maledi, * fuit

Propudium dicebant, cum * maledicto " nudare turpitudinem volebant, quaſi porro pudendum. quidam propudium putant dici, à quo pudor, & pudicitia procul ſint . . , . . procul ſint.

FESTVS. Prorſi limites appellantur in agrorum menſuris, qui ad orientem directi ſunt.

FESTVS. Prorſi *limites appellantur in agrorum menſuris qui directi ſunt ad orientem* . , . . .

FESTVS.

PAVLVS. Prorſum ponebant pro recto.

Prorſus, porro verſus.

FESTVS. * [illegible])

Prorſus porro vorſus, niſi forte ex Græco [illegible]. * Cato de feneratione legis Iuniæ: Camerini ciues noſtri oppidum pulchrum habuere, agrum optimum, atque pulcherrimum, rem fortunatiſſimam. cum Romam veniebant, proſus deuertebantur pro hoſpitibus ad amicos ſuos.

PAVLVS. * ſutare

Proſapia, progenies, id eſt porro ſparſis, & quaſi iactis liberis; quia ſipare * ſignificat iacere, & diſiicere.

Proſedas meretrices Plautus appellat, quod ante ſtabula ſedeant. eædem & proſtibulæ.

Proſequium à proſequendo: obſequium ab obſequendo dicuntur.

Proficium, quod proſecatum proiicitur.

* Pmſruiũ

Proſimurium * pontificale, pomerium vbi pontifices auſpicabantur. dictum autem pomerium, quaſi promurum. * id eſt proximum muro.

* Poſt murũ

*Proſimu*rium eſſe ait Antiſtius *in commentario Iuris ponti*ficalis pomerium, id eſt *locum proximum muro* Cato. olim quidem omnes *auſpicabantur extra Auen*tinum, nunc etiam intra æd*ificia dictum autem.*

FESTVS. * ius)

Pomœriũ quaſi promœriũ ſolet *autem ijs potiſſimũ dari*, rus* pomerij proferendi, *qui populum Romanum agro de hoſtibus capto auxerunt antiquiſſimum.*

*Romuli pomœrium Palatini montis radicibus terminabatur. protulit id. Ser. Tulius rex. Item L.* Cornelius Sylla *dictator imitatus, vt videtur, Tullium. Regem proferre temptauit: Sed Pomœrium cum locus ſit qui finem Vrbani auſpicij faciat, intra agrum effatum certis regionib. terminatus ad captando*

*Auſpicia, quem liceat proferre, nemo tamen.*

*Auentinum, cum Pomoerium protulit intra* mœnia *incluſit cuius rei cauſa illa probatur, quod.* Remus *in eo auſpicauerit, auéſque irritas habuerit* : in ſequenti *autem ætate incluſum aiunt. Pomoerium* ſi ta*ctum à priuatis fuiſſet, poena ſtatuta erat.* Pontificale *pomoerium appellabant locum illum,* agrúmque *pone murum in quo pontifices ſua* conſti*tuerent hoſpitia cũ autẽ pomoeriũ prof*erretur. tum *augures.*

P*ublicos.*P. R. *hæc Verba præire* ſolitos : *Dij tutelares Vrbis Pomoerium hoc nem*inus, maiuſue *faxitis* : *Sed ijs quib. terminatum é regio*nibus effereatis, *dictum autem videtur Pomoerium* veluti poſt mœr*os, id eſt, quod eſſet retro* & *in*tro muros vrbis.

PAVLVS. Proſita, propoſita.

FESTVS. Proſpera *quædam nomina vſurpabant antiqui, in* E declina*ta vt præfiſcine extrema prod*u*c*ta ſyllaba *videlicet vt occurrerent faſcino* vt ait L. Cinc*ias quod etiam fieri conſueuit in* familiæ pur*gande ſacra.* . . . . . .

Proſpices, proſpice.

PAVLVS. Proſumia, genus nauigij ſpeculatorium paruum.

Protelare, longe propellere. ex Græco videlicet τῆλε, quod ſignificat longe.

FESTVS. Pro*tel*lare dicitur longe pro*pellere ex Græco videlicet quod* eſt τῆλε * & ſigni*ficat longe.*

* *Tha v. c.*

FESTVS. Protinam, protinus. Terentius : Protinam coniiciam me in pedes.

Prouinciæ appellantur, quod populus Romanus eas prouicit, id eſt ante vicit.

PAVLVS. Prouorſum fulgur appellatur, quod ignoratur noctu, an interdiu ſit factũ, itaque Ioui Fulguri.* & Summano fit, quod diurna Iouis, nocturna Sũmani fulgura habẽtur.

* *Fulguratori)*

Prox, bona vox, velut quidam putant, ſignificare videtur, vt ait Labeo de iure pontificio libro vndecimo.

PAVLVS. Prox, bona vox, vt exiſtimo, quaſi proba vox.

Prugnum pro priuignum. *

* *Prunum Pronom Turium*

Pruina dicta, quod fruges, ac virgulta perurat.

P V B E R præſente, eſt populo præſente ; συνεκδοχικῶς ab iis, qui puberes ſunt, omnem populum ſignificans.

P*ube præſente* συνεκδοχικῶς *ab ijs qui puberes ſunt omnem populum ſignificant.*



*qua* . . . . *ſuſc* . *dem* . . .
*decidit* . . . *conc* . *ager* . . .
*eadem* . *can* . *cetera loca* . *fulgura ſacra*

Pubẽs adoleſcens, quinetiam plurium, numerus eiuſdem ætatis. PAVLVS.

Pubes adoleſcens *qui iam generare poteſt, vo*catur. cui contrarium *eſt impubes. Pubes etiam & plurium, numerus eiuſdem ætatis* dici ſolet. FESTVS.

Pubes & , * qui pubem generare poteſt. is incipit eſſe à quatuordecim annis, femina à duodecim viripotens, ſiue patiens, vt quidam putant. * *eſt)*

Pubes puer, qui iam generare poteſt. is incipit eſſe ab annis quatuordecim, femina viripotens à duodecim. PAVLVS.

Publica pondera *quibus populus Rom. vti ſolet* ex ea cauſa. Iunius in . . . . . *dicta ſic ait*, quod duo Silli * P. & M. Tribuni PL. rogarint his verbis. Ex ponderibus publicis. quibus hac tempeſtate populus oetier qui *; ſolet, vti coequatur ſedulum, vt hi ·*· quadrantal vini octoginta pondo ſiet, congius vini decem P. IS. * S E x Sextarij cõgius ſiet vini. duodequinquaginta ſextarij quadrantal ſiet vini. Sextarius æquus æquo cum librario " ſiet. ſex de quinque libræ * in modio ſient. ſiquis magiſtratus aduerſus hac ·*· D.M. pondera modióſque, vaſáq; publica, modica, minora, maioráve faxit, iuſsítve re fieri, dolúmve adduit, quod ea fiant, eum quis volet magiſtratus multaretur, * dum minore patris familias taxat. liceto; ſiue quis in ſacrum iudicare voluerit, liceto. FESTVS.

* *Sillij, vel Silij)*
* *vtier)*
·*· *vti)*
* *ſiet.)*
" *vinario)*
* *Sexdecinq. ij)*
·*· *hæc)*
* *multetur)*

Publica ſacra, quæ publico ſumptu pro populo fiũt, quæque pro montibus, pagis curiis, ſacellis. at priuata, quæ pro ſingulis hominibus, familiis, gentibus fiunt. PAVLVS.

Publica ſacra, quæ pro populo fiebant ; priuata quæ pro ſingulis hominibus, & familiis appellabant.

FESTVS. Publicius cliuus appellatur, quem duo fratres L. M. Publicij Maleoli * Aediles Curules pecuariis condemnatis ex pecunia, quam ceperant ·*· munierunt, vt in Auentinum vehiculi Velia " venire poſſit.

* *Malteolâ v. c.*
·*· *coeperat v. c.*
" *Nel. v. c.*

Pudicitiæ ſignũ in foro boario eſt, vbi familia naædiſſet † Herculis. eam quidam Fortunæ eſſe exiſtimant. Item via Latina ad milliarium illi * Fortunæ muliebris, nefas eſt attingi, niſi ab ea, quæ ſemel nupſit.

* *poſſint)*
† *ædis eſt)*
* *quartum)*

[P]AVLVS. Pudicitiæ ſignum Romæ colebatur, quod nefas erat attingi, niſi ab ea, quæ ſemel nupſiſſet.

Puelli, pueri per deminutionem. Ennius: poeni ſoliti ſuos ſacrificare puellos.

[FES]TVS. Puelli per deminutionem a pueris dicti ſunt. itaque & Ennius ait: Poeni ſoliti ſuos ſacrificare puellos. & Lucilius cumque hic tam formoſus homo, ac te dignus puellus & Plautus: Olim huic puello ſeſe venum ducier.

Pueri im*puberes dicuntur in quo ſignificatu* vtitur Atta *in*
. . . *plurib.* uerſibus docet. . . .

*Pueri impuberis æneum* ſignum ad Salinas *olim poſitum fuit qui* ſignum allatum . . . . . . .
*fuiſſe ferunt*, quod ſunt cona*ti quidam auferre*, *Sed auellere* nemo vnquam *potuit. Alij dicunt anulſam baſim* præter ipſum ſignum *a quibuſdam fuiſſe*, *quique abſtulerint* ſub ſigno abierunt, *baſi ſola potiti. Alij. tamen tra*dunt ſimul vt *ſignum ipſum abſtulerint in agro Tiburti erexere* ad qu*intum ab vrbe miliarium*

PAVLVS. Pugio dictus eſt, quod eo punctim pugnatur.

FESTVS. . . . no . . . .
. . . . ſue . . . .
. . . oque . . . .
. . . ma . . . .

PAVLVS. Pugnus a punctione, id eſt percuſſione dicitur. . .

FESTVS. *Pugnus a punctione ideſt percuſſione dictus.*

Puilia ſaxa eſſe ad portum, qui ſit ſecundum Tiberim, ait Fabius Pictor, *quem locum putat Labeo dici, vbi fue-

*lictor.* V. C. rit Ficana via Oſtienſi ad lapidem vndecimum.

Pulcher bos appellatur ad eximiam pinguitudinem perductus.

Pulchralibus, atque cupidijs* idem* in ea, quæ eſt de fun-

**cupidus.* V. C do oleario.

*Cato) Pulchralibus pro pulchris.

PAVLVS. Pullariam Plautus dixit manum dextram.

Pullus Iouis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen

FESTVS. erat propter candorem, quod eius natis fulmine icta erat. Antiqui autem puerum, quem quis amabat, pullum eius dicebant.

PAVLVS. Puer, qui obſcene ab aliquo amabatur, eius, a quo amatus



eſſet, pullus vocabatur vnde Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod eius natis fulmine icta* eſſet pullus Iouis appellatus eſt. **tacta*

Puls potiſſimum dabatur pullis in auſpiciis, quia ex ea neceſſe erat aliquid decidere, quod tripudium faceret, id eſt terripauium.* pauire " enim ferire eſt. bonum enim augurium eſſe putabant, ſi pulli. per quos auſpicabantur comediſſent, præſertim, ſi eis edentibus aliquid ab ore decidiſſet. ſin autem omnino non ediſſent, arbitrabantur" periculum imminere, **puui[…]* "*puu[…]*

F[ESTVS.] Puls potiſſimum datur pullis in auſpiciis, quia ex e*a neceſ*ſe *decidere in terram aliquid* . *quod tripudium faceret*, id eſt *terripauium (pauire enim ferire eſt) ex quo notionem caperent futuri nā ſi pulli per quos auſpicabant*ur non *ediſſent, periculum imminere arbitrabantur. at* qui*¦* pau*iſſent*, *bonum augurium eſſe putabant. ſi*tum ex *ore eis edentibus aliquid decidiſſet* .

Punctatoriolas leuis pugnas appellat Cato in ea, quam dixit de re Hiſtriæ militari.

PAVLVS. Punctatoriolas* leues pugnas identidem ipſe* dixit. **punitariolas* *Cato)

Punici dicuntur nō Poeni, quāuis a Phoenice ſint oriundi.

FESTVS. *Punici dicun*tur, non Poeni, quāuis, *vt ait Verrius a Phoenicib. ori*antur, & Punicum bell*um*, *non Poenicum*, *quia quam Poeni appel*lantur. nam quæ ſoleb*ant antiqui efferre per Pu ſyllabam* lōgam Ennius in *Præ extulit, panos dicens, ſed culpa li*brariorum, qui eaq; fe*minino genere dicuntur, ſcribunt maſcu*lino etiam ipſi Gr*æci ita loquntur, qui ſolent* Philolog os philargyros, *fæminas dicere Poenos, putans viros libra*rius appellari mu*tauit quod per adiectionem ab* E*nnio ea* vox explanata non *fuerit, cum tamen eiuſmodi fere* nomina etiam in v*irili, non tantum in femineo ſexu proferātur* dicimus tam hic lapis, quā *hæc lupus, quin etiam ea quæ parti*cipia appellantur, quæ *vt plurimum aliquem or*nem rerum ſignificant, *& quæ caſus, numeros ſpecies*, tempora, perſonas, recipi*unt*, *vtroque genere enunciantur.*

. . . . . . .

Punicum quod appellatur genus, *libi tranſlatum a poenis idem appel*latum *fuit probū, cæteris libis ſuauiſſimum* quia *videbatur. Punicum etiam dicitur veſtis nomen* . . .
. . . . ſto. . . . .

PAVLVS. Punicum genus libi tranſlatum a Poenis.id etiam appellabant probum, quia erat ceteris ſuauiſſimum.

Pupinia tribus ab agro Pupinio.

[illegible]T. Pupiniatribus ab agri nomine dicta, qui pupinus appellatur circa Tuſculum vrbem. meminit inuictum est.

[illegible]VS. Pura veſtimenta ſacerdotes ad ſacrificium habebant, id eſt non obſita, non fulgurita, non funeſta, non maculam habentia.

Pura veſtimenta ſacerdotes populi Romani cum ſacrificabant. habere ſoliti erant, id eſt non obſita, non fulgurita, non funeſta non maculata, ex hac cauſa.

[illegible]AVLVS. Pure lautum, qua pura lauatum.

FEST. Pure lautum antiqui dicebant, aqua pura lauatum. iti

Puri, probi, profani, ſui auri dicitur in manumiſſione ſacrorum cauſa. ex quibus puri ſignificat, quod in vſu ſpurco* non fuerit. probi, quod recte excoctum, purgatumque ſit. profani, quod ſacrum non ſit, & quod omni religione ſolutum ſit. ſui, quod alienum non ſit. *porco.V.C.

PAVLVS. Purime tetinero, puriſſime tenuero.

FEST. Purime tetinero poſitum eſt pro puriſſime tenuero.

Puplicus ager dictus quia augurum publicus eſt, vt oſcus in Veientiis enim vſu, & iure augurum eſt, prodicere diem eſt prodere prodictio namque proditio eſt quæ vt ait Verrius in præſens valet.

Puri menſtrio eſſe dicuntur, qui ſacrorum cauſſa toto menſe in cærimoniis ſunt, id eſt puri ſint certis rebus carendo.

PAVLVS. Puteolos dictos putant ab aquæ calidæ putore. quidam a multitudine *puteorum earundem aquarum gratia factorum. *ſimilitudine

FESTVS. Puteolos dictos aiunt ab aquæ Caldæ putore. quidam a multitudine puteorum earundem aquarum gratia factorum

uer

cum autem

uio. is

illius



Puteum antiqui dixerunt vnde ſumi poteſt inde puticulos, antiquiſſimum genus ſepulturæ appellatos

PAVLVS. Puticuli ſunt appellati, quod vetuſtiſſimum genus ſepulturæ in puteis * fuerit & dicti puticuli, quia ibi cadauera puteſcerent. *vt puteis

FESTVS. Puticulos, antiquiſſimum genus ſepulturæ appellatos quod ibi in puteis ſepelirentur homines: qualis fuerit locus, quo nunc cadauera proiici ſolent extra portam Exquilinam: quæ quod ibi puteſcerent inde prius appellatos exiſtimat puticulos Aelius Gallus. qui ait antiquus moris fuiſſe vt patris familias in locum publicum extra oppidũ mancipia vilia proiicerent atque ita proiecta, quod ibi ea puteſcerent, nomen eſſe factũ Puticuli.

Putitum * Plautus dixit pro ſtulto. *putitium

PAVLVS.

FESTVS. Putitium Plautus dixit ſtultum Putitio ſtultior eſt barbaro id autem ex hac cauſa potitius at* Hercule ritũ ſacrificãdi accepiſſet, eum millibus aeris grauis quinquaginta edocuiſſe dicitur ſeruos publicus * P R quo facto Potetij intra diem XXX. cum eius familiæ duodecim fuiſſent, omnes interierunt. *ab) *publicos

PAVLVS. Putus antiqui dicebant pro puro. vnde putatæ* vites, & arbores; quod deciſis impedimentis remanerent puræ aurum quoque putatum dici ſolet id eſt expurgatum. & ratio putata, id eſt pura facta, *putare

FEST. Putum pro puro antiquos dixiſſe ait inde putatas vites. quibus diciſium eſt id eſt, quod impedimento erat, dici cornifici ait, neque aliter accepit Ennius cum dixit in Alexandro

amidio purus putus & Plautus purus putus hic ſycophanta eſt

quo certior ſe

aurum quoque putatum dici ſolet, quod eſt expurgatum: & ratio putata, id eſt pura facta, vt.

hæredibus rettulit.

Pegaſum equum alatum fuiſſe tradunt poetæ: cuius quidam vngulam ſuſcitaſſe fontem, qui Hippocrene dict eſt traditur ſed. erſus alia

Lucina Iuno

ſe formon

ta re

ſe oſte

BIBLIOTECA UNIV
GRANADA

. . tonit . . . . .
. . picia . . . . .
. . teriſque . . . . .

Parilia feſta ſibi obſeruanda iudicant priuatim ipſæ quoque puerperæ adminiſtratis ut parîendo, ab eis quaſi ſtabiliantur Parilia feſta.

parilia . .
. . . um in . .

Promptum pro eo quod quis ære parauit ſuo uideri ait poſitum . de cuius aere tute
. . . . promptum triticum in commentario tuo retuliſti at quidam prolatum ſignificare aiunt idem quod promptum, ſed proprium ait id dici prumptum quod in futurum factum ſit, cui ſignificationi penus contrariũ eſt cum præſertim aliud penus, aliud prõptuarium pantoleium appellctur, vt eſt apud Plautum in Trimumo,

Polubrum eſſe exiſtimant, quam nos Peluim vocamus, cuius eadem formulaque eſt polubri, tenetur que manu ſiniſtra, vt eius ſignificatio docet.

Publici Augures eodem iure cum ceteris auguribus non erant Nam cum eſſent augures numero plures, publici maieſtate ceteros anteibant origo uetuſta, ideoque obſcura illud manifeſtum ductu ſortis deligi ſolitos, qui augures publici. P. R. Quiritium in auguralibus dicerentur captabant auſpicia templo cœli regionib. deſignato quod lituo, qui quirinalis appellatur, deſignabant in pomoerio extra vrbem

es faci . . .
. . . feciſti . . . .

Picus Rex pico aue vtebantur, vt Verrius ait ob augurium, à quo ſic dictus is regem, fatuum Faunum alij quem vocant, & fatuam procreauit; & ex eis latinus ortus troianos ſummo honore adfecit vt etiam eorum regem fugientem Argiuos Aeneã hoſpicio ſuſcepit, dedit ciuitatem iunxit natam connubio.

Pube præſente, eſt populo præſente σινεχδοχιχῶς ab ijs, qui puberes ſunt omnem populum ſignificant. . . .

. .qua . . . . . . .
. .ſuſc . . . . . . .
. .dem . . . . . . .

deci



decidit . . . . .
conc. . . . . .
agor . . . . .
cadem . . . . .
tera loca . . . . .
fulgura ſacra . . . . .

Pecunia quæ erogatur in ludos, & ſpectacula, appellatur lucarie dicta e lucis captetur. . .
in codem libro . . . . .
dixi exiſtimat cuius opinionis eſt & Valerius Meſſala in explanatione xij. pipulum dicebatur . .
ploratus.

Priuilegium ſunt qui dicant eſſe priuatam legem Cicero in oratione quam ſcripſit pro domo ſua ad pontifices.

uiri . . . .
conſ . . . .
in eo . . . .
lictores . . . .
iſtimate . . . .
conſu . . . .
cos autem . . . .
nemo . . . .
dicant ſenatores equites Trib. Aerarij condemnat
tribus xxxv. quo iure, quo more, quo exemplo,
de capite ci . . . .
uetant x i i. . . . .
neficos quinq, . . . .
nant, quia ipſi ind . . .

PAVLVS.

QVADRANTAL vocabant antiqui, quam ex Græco ἀμφορέα dicunt, quod vas pedis quadrati octo & quadraginta capit ſextarios. Plautus in Curculione: Anus hæc ſitit. quantillum ſitit? modica eſt, capit Quadrantal. & Cato contra Oppium: Vinum redemiſti, prædia pro vini quadrantilibus ſexaginta in publicũ* dediſti, vinum non dediſti.

*in pulli v.c.

Quadrata Roma in Palatio ante templum Apollinis dicitur, vbi repoſita ſunt, quæ ſolent boni ominis gratia in vrbe condenda adhiberi, quia ſaxo munitus eſt initio in ſpeciem quadratam. eius loci Ennius meminit, cum ait: Et quis extiterat* Romæ regnare quadratæ.

*eſterat v.c.

PAVLVS.

Quadruplatores dicebantur, qui eo quæſtu ſe tuebantur, vt eas res perſequerentur, quarum ex legibus quadrupli erat actio.

FESTVS.

. . . populo . .
. . . ia ca . . .
in legum . . . . populi
dominatu . . . .

Quadrurbem Athenas Attius appellauit, quod ſcilicet ex quatuor vrbibus in vnam domicilia contulerunt, Braurone, Eleuſine, Pireaeo, Sunio.

Quæſo, vt ſignificat idem, quod rogo, ita quæſere ponitur ab antiquis pro quærere, vt eſt apud Ennium libro ſecundo: Oſtia munita eſt. idem loca nauibus pulchris Munda* facit, nautiſque mari quæſentibus vitam. & in Creſphonte: ducit me vxorem liberorum ſibi quæſendum gratia. & in Andromeda: liberum quæſendum cauſa familiæ matrem tuæ.

*Mũdo v.c.

PAVLVS.

Quæſo ſignificat id, quod rogo. quæſere tamen Ennius pro quærere poſuit.

FESTVS.

Quæſtores *dicebantur*, *quod quærerent de rebus* capitalibus vnde *qui talia quærunt quæſtores parr*icidi appellantur.

Quam de pro quã vſos eſſe antiquos cum multi veteres teſtimonio ſunt, tum eſt Liuius † in primo: Iuppiter, vt muro fretus magis quamde manus impe . . ſecundo. Quam de tuas omnis legiones, ac popularis. & Lucretius: Clarus ob obſcurã linguam magis inter inanes
Quam de grauis tergaios* qui vera requirunt,

†tamen huius v.c.

*Graiuuñ ter Graios.



Quamde pro quam* dicebant antiqui.

*quando

PAVLVS.

Quam mox ſignificat. quam cito. ſed ſi per ſe ponas mox, ſignificabit paullo poſt, vel poſtea.

FESTVS.

Quando cum graui voce pronunciatur, ſignificat quod, quoniam? & eſt coniunctio. quando acuto accentu, eſt temporis aduerbium.

PAVLVS.

*Quando cum graui voce pro*nuntiatur ſignificat *quod*, *quoniam*, *& eſt coniunctio* vt Plautus in M*enæchmis*. *Ideo quia* menſam, quando edo, detergeo. & in Pſeudolo: Dabó, quando erit. Ducito, quando habebis. & Ennius libro ſextodecimo: Nox quando mediis ſignis præcincta volabit. In duodecimo quidem cum C* littera vltima ſcribitur, idemque ſignificat.

FESTVS.

*E)

QVANDO REX COMITIAVIT FAS, in faſtis notari ſolet, & hoc videtur ſignificare, quando rex ſacrificulus diuinis rebus perfectis in comitium venit.

PAVLVS.

*Quando rex comitia* ſic *fas*: *ſic notatum eſſe diem in faſtis in* honorem *regis ſacrorum*, *aiunt qui de feriis* Menſtrui ſcripſerunt, *quæ nonis Februarij in Curia à* Rege dicuntur: *eæ vero à multis ſcriptoribus* traditæ ſunt, *nam quo die rex in Comitium venit eius* pars ant*erior nefas habetur*: *contra autem* poſterior *fas*: *quia ſacris peractis indeabit quod* ſi quis alius pro Rege *eo die in comitio fecerit puta Ponti*fex tum his dies *totus eſt faſtus*.

FESTVS.

QVANDO STERCVS DELATVM FAS, eodem modo in faſtis notatur dies, quo ſtercus purgatur ab æde Veſtæ.

PAVLVS.

*Quando ſt*ercus delatum fas, eo*dem modo in faſtis notatur dies*, qui talis eſt, vt *ædis veſtis in eo die purgetur* ſtercuſq; in aluum ca*pitolinum ex æde veſtæ deferãt* cum id factum ſit, *tunc prætori liceat fari tria verba*.

FESTVS.

Quartarios appellabant antiqui muliones mercenarios, quod quartam partem quæſtus capiebant. Lucilius:
porro homines nequam malus vt quartarius cippos
colligere omnes.

PAVLVS.

Quartarios appellabant muliones mercenarios, quod

quartam partem capiebant quæſtus.

Quatenus ſignificat qua fine; vt hactenus, hac fine. quatinus vero, quoniam. ſed antiqui quatenos dicebant.

FESTVS. Quatenus ſignificat qua fine; vt hactenus, hac fine. At quatinus, quoniam. Sed antiqui quatenos * dicebant, vt Scipio Africanus in ea oratione, quam ſcripſit, poſt quam ex Africa rediit. Vti negotium natum erat; quatenos* caſtra noſtra ita munita erant, vt poſſes partem exercitus abducere.
*quatenoc
*quatenoc

Quatere, ſuſpẽſum, & vicinum rei alicuius motum ſignificat, non vt Verrius putat, ferire; cum id ipſum verbũ concutere ex præpoſitione, quæ eſt con, & quatere, ſit compoſitum. quaſſare autem eſt ſæpe quatere.

PAVLVS. Quatere, ſuſpẽſum, & vicinum rei alicuius motum ſignificat, & interdum concutere quin & id ipſum verbum concutere ex quatere ſit compoſitum. quaſſare autem eſt ſæpe quatere.

*Quoaxare. Quaxare * ranæ dicuntur cum vocem mittunt.

FESTVS. Quercus dicitur, quod id genus arboris graue ſit, ac durum, tum etiam in ingentem euadat amplitudinem.
PAVLVS. querqueram enim grauem, & magnam quidam putant dici.

FESTVS. Querq*ueram febrem, grauem & magnam* nan quidam quer*cum dictam volunt, quod id genus* arboris, cum gra*ue ſit, ac durum, tum etiam in* ingentem euadat *altitudinem. Aurelius autem* Opilius frigidam *ait dici, & cum horrore tremen*tem. Santra eam ex *Græco dedicit, qui tremo*rem eiuſmodi κέγχρον *dicune. Vnde dici* etiam carcerem Plaut*us in Friuolaria is mihi* erat bilis querquera *tuſsis lucilius libro* iactans me vt febr*is querquera ter*ret alibi querqu*era conſequitur febris capitiſq. dolores.*

PAVLVS. Querqueram, frigidam cum tremore à Græco κέγχρου certum eſt dici. vnce & carcer.* Lucilius: Iactans me, vt febris querquera & alibi: Querquera conſequitur (febris) capitiſque dolores. Itẽ Plautus: Is mihi* erat bilis querqueratus.
*cancer
*mei.

Querquetulanæ dicebantur nymphæ querqueto vireſcenti præſidentes.

*vir) Querquetulanæ vtræ * putantur ſignificari nymphæ



præſidentes querqueto vireſcenti, quod genus ſiluæ indicant fuiſſe intra portam, quæ ab eo dicta ſit Querquetularia. Sed feminas antiqui quas ſciens * dicimus, viras appellabant. vnde adhuc permanent virgines, & viragines. FESTVS. *ſagas)

Querquetularia porta Romæ dicta, quod querquetum intra muros vrbis iuxta ſe habuerit. PAVLVS.

Ques antiqui dixerunt: inde declinatum remanet datiuo caſu, quibus; nam Qui adhuc item Queis* facit, vt iſti iſtis, illi illis. FESTVS. * qui v.c. qui)

Quianam pro quare, & cur poſitum, & apud antiquos, vt Næuium in carmine Punici belli: Summe deum regnator quianam genus iſti. & in ſatyra: Quianam Saturnium populum pepuliſti. & Ennius in libro ſeptimo: Quianam dictis noſtris ſententia flexa eſt.

Quianam pro quare, & cur ponitur. Ennius: Quianam dictis noſtris ſententia flexa eſt. PAVLVS.

Quid niſi vſurpauiſſe antiquos teſtis eſt Afranius in Epiſtula: me auctore mater abſtinebis. quid niſi? FESTVS.

Quietalus * ab antiquis dicebatur Orcus.

Qui hoc cenſeris, illuc tranſite, qui alia omnia in hanc partem. his verbis præit ominis videlicet cauſa, ne dicat, qui non cenſetis. * Quietalis

Quincentum & producta prima ſyllaba, & per C litterã vſurpant * antiqui, quod poſtea leuius viſum eſt, ita vt nunc dicimus pronunciari. *vſurpab.ãt)

Quinquatrus appellari quidam putant à numero dierũ, qui fere his celebrantur. qui ſcilicet errant, tam Hercule, quam qui triduo Saturnalia, & totidem diebus Compitalia. nam omnibus his ſingulis diebus fiunt ſacra. forma autẽ vocabuli eius, exemplo multorum populorum Italicorum, enuntiata eſt, quod poſt diẽ quintum Iduum eſt is dies feſtus. vt apud Tuſculanos Triatrus, & Sexatrus, & Septenatrus, & Faliſcos Decimatrus. Mineruæ autem dicatum eum diem exiſtimant, quod eo die ædis eius in Auentino conſecrata eſt.

Quinquatrus feſtiuus dies dictus, quod poſt diem quintam Iduum celebraretur, vt triatrus, & ſexatrus, & ſeptimatrus, & decimatrus. PAVLVS.

Quinque genera ſignorum obſeruant augures, ex cælo, ex auibus, ex tripudiis, ex quadrupedibus, ex diris.

FESTVS.

Quinque genera ſignorum obſeruabant augures publici ex cælo, ex auibus, ex tripudijs, ex quaprupedibus, ex diris, vt eſt in Anguralibus.

Quinquertium vocabant antiqui, quem Græci πένταθλον, vt indicat verſus hic : Omnis æqualis vincebat quinquertio. Liuius quoque ipſos athletas ſic nominat. Quinquertiones præco in medium vocat.

Quinquenales cenſores appellabantur, qui luſtrum conderent quinto quoque anno à quo nominari cœptos.

PAVLVS.

Quinquertium Græci vocant πένταθλον, quo die quinque genera artium ludo exercebantur. ipſos quoque athletas Liuius quinquertiones appellat.

Quintanea appellabatur porta in caſtris poſt prætorium vbi rerum vtenſilium forum fuit.

FESTVS.

Quintanam claſſem ait Verrius dictam, quod in ea Seru. Tullius Rex diſtributa capite Cenſorum multitudine quinque fecit, cum eas ordinauit, hanc autem afferri cauſam de capite cenſorum nomine, quod ij quo cenſerētur nihil præter ſe haberent, ſummque caput. Lucilius ſic meminit quod . . . adeptus.

PAVLVS.

Quintia prata trans Tiberim à Quintio Cincinnato, cuius fuerant, dicta ſunt.

Quintia prata dicta ſunt à Quinto Cincinatio, qui ſibi dānato filio, venditis omnibus quatuor iugerū agrum trans Tiberim paraaerat. quam agrum colentem ſenatus Dictatorem, per Viatorem, Salutauit Cincinnatum, qui de re bene geſta acto triumpho, ad priuata negotia confeſtim vediit, depoſita Dictatatura, pecuariamque rem & agrariam exercens Romanis ipſis aemulationi fuit. . vos . . . quod co . . . . . . . Quintiliani Luperci appellati videntur a Quinctilio, qui praepoſitus eſt. Lupercis: vt à Fabio Fabiani dicti ſunt. item cuperci, quib.is præpoſitus fuerit. fuiſſe autem Romulus temporib. inſtitutos vtroſque. & Fabianis & Quinctilianos, multi ſunt qui exiſtimant. quorum numerum poſtea ſaepe auctum fuiſſe, quia honoris gratia multi in Lupercis adſcribebantur.

Caipor)

Quintipor ſeruile nomen frequens apud antiquos erat, à praenomine domini ductum, vt Marcipor, Gripor.*



quamuis ſint, qui à numero natorum ex ancilla quinto loco dictum putent.

PAVLVS.

Quintipor ſeruile nomen frequens apud antiquos, à prænomine domini dictum, vt Marcipor, ſcilicet à Quinto, & Marco.

FESTVS.

Qui patres, qui conſcripti vocati ſunt in curiam, quo tempore Regibus vrbe expulſis, P. Valerius Conſul propter inopiam patriciorum ex plebe adlegit in numerum ſenatorum centum & ſexaginta & quattuor, vt expleret numerum ſenatorum trecentorum. & duo genera appellaret eſſe.*

* appellata ſunt)

Quippe ſignificare quid ni, teſtimonio eſt Ennius libro XL* Quippe ſolent reges omnes in rebus ſecundis. Idem lib. XVI. Quippe vetuſta virum non eſt ſatis bella moueri. Item alij complures.

*.xi.)

PAVLVS.

Quippe ſignificat quid ni.

FESTVS.

Quirina tribus à Curenſibus Sabinis appellationem videtur traxiſſe.

Quirinalia mēſe Februario dies, quo Quirini fiunt ſacra. idem ſtultorum feriæ appellantur, (ante, quam in eum commigrarent fere Sabini Curibus venientes poſt fœdus inter Romulum, & Tatium) quod quidem ſuorum fornacalium ſacrorum cognominant, eo potiſſimum rem diuinam faciunt.

PAVLVS.

Quirinalia, dies, quo Quirino fiebāt ſacra. eadem & ſtultorum feriæ ſunt appellata.

Quirinalis collis dictus eſt, quia in eum commigrauerunt Sabini Curibus venientes. quamuis alij à templo Quirini dictum putent.

FESTVS.

Quirinalis collis, qui nunc dicitur, olim Aegonus*appellabatur ante, quam in eum commigrarent (fere) Sabini Curibus venientes poſt fœdus inter Romulū, & Tatium ictum, à quo hanc appellationem ſortitus eſt: quamuis exiſtiment quidam, quod in eo factum ſit templum Quirino ita dictum.

* Agonus.)

PAVLVS.

Quirinalis porta dicta, ſiue quod ea in collem Quirinalem itur, ſiue quod proxime eam eſt Quirini ſacellum.

FESTVS.

*Quirinus ex hac cauſa Romulus eſt apellatus, quod curi id eſt haſta vteretur à qua Romani eo nomine Romulū appellauerūt.*

*Quirinalis porta eadem quæ & Collina dicebatur* aut legimus *apud antiquos ſcriptores, poſitum* autem *vnius nomen pro alterius nomine reperitur, quod initio ita coniunctæ fuerunt, vt vnam tantum fuiſſe* quaſi id ſuffragetur. *quam ideo nominari ait Collinam* Santra *proxime eam quod Collis Quirinallis*, eſt portam *rurſum Quirinalem ideo* appellant, ſiue quod *ea in collem Quirinalem itur, ſiue* quod proxime eam ſacel*lum eſt Quirini, vnde, id videtur* vſurpatio facta *eſt duplex nomen vni idemque rei im*poſitum eſt.

*Quirites, dicti Sabini à Curi dea, cui* aqua & vino *ſacra facere ſoliti erant. quos* tamen quid in curiis *dictos, volunt, in quibus ab* his ei ſacra fiant; *cui opinioni Verrius aduerſatur.* ab eiuſdem autem *deæ nomine videntur. Item* Curres Sabinæ *haſtæ appellatæ, quibus ea gens* armis erat potens. *nunc & Sabini & Romani Populi* ſingulare vſurpatur nomen, *vt indito* eſt præco, qui in funeris *indictiuis ita pronuntiare ſolet* illius * Quiris leto datus. Quirites autem dicti poſt fœdus à Romulo & Tatio percuſſum, communionem, & ſocietatem populi factam indicant.

* *ollus*)

Quiritium foſſæ dicuntur, quibus Ancus Marcius circumdedit vrbem, quam ſecundum oſtium Tiberis poſuit, ex quo etiam Oſtiam. & quia populi opera eas fecerat, appellauit Quiritium.

PAVLVS. Quiritium foſſæ dictæ, quod eas Ancus Marcius, cum vrbem circumdedit, Quiritum opera fecit.

Quiſpiam ſignificat aliquem. ſed vnde ſequens pars eius vſurpari cœperit, inueniri non poteſt.

FESTVS. Quiſpiam quin ſignificet aliquis, & quæpiam, aliquæ, *ſimiliter quæ" alia eiuſdem generis, vt dubium non eſt, ita vnde ſequens pars eius cœperit, inueniri non poteſt.

* *aliqua*)
* *qui v.c.*
* *cadiæ v.c.*

Quiſquiliæ dici putantur, quidquid ex arboribus minutis ſurculorum, foliorúmve cadit, velut quidquid cadit. * Cæcilius: Quiſquilias volantis venti ſpolia memoranti modo. & Nouius in Togularia: abi deturbate ſaxo, homo non quiſquiliæ. quid eſt?

PAVLVS. Quiſquiliæ putantur dici quidquid ex arboribus minutis ſurculorum, foliorúmque cadit, velut quidquid cadit.*

Quod *· ſignificat etiam aliquid, præterquam quod in vſu fere eſt, & Græci dicunt τί. *

* *cadiæ*
* *Quid*
* ὅτι

*Quod ſignificat* etiam aliquid, præter *quam quod in vſu fere eſt & Græci* dicunt τί.

FESTVS. Quoniam ſignificat *non ſolum id quod, quia vt ait Verrius* apud antiquos *ſed etiam id quod poſtquam hac ſcili*cet de cauſa, *quod Græcum* ἐπεὶ vtriuſque ſignificationem *optinet.*

PAVLVS. Quoniam ſignificat non ſolum id, quod quia, ſed etiam id, quod poſtquam, hac de cauſa; quod Græcum ἐπεὶ * vtriuſque ſignificationem optinet.

* ὅτι

FESTVS. Quot ſerui, tot * hoſtes, in prouerbio eſt. de quo Sinnius Capito exiſtimat errorem hominibus interueniſſe preposterе plurimis enuntiantibus, vero enim ſimilius eſſe dictum initio, Quot hoſtes, tot ſerui. tot captiui fere ad ſeruitutem adducebatur. vnde etiam mancipia, nec

* *Quod ſeruitute v.c.*

ſan . . . . . .
ſer . . . . . . .
epti . . . . . . .
ruti . . . . . . .
gia . . . . . . .
turbat . . . . . .
rent . . . . . .
uncia . . . . . .
Sinnius *Capito* . . . . .
vt peri*bant* . . . . . *be*
nificae *virtutis* . . . . .
omnibus . . . . . *an*
cillæ . . . . . . .
. . . omnis un . . . . .
. . . me part . . . . *re-*
gula ſed u . . . . . .
. . . ſaltus fixa . . . . .
. . . ferendum qui . . . .

PAVLVS.

*S pro R)

R Pro S * littera ſæpe antiqui poſuerunt, vt maioſibus, melioſibus, laſibus, feſiis, pro maioribus, melioribus, laribus, feriis.

FESTVS.

*diſſerti cuiuſ etiã v.c. diſſeritur cuiuſpiam)

R duobus in compluribus orationibus, cum de actis diſſeritur etiam * perſcribi ſolet, id eſt rationum relatarum, quod iis tabulis docentur iudices, quæ publice data, atque accepta ſint.

PAVLVS.

Rabidus à rabie, qui morbus caninus eſt.

FESTVS.

*Rabidus à rabie, dictus, qui morbus caninus eſt* Catullus de *Berecynthia & Atti. Abit in quietem molli* rabidus *furor animi.*

PAVLVS.

Rabula dicitur in multis intentus negotiis, paratúſque ad radendum quid, auferendúmque. vel quia eſt in negotiis agendis acrior, quaſi rabioſus

FESTVS.

*intentus)

*Rabula* dicitur in multis intus * negotijs, *paratúſque ad radendum* quid, auferundum*que, vel eſt ita dictus* quia acrior ſit in negotiis *agendis, & quaſi rabioſus.*

Radere *genus vetitum eſt in* lege XII. id eſt vnguib. *ſcindere.*

*traditur v. c.

*alterutri)

Rapi ſimulatur virgo ex gremio matris, aut ſi ea non eſt, ex proxima neceſſitudine, cum ad virum trahitur, * quod videlicet ea res feliciter Romulo ceſſit.

Rapi ſolet fax, qua prælucente noua nupta deducta eſt, ab vtriſque * amicis, ne aut vxor eam ſub lecto viri ea nocte ponat, aut vir in ſepulchro comburendam curet, quo vtroque mors propinqua alterius vtrius * captari putatur.

PAVLVS.

Raſores fidicines dicti, quia videntur chordas ictu radere.

FESTVS.

*Raſores fidicines antiqui appellabant, qui vt ait Verrius ita appellati vi*dentur, quia *radere ictu chordas videantur* artificio *quodam.*

PAVLVS.

*ligna

Rates vocant tigna * colligata, quæ per aquam aguntur, quo vocabulo interdum etiam naues ſignificantur.

FESTVS.

Rates *vocantur tigna, inter ſe colligata* quæ per aquam *agantur quo quidem vocabulo* interdum etiam naues *ipſe ſignificantur* Afranius in Epiſtula . . . .



*vento per*culſam ratem. item *eodem nomine ſignificarint* etiam *remos, Attius. in Neopto*lemo. atque ego repercutio *ratibus mare,* & alio loco. Sed iam pro*pellunt cæruleum ra*tes ſalum.

PAVLVS.

Ratiſſima quoque ab iis quæ rata dicimus. vnde etiam rationes dictæ. Cato in Q. Thermum. erga rempublicã multa beneficia ratiſſima, atque gratiſſima.

Ratiſſima quoque ab iis, quæ dicimus rata. vnde etiam rationes dictæ,

Ratitum quadrãtem dictum putant, quod in eo, & triente ratis fuerit effigies, vt nauis in aſſe.

FESTVS.

*Ratitum quadrantem* Tarquin*ius in libro quem inſcripſit de* . . . . & Oppius A*urelius, dictum putat, quod* in eo & tri*ente, ratis fuerit effigies* vt nauis in aſſe, *a qua quidem re appellatum* quoque ratitum *dicunt. Meminit trientis* ratiti Antonius, *qui ratitos ex hac cauſa dici* trientes putat, *quod ratis appellatio tertiæ par*tis aſſis ſit, quin*a autem, aut alius partis in* illa ſit, ſed ſe*cundum numerum, vt Sex*tans, nec hac re ra*tem dici ſolere, niſi de ter*na: ac legionum vnam. *vnam ratem triente* ſignificat, quod hi pe*nderentur trientes cum* ratio cum his putaretur, *quibus ſoluendæ res* eſſent.

*Claruſci v.c.

*vehis conſternates v.c.

*Vegenti v.c.

Ratumena porta à nomine eius appellata eſt, qui ludicro certamine quadrigis victor Etruſci * generis iuuenis Veiis conſternatis * equis excuſſus Romæ periit: qui equi feruntur non ante conſtitiſſe, quam peruenirent in Capitolium, conſpectúmque fictilium quadrigarum, quæ erant in faſtigio Iouis templi, quas faciendas locauerant Romani Veienti * cuidam artis figulinæ prudenti, quæ bello ſunt reciperatæ: quia in fornace adeo creuerant, vt eximi nequirent. idque prodigium portendere, videbatur, in qua ciuitate eæ fuiſſent, omnium eam futuram potentiſſimam.

PAVLVS.

Ratumenta porta à nomine cuiuſdam aurigæ ſic appellata.

FESTVS.

Ratus ſum, ſignificat putaui, item ratus, certus, & firmus.

Ratus ſum, ſignificat putaui, ſed alioqui pro firmo, certo

ponitur ratus.,& ratum .Ennius: Occiduntur, vbi potitur ratus Romulus prædam. & Attius in Menalippo: neque ratum eſt,quod dicas,neque quæ agitas,diſcendi eſt locus.

PAVLVS. Raua vox rauca,& parum liquida,proxime canum latratum ſonans. vnde etiam cauſidicus pugnaciter loquens rabula.

FEST. *Rauam* uocem *ſignificare ait Verrius raucam*, *&* parum *liquidam*, *proxime canum latratum ſon* autem, *vnde etiam cauſidicus pugnaciter* loquens, *rabula appellabatur vt eſt apud* Lucilium . . . . .

t rauil*læ* . . . . . .

*rauiſt*elli, niſi *à raui potius dictos volumus vt eſt apud* Plautum, qui *ait in Aulularia vbi ſi quid* poſcamus (quod) *ad rauim poſcamus prius*, *&* *alibi* ex purga*bo hercle omnia ad raucam* rauim. *

PAVLVS. Raui coloris appellantur, qui ſunt inter flauos & cæſios, quos Plautus appellat rauiſtellos. Quis inquit,hæc mulier, & ille rauiſtellus, qui venit?

FESTVS. R*aui coloris*, *rauiſtelli* appellan*tur a Plauto*, *qui ſunt inter flauos & cæſios* rauo ſub con. . . . .

. . . quod genus homin*um peſſimum eſt Idem ina Epidico*:ſed quis hæc eſt *muliercula & illa rauiſtellus*, *qui* venit.

*Rauillæ) Rauiliæ * a rauis oculis. quemadmodum a cæſiis cæſullæ.

Rauim anti*qui pro raucitate dicebant*. Plautus. Vbi ſi quid poſ*camus ad rauim poſcamus* item experiuraui * hercle *omnia ad raucam rau*im & in artemone & . . .

* expurgaui) *Cæcilius* in Hypobolimæo. Prius *ad rauim poſcaris quam plac*entem feceris.

PAVLVS. Rauias. Rauim dicebant pro raucitate. vnde & verbum rauio, rauis.*

FESTVS. Raucos apella*tos eſſe ait Verrius videri* ab ariditate, *ſiue a Similitudine quadam ſpi*carum ariſtæ in *spicis namque flaua fru*menta raua appell*ari Idem Verrius* docet.

REAPSE eſt re ipſa. Pacuuius in Armorũ iudicio: Si,non



eſt ingratum reapſe, quid feci bene.

Recellere, reclinare? & excellere, in altum extollere.

Recepticium ſeruum, Cato in ſuaſione legis Voconiæ cum ait,ſignificat. qui ob vitium redhibitus ſit. Vbi irata facta eſt, ſeruum recepticium ſectari,atque flagitare virum iubet. PAVLVS.

Recepticius ſeruus eſt, qui ob vitium redhibitus eſt. FESTVS.

Receptus mos eſt,quem ſua ſponte ciuitas alienũ adſciuit

Recinium, omne veſtimentum quadratum. ij, qui duodecim interpretati ſunt,eſſe dixerũt virilem togam. qua* mulieres vtebantur, prætextam* clauo purpureo vnde reciniati mimi planipedes. quam rem diligenter exſequitur Santra libro ſecundo de antiquitate verborum. *virtoga.ve *prætextum v.c. PAVLVS.

Recinium,omne veſtimentum quadratũ. vnde reciniati mimi.

Reciperatio eſt,cum inter ciuitates peregrinas lex conuenit, vt res priuatæ reddantur ſingulis,recuperenturque. FEST.

Reciperatio eſt, vt ait Gallus Aelius,cum inter populum, & reges, nationeſque, & ciuitates peregrinas lex cõuenit: quomodo per reciperatores reddantur res, reciperenturque, reſque priuatas inter ſe perſequantur.

Recipie pud Catonem pro recipiam, vt alia eiuſmodicomplura. PAVLVS.

Recipie, recipiam.

Reciprocare pro vltro, citroque poſcere. vnde eque gremiisſublectare, ac figere. FEST.

Reciprocare pro vltro, citroque poſcere vſi ſunt antiqui. quia procare eſt poſcere, Pacuuius in Teucro: Rapido, reciproco, percito, auguſto, citare, rectem, reciprocare vnde e que gremiis ſubiectare, adfigere. Plautus in Aſtraba. quaſi tollenono, aut pilum græcum reciproccis plana vta.

Reconductæ fecerit, & condere vrbem, facere. ædificare, vt Cincius teſtatur in libro de verbis priſcis.

Rectæ appellantur veſtimenta virilia, quæ patres liberis ſuis conficienda curant ominis cauſa. ita vſurpata, quod a ſtantibus & in altitudinem texuntur.

Rectæ appellantur veſtimenta virilia, quæ a ſtantibus, &

PAVLVS.

in altitudinem texuntur.

FESTVS.

Recto fronte ceteros ſequi ſi norit. Cato in diſſertatione conſulatus, antiquæ id conſuetudinis fuit, vt cum ait Ennius quoque, a ſtirpe ſupremo. &, Ilia dia nepos. & lupus feta. * &, nulla metus. & iam in commentariis ſacrorum pontificalium frequenter eſt hic ouis, & hæc agnus, ac porcus. quæ non vt vitia, ſed vt antiquam conſuetudinem teſtantia debemus accipere.

*femina)

*Redampiruare "&) * redantruauit) "proærenda v.c ·*· Redamptruare.v.c. Redampiruare) *ferum v. c.

Redentruare * dicitur in Saliorum exultationibus, cum præſul ampiruauit, quod eſt motus edidit, ei" referuntur inuicem iidem motus. Lucilius: præſul vt ampiruet, inde vulgus redamplauit. * At Pacuuius: promerenda" gratia Simul, cum videam Graios nihil mediocriter Redantruare ·*· opibuſque ſummis perſequi.

Redarguiſſe per E litteram Scipio Africanus Paulli filius dicitur enũtiaſſe, vt idem etiam pertiſum. cuius meminit. Lucilius, cum ait: quo facetior videare, & ſcire pluſquam ceteri pertiſum hominem, non pertæſum dicere ferunt, * nam genus.

*L.efactæ v.c.

Redemptitauere item, vt clamitauere, Cato (idem) in ea, qua egit de ſignis, & tabulis. honorem temptauere ait, malefacta * benefactis non redemptitauere.

PAVLVS.

Redemptitauere, vt domitauere.

FESTVS.

*condixerant v.c. *Nauius. v.c. Nouius) "ſalutant iube.v.c. ·*·mulium. v.c ·*·cum eaſſem v.c. "cum ea' ſe oblectet) ·*·in nectoris lyriſque. v.c. *hoſtiris)

Redemptores proprie, atque antiqua conſuetudine dicebantur, qui cum quid publice faciendum, aut præbendum conduxerant, * effecerantque; tum demum pecunias accipiebant. nã antiquitus emere pro accipere ponebatur. At ij nunc dicuntur redemptores, qui quid cõduxerant præbendum vtendumque.

Redhoſtire, referre gratiam. Næuius * in Lupo: vel Veiens regem ſalutat iube Albanum milium ·*· comitem ſenem ſapientem contra redhoſtis Menalus. & Attius in Amphitrione: Cedo ecquid te redhoſtitum, cum meaſſem ·*· obiectet facilius. Nam & hoſtire pro æquare poſuerunt. Ennius in Chreſphonte: audis atque auditis hoſtimentum adiungito. & in Hectoris lytris. Quæ * mea cominus machæra, atque haſta hoſpius * manu. & Pacuuius in Teucro: niſi coerceo proteruitates atque hoſtio ferociam.



PAVLVS.

Redhoſtire eſt gratiam referre. nam & hoſtire pro æquare poſuerunt.

FESTVS.

*Redhibitum) ·*·ei)

Redibitur tum * id proprie dicitur quod redditum eſt, improbatumque, & ·*· qui dedit, idemque rurſus coactus eſt habere id, quod ante habuit.

PAVLVS.

Rediculi fanum extra portam Capenã fuit, quia accedens ad vrbem Hannibal ex eo loco redierit quibuſdam pertertius viſis.

FESTVS.

*Rediculi fanum extra portam* Capenam *Cornificius ait fuiſſe qui rediculus* propterea appel*latus eſt quia accedens ad* vrbem Hannibal, *ex eo loco redierit*, *quibuſ*dam viſis perterritus.

PAVLVS.

Redimiculum vocant mulieres catellam, qua maxime vtuntur ornatus cauſa.

Redinunt, redeunt.

FESTVS.

*Redinunt ſignificat, redeunt* Ennius . . . .
. . . redinunt in *patriam* . .
. . . eunt feri . . . .

*tuere v.c. duere)

Rediuiam quidam, alij reluuium appellant, cum circa vnguis cutis ſe re ſoluit, quia luere * eſt ſoluere. Titinius in Setina: laſſitudo conſeruum rediuiæ, flagri. & Liuius: ſcabra in legendo, rediuioſaue offendens.

PAVLVS. *rediuium "duere

Rediuia ſiue reluuium * dicitur, cum circa vngues cutis ſe ſoluit. quia reluere" eſt ſoluere.

Rediuiuum eſt ex vetuſto renouatum.

FEST. *tertio)

Rediuiuum eſt ex vetuſto renouatum. Cicero libro primo * in Verrem: vtrum exiſtimatis minus operis eſſe vnam columnam efficere ab integra nouam nullo lapide rediuiuo.

Referri diem prodictam, id eſt anteferri, religioſum eſt, vt ait Veranius in eo, qui eſt auſpiciorum de comitiis, idque exẽplo comprobat L. Iulij, & P. Licinij Cenſorum, qui id fecerunt ſine vllo decreto augurum, & ob id luſtrum parum felix fuerit.

Refert cum dicimus, errare nos ait Verrius. eſſe enim rectum rei fert datiuo ſcilicet, non ablatiuo caſu ſed eſſe iam vſu poſſeſſum.

*fabra v.c. "via v.c.

Refriua faba * dicitur, vt" ait Cincius quoque, quæ ad ſacrificium referri ſolet donum ex ſegete auſpicij cauſa,

*revocant
V.C.

quaſi reuocent *fruges, vt domum datantes teuirtico ad rem diuinam faciendam. Aelius dubitat, an ea ſit, quæ prolata in ſegetem, domum referatur, an quæ refrigatur, quod eſt torreatur. ſed opinionem Cincij adiuuat, quod in ſacrificiis publicis, cũ puls fabata diis datur, nominatur refriua.

FESTVS.
*Refriuam
"quam

Refriua * dicebant, quæ" ex ſegete cauſa auſpicij domum ad ſacrificium referebant.

Refutare, redarguere, compoſitum a fando verſa A littera in V.

FESTVS

Refutare ſignificat redarguere Pacuuius in Hemiona.
. . . . quas gloria & . . .
. . . . rietas humanum. . . .
compoſitam à fando verſo a littera in V vt item in cludo factum eſt a quo recludere.

PAVLVS.
Regale eſt dignum rege.

FESTVS.
*petentibus

. . . . . gnum Rege.

Regalia exta appellantur, quæ potentibus * inſperatum honorem pollicentur; priuatis & humilioribus hereditates; filio familiæ dominationem.

PAVLVS.
Regia, domus, vbi Rex habitat.

FESTVS.

. . . . aliquo regiæ fe . . . .

Regleſcit cum dixit Plautus, ſignificat creſcit hoc verſu vix ſuperſum dolori, qui in dies vae miſero mihi, ac perdito regleſcit magis magiſque inde etiam glires dicti videntur, quibus corpus pinguitudine adcreſcit.

Regieſcit apud Plautum ſignificat creſcit.

PAVLVS.
Regifugium ſacrum dicebant, quo die Rex Tarquinius fugerit e Roma.

FESTVS.
Regifugium dies notatur in faſtis VI. Kal. martias, vt ait Verrius ita dictus, quia eo die rex Tarquinius Roma fugerit quod falſum eſſe arguit Contius in libro faſtorum & Tullius de feriis qui Saliares Virgines et Salios adeſſe dicunt regi ſacrorum cum facit ſacrificium in Comitio, quo facto ſtatim fugit quod verum cognouerit eſſe, qui legerit faſtis dies tales, quales notantur ſic. Q. R E X. C. F. ide ſt quando Rex comitandit, fas. id eſt ad comitium itat. his enim tantum feriis.





Regi ſacrorum in Comitium nec in aliis ire licet qui mos videtur aſcitus ex Etruria regi fugium, item dies notatur in faſtis kal. Iuniis qui dies, quia totus nefaſtus non eſt legi debet cum nota N. non N. quod ille dies ſit e nefaſto faſtus Regia dicta, vel quod ſacrorum cauſa tanquam in fanum a Pontifice conuocati in eam conuenirent aut quod in ea ſacra a rege ſacrificulo erant ſolita vſurpari. Regis feriæ dictæ videntur, quæ fiunt fori cõuentus, & nundinarum cauſa in ciuitate aliquem per ſacerdotem, qui ſit regia maieſtate. ſed non ſemper ob hanc vnam cauſam tantum, qui homini talis mageſtatis cura datur etiã, cum expiatio ictus fulguris fit, aut in procurando portento ſimili quo regiæ feriæ etiam ſolitæ ſunt

Regillis, tunicis albis, & reticulis luteis vtriſque. . ctis* textis ſuſumverſum a ſtantibus pridie nuptiarum diem virginis* indutæ cubitum ibant ominis cauſa, vt etiam in togis virilibus dandis obſeruari ſolet.

*rectis)
*virgines)

Regimen pro regiměto vſurpant poetæ. Ennius libro ſexto decimo: Primus ſenex Bradyn(in) regimen, bellique peritus.

Regium eſt quod eſt, aut fuit regis vt ſeruus regius, & domus regia, qualis eſt Numæ Pompilij at regale facinus, quod eſt dignum Rege.

Romanos in libro X I. Græcos appellat Ennius, cum ait contendunt Græcos Graij memorare ſolent ſos, quod græca lingua longos per temporis tractus gentibus Hiſpani, non Romanos ait, græcos locutos, cum Romulus vrbis conditor verbis linguæ Latinæ locutus ſit, ſed quod olim lingua Græciæ gentis fuerit eadem cum latina parum pro prolatione mutata hoc autem verum eſſe indicat origo eius, quæ videtur quaſi Græce vſurpatio.

Regium eſt, quod eſt, aut fuit regis.

PAVLVS
FESTVS.

Relegati dicuntur proprie, quibus ignominiæ, aut poenæ cauſa neceſſe eſt ab vrbe Roma, alioue quo loco abeſſe lege, Senatuſque conſulto aut edicto magiſtratus, vt etiam Aelius Gallus indicat.

Religioni eſt quibuſdam porta Carmentali egredi, & in

æde Iani, quæ eſt extra eam, ſenatum habere : quod ea egreſſi ſex & trecenti Fabij apud Cremeram omnes interfecti ſunt, cum in æde Iani Senatus conſultum factum eſſet, vti proficiſcerentur.

Religionis præcipuæ habetur Cenſo*ria mageſtas*, *cuius in libris de vita P. R*, Varro ex*empla haec profert* . *M. Fulnius nobil*ior cum M. *Æmilio*. L*epido*. *Cenſor factus*, *cum ei* admodum *inimicus antea extitiſſet* . *ſæpeque iu*dicia cum *eo ſibi fuiſſent* , *publicæ rei cauſa* , quæ in pri*mis ſpectatur* , *ſtatim eo delato mun*ere homini *inimicus remiſit*. *quod eius animi* iudicium fu*it omnibus gratum & probatum A. Poſt*umius Q. *Fuluius Cenſores facti quia Fuluius duos filios* amiſerat *in Illirico militantes* , *& propter grauem mor*bum ocul*orum* , *Cenſuram gerere non poterat*, *vt* libri S*y*bill*ini adirentur* , *auctor fuit & vt publi*cæ ſuppli*caretur pro valetudine collegæ* TI . Sempro*nius cum a Rutilio* . *Tr.pl.* *Cenſoria* fides labefa*ctaretur*. *qui ob parietem dirutum iratus* cum eſſet Aed*is priuate*, *die dicta collegam Claudium* condemna*uerat fecit vt eadẽ illae*, *codẽ quae in loco* erant cõde*mnatũ abſoluerant cenſuriae* L. Aemili Paulli *&* Q. *Philippi religioſa Cenſura* fuit, laborauit *Paulus morbo graui* , *& paene* amiſſione capi*tis in eo honore* , *religioſa item* & P. Corneli *Scipionis* N*aſicae* , *cui collega*, *M. P.*opilius poſt conſ*ulem qui fratrem vidit* , Cen*ſura* fuit vadatus *enim cum eſſet*. . .

S. *a* P. *R. Liberatum* conſtat M. Val*erius Meſſala*. *C. Caſſius Lon*ginus Cenſores, *quorum in magiſtratu ſubuerſa pudici*tia fuerat, famoſi *extiterunt* : *nam palmam quae* in capitolio in ara *ipſa Iouis optimi maximi*, *bello* perſico nata fuerat, *tunc proſtratam ferunt & ibi ena*tam ficum, infameſque *rurſus fecit* , *qui ſine* vllo pudicitiæ reſpe*ctu fuerant cenſores* L. Corneli Lentuli, C. *Cenſorini ſequitur Cenſura* Lentulus iudicio pu*blico repetundarum damnatus* fuerat. plurimi itaq. Ce*nſuram adepto damnationis pœnam remiſerunt* P. *Africani*, *Luci*j Mummi Cen*ſura inſignis* : *ſed in qua ſegnitiæ* in agend*o notetur*.



*Mummius is Aſellum nulla* ſoluta pœ*na ex ærariis exemit* . *Africani irriſa ſe* veritate , *qui illum fecerat ærarium* . *Sed* & Q. Fului N*o*b*ilioris* , *& eius collegæ*, *T Annij Luſ*ci fuit no*biliſſima Cenſura nobilitati* tribus notis *iniuſtis ſeueriſſimis Q. Pompei* , *& Q.* Cæcili Metelli. *Macedonici cenſura lectus ſe*natus , ad ſum*num ſenatores amoti. ſunt* tres & eo lu*mine*, *qui aliorum offendereut* claritatem. . . . . . .

Religioſi dicuntur , qui faciendarum prætermittendarumque rerum diuinarum ſecundum morem ciuitatis dilectum habent, nec ſe ſuperſtititionibus inplicant.

Religioſum, ac ſacrum eſt, vt templa omnia , atque ædes, quæ etiam ſacratæ dicuntur. ad * quod per ſe religioſum eſt, non vti*que ſacrum eſt* ? *vt ſepulcra* quod ea non *ſacra ſed religioſa ſunt*. *at)

Religioſus eſt nõ modo deorum ſanctitatem magni æſtimans, ſed etiam officioſus aduerſus homines. Dies autem religioſi. quibus, niſi quod neceſſe eſt. nefas habetur facere. quales ſunt ſex & triginta atri, qui appellantur. & Allienſis *atque ij, quibus mũdus patet. Eſſe, Gallus Aelius, quod homini ita facere non liceat. vt ſi id faciat, contra deorum voluntatem videatur facere. quo in genere ſunt hæc : in ædem Bonæ deæ virum introire: aduerſus myſtica*legem ad populũ ferre : die nefaſto apud Prætorem lege agere. Inter ſacrum autem. & ſanctum, & religioſum differentias belliſſime refert. Sacrũ ædificium, conſecratum deo. Sanctum murum. qui ſit circum oppidum. Religioſum ſepulcrum , vbi mortuus ſepultus, aut humatus ſit, ſatis conſtare ait. Sed ita portione quadam , & temporibus eadem videri poſſe. Si quidam quod ſacrum eſt, idem lege, aut inſtituto maiorum ſanctum eſſe putant,* violari id ſine pœna non poſſit. idem religioſum quoque eſſe, (qui non iam .ſit aliquid, quod ibi homini facere non liceat , quod ſi faciat , aduerſus deorum voluntatem videatur facere. Similiter ne muro , & ſepulcro debere obſeruari , vt eadem , & ſacra , & ſancta , & religioſa fiant , ſed quo modo , quod ſupra expoſitum eſt , cum de ſacro diximus. **alij ſenes v c.* **myſticiae v. c. auſpicia)* **putat. vt)* ** quoniam)* **eo)*

Reluere, reſoluere, repignerare. Cæcilius in in Canire vt aurum, & veſtem, quod matris fuit, Reluat, quod viua ipſi * oppoſuit pignori. *ipſa)

PAVLVS. Reluere, ſoluere, repignerare.

FESTVS. Remancipatam Gallus Aelius eſſe ait. quæ mancipata ſit ab eo, cui in manum conuenerit.

*Remanant. V.C. Remant, * repetant. Ennius libro primo: deſunt riuos campoſque remant.*

*r manant) Remant, repetant. Ennius: Riuos, campoſque remant.

PAVLVS. Remeare, redire; vt commeare, vltro, citroque ire. vnde commeatus dari dicitur, id eſt tempus, quo ire, & redire commode * poſſit.

*quis FESTVS. Remeare, redire; vt commeare, vltro, citro ire. vnde commeatus dari dicitur, id eſt, tempus, quo ire, redireque* poſſit. Afranius (vt in emancipato ** vetuit me ſine mercede proſum paucius remeare in ludum.

*redire cum V.C. *in Emancipato) *Remeligens V.C. * Caſina) * diuinitus. V.C. Remeligines, * & remoræ a morando dictæ ſunt a Plauto in Patina. ** Nam quid illæ nunc tam diu intus remorantur remeligines? ab Afranio in Prodito. Remeligo a laribus miſſa ſum, hanc, quæ curſum cohibeam *nauis, remora alias tarditas nominatur, ab eo quod morem facit Plautus in* Trinumo, *quæ in rebus multis obſtant, odioſ*æq. *ſunt, remoramque faciunt rei priuatæ, & publicæ Lucilius quænam vox ex te reſonans mio gradu remoram facit.*

PAVLVS. Remeligines, & remoræ a morando dictæ. Plautus: Quid illæ nunc tam diuinitus * remorantur remeligines? & Lucilius: Quæ nam vox ex te reſonans meo gradu remoram facit? *diu intus)

Remillum dicitur, quaſi repandum.

FEST. Re*millum dicitur, quaſi repandum* . . . . Lucilius. ſuda . . . . . remilium & Afr*anius in* . . . . . xendice pergam . . . . . .

Remiſſo *exercitu, ſimul etiam Augur quo conſul in bello* vſus *eſt in auſpicando. diſcedere vna* iubetur, quod *tunc illo diſcedente* tum eſt exer*citum etiam eſſe nam. remiſſum*, vt cum opus ſit, *tunc ſi velit, diſcedere* poſſit



*conſules, & cenſores non* in perpetuum *Auguribus præſentibus* vtuntur vt ait Ap. *pulcher, ſed tantum in auſpicio*, quas *poſtea dimittat is, a quo lege* ſecures habitæ *ſunt prius, quem & priorem* eſſe ait Antiſt*ius. Labeo, quique eadem quo*que lege ſignifi*cari, vt prior ſit in auſpic*ando dicitur. vt *ait idem Labeo in libro de* officio auguri*s poteſt autem Augur ad &* in conſilio facere, *vel in alto, quo ſed &* loco pulliſ*que pultem edentibus ſoliſtim*um facit auſpic*ium, poteſt etiam ſi v*elit intra pomo*erium ſin autem, in templo* conſiſtit.

Remorbeſcat, in morbum recidat. PAVLVS.

Remorbeſcat En*nius poſuiſſe videtur, pro in mor*bum recidat. FESTVS.

Remores aues in auſpicio dicuntur, quæ acturum aliquid remorari compellunt. PAVLVS.

FESTVS. Rem*ones item in auſpicio aues dicuntur quæ acturum aliquid* remor*ari compellunt*

Remulco eſt, cum ſcaphæ remis nauis magna trahitur. PAVLVS.

FESTVS. *Remulco eſt, cum ſcaphæ remis nauis magna trahitur Rigidum & præter modum frigidum ſigni*ficat *&/ datum* . . . .

Remurinus ager dictus, quia poſſeſſus eſt a Remo. & habitatio Remi Remona. ſed & locus in ſummo Auentino Remoria dicitur, vbi Remus de vrbe condenda fuerat auſpicatus. PAVLVS.

FESTVS *Remurinus ager* dictus, *quia poſſeſſus eſt a* Remo *& habitatio Remi*, remur*ia item in Auentino dicta. namque Auentinum in quo habitaret, elegiſſe* Remum *dicunt, vnde* voc*itatam aiunt* Remur*eam, locum ſummo Auentino, vbi* de vrbe *condenda fuerat auſpicatus alias* Remorum quon*dam eum locum appellatum fuiſſe* . . . . . . . teſtis *eſt* . . . . . .

PAVLVS. Renanciſcitur ſignificat reprehendit. * vnde adhuc nos dicimus nanciſcitur, & nactus, id eſt adeptus. * deprehendit

FESTVS. Rena*ciſcitur, Verrius quidem ſigni*ficare ait *reprehendit. Vnde adhuc nos* dicimus nanciſcitur, *& nactus, id eſt adeptus.*

Renouatiuum fulgur vocatur, cum ex aliquo fulgure fun-

ctio fieri cœpit, ſi factum eſt ſimile fulgur, quod idem ſignificet.

*Reor*, exiſtimo, & quæcun*que ab eo declinantur*, quorum paſſiua auctor*itas eſt*.

Reor, exiſtimo, & quæcunque ab eo declinantur.

Repagula ſunt, vt Verrius ait, quæ patefaciundi gratia ita * figuntur, vt ex contrario quæ oppanguntur. Cicero in Verrem libro quarto: poſtea conuolſis repagulis, effractiſque valuis demoliri ſignum, ac vectibus labefactari conantur. quæ pœtæ interdum repages appellant.

Repagula ſunt, quæ patefaciendi gratia ita figuntur, vt e contrario oppangantur: hæc & repages dicuntur.

Repanda * locantur Pompina * flumin*a, id eſt, purganda vetæ enim vocantur arbores, quæ aut ex ripis fluminum eminent, aut in alueis extant.*

Repaſtinari ager is dicitur, vt Verrius exiſtimat, cuius natura * mutatur fodiendo, cum aut ſilueſter excodicatur, " aut lapis mollitur frangendo, vt fiat paſcui, * vel pecoribus herba, vel hominibus ſatione. * Cato in ea, quam ſcripſit de ſuis virtutibus contra Thermum: ego iam a principio in parſimonia, atque in duritia, atque induſtria omnem adoleſcentiam meam abſtinui, agro colendo, ſaxis Sabinis, ſilicibus repaſtinandis, atque conſerendis. Afranius in Repudiato: Repaſtina ſerati ſenex fugis.

Repaſtinari ager is dicitur, cuius natura fodiendo mutatur.

Repedare, recedere.

Repedare, recedere. Pacuuius: paulum repeda * gnatę a veſtibulo gradum.

Repertum dicitur, quaſi repartum, & reparatum.

Re . . . . . . . .

R*epertum dicitur idem* quod amiſſum recipe*re, quaſi repertum &* reparatum.

Repotia poſtridie nuptias apud nouum maritum cenatur quia quaſi reficitur potatio. Pacuuius in Iliona: abeo depulſum mamma pædagogandum accipit apportalis liber.

Repotia poſtridie nuptias apud nouum maritum cenatur,



quia quaſi reficitur potatio.

Repudium, quod fit ob rem pudendam, appellatum.

Repudium Verrius ait dictum, quod fit ob rem pudendam. Attius: Repudio eiecta ab Argis iamdudum exſulo. FESTVS.

Repulſior ſecunda conlatione dixit Cato in ea, quæ eſt contra Cornelium apud populum. Nec * quis incultior, religioſior, deſertior, publicis negotiis repulſior. **Haec v.c. Ec*

Repulſior Cato dixit comparatiue à repulſo. PAVLVS.

Reque eapſe, re ipſa.

Reque eapſe Scipio Africanus Paulli filius, cum pro æde Caſtoris dixit, hac cõpoſitione vſus eſt. quibus de hominibus ego ſæpe, atque in multis locis opera, factis, ſum conſiliis, reque eapſe (ſæpe) bene meritus ſpem, * id eſt & re ipſa. FESTVS. PAVLVS.

Res comperendinata ſignificat iudicium in diem tertium conſtitutum. FESTVS.

Reſecrare, res o*luere religione. Vtique cum* reus populum co*mitiis orauerat per deos* vt eo periculo *liberaretur, iubebat mag*iſtratus eum reſecrare. *Rurſus autem, idem. Vti* ſe liberarent inſiſt*ebat, & quod Inſons* innocenſque eſſet cau*ſabatur: & quod caput* eſt, ne eidem iterum *dies diceretur, neue iterum* animaduerti *ſtatuerunt in eum, deprecabatur* cumque comitia eſſ*ent dimittenda*.

. . . ut . . .
. . . iure . .
. . . ut . .
. . . ica . .

Pl*autus Reſecroque mater quod du*dum ob*ſecraueram*.

. . . ror . . .
. . . is con . .
. . . dicium . .

Reſecrare, ſoluere religione. vtique cum reus populum comitiis orauerat per deos, vt eo periculo liberaretur, iubebat magiſtratus eum reſecrare. Plautus: Reſecroque mater, quod dudum obſecraueram. PAVLVS.

Reſerari à ſera dictum eſt.

R*eſerari Verrius ait* dici ab eo, quæ de *mota ſera à Ianuæ card*ine pateſiant *fores inde quæ* FESTVS.

*patefacta* & decluſa ſint re*ſerata dici ſera* neque dicantur fuſtes,*qui opponuntur clauſis* foribus. Pacuuius in *armorũ indicio nunc* pandite valuas *remouete ſeſaras vt* complectar.

PAVLVS. Reſes ignauus,quia reſidet.

FESTVS. Re*ſes,& reſiduus dicitur ignauus quia* reſidet. Atti*us in* .

. . *odi* reſiduos, ſumno *deditos atque inertes, aſ-*

. . *frawius* in roſa : præterea *reſides multi* Pacu-

. . ius in arm*orum iudicio* tuque te deſidere *mauis reſidem at contra* nos hic eſſe in *labore* . .

*Pacuuius in Arm.

Reſidiare,* ſæpe reſilire.

*Reſultare

PAVLVS. . . ſulta .

FESTVS. Reſignare antiqui pro reſcribere ponebant,vt adhuc ſubſignare dicimus pro ſubſcribere. Cato de ſpoliis, neſigerentur, niſi quæ de ho*ſti bus capt a eſſent. Sed tum vbi indiuiſi ſunt* reuert*antur reſignatis vectigalibus*.

. . . . nar . . .

. . . requi . . .

. . . alia a . .

. . . quod m . .

. . . reb . . .

. . . in di . .

. . . tertium . .

. . . ranorum . .

. . . poſiti . .

. . . niſi a . .

. . . uocabu . .

. . . cretum . .

PAVLVS. Reſignare antiqui dicebant pro reſcribere, vt adhuc ſubſignare dicimus pro ſubſcribere.

FESTVS. Reſignatum æs dicitur militi, cum ob delictum aliquod iuſſu Tribuni militum, (ne ſtipendium ei detur,) in tabulas refertur. reſignare enim antiqui pro ſcribere interdum ponebant.

PAVLVS. Reſperſum vinum dixerunt, quia vino ſepulcrum ſpargebatur.

FESTVS. Re*ſperſum vinum* ſignificat *apud antiquos : quia in ſacris* nouendia*libus vino mortui ſepulcrum* ſpargebatur .

. . . . .



Reſpicere autem &* in auſpicando,vnde quis auem proſpexit,cum eodem reuertitur.

*auem eſt)

Reſpici auis *tunc dicebatur , cum peracto ſacri*ficio , quaſi finis impetr*atus eſſet. & quaſi forans* comitia perfecta, ſumi *tum reum iubebant ſacer*dotes ſuo more , aliſq. *peractis iuxta conſuetudi*nem luci,in quo ſacra ſa*ciebant*, *reo à cal*atoribus ingeniculato , *atque ita inclinato* vinum in caput in*fundebant ſolemni cum pre*catione.

Reſpublicas multarum ciuitatũ pluraliter dixit C. Gracchus in ea,quam conſcripſit de lege P. Ennij,* & peregrinis,cum ait : eæ nationes, cum aliis rebus, per auaritiam,atque ſtultitiam, reſpublicas ſuas amiſerũt.

*Penni)

Reſtat pro diſtat ait Ennius: ponere,cum is dicat., impetus,aut longe mediis regionibus reſtat.

PAVLVS. Reſtat Ennius poſuit pro diſtat.

Reſtibilis ager fit , qui biennio continuo ſeritur farreo ſpico,id eſt ariſtato. quod ne fiat, ſolent, qui prædia locant,excipere.

FESTVS. Re*ſtibilis ager* dicitur qui bie*nnio continuo ſeritur farreo ſpi*co,id eſt ariſt*ato, quod ne fiat, ſolent qui prædia lo*cant ex*cipere*.

Retiario pugnanti aduerſus mirmillonem cãtatatur:Non te peto , piſcem peto. quid me fugis Galle ? quia mirmillonicum genus armaturæ Gallicum eſt , ipſique mirmillones ante Galli appellabantur, in quorum galeis piſcis effigies inerat. Hoc autem genus pugnæ inſtitutum videtur à Pittaco vno ex ſeptem ſapientibus, qui aduerſus Phrynonem dimicaturus propter cõtrouerſias finium, quæ erant inter Atticos & Mytilenæos rete occulto lato impediuit Phrynonem.

PAVLVS. Retractare eſt,rurſus tractare.

FESTVS. . . . . . . . re.

Retricibus cum ait Cato in ea , quam ſcripſit , cum ediſſertauit Fuluij Nobilioris Cenſuram,ſignificat aquam eo nomine, quæ eſt ſupra viam Ardeatinam inter lapidem ſecundum , & tertium. qua irrigantur horti infra viam Ardeatinam , & Aſinariam , vſque ad Latinam.

Retricibus cum ait Cato, aquam eo nomine ſignificat,

qua horti irrigantur.

Reus dictus eſt à re quam promiſit, ac debet.

Reus ſtipulando eſt idem qui ſtipulatur. Reus promittendo eſt, qui ſuo nomine alteri quid pro altero promiſit.

FESTVS.

Reus nunc dicitur, qui cauſam dicit; & item Qui quid promiſit, ſpoponditue, ac debet. ac Gallus Ælius libro ſecundo ſignificationum verborum, quæ ad ius pertinent, ait: Reus eſt, qui cum altero litem conteſtatam habet, ſiue is egit, ſiue cum eo actum eſt. Reus ſtipulando eſt idem qui ſtipulator dicitur. quippe ſuo nomine ab altero (qui ſtipulatus * eſt, non is qui alteri adſtipulatus eſt. Reus promittendo eſt, qui ſuo nomine alteri quid promiſit, quiue" pro altero quid promiſit. at Capito Ateius * in eadem quidem opinione eſt; ſed exemplo adiuuat interpretationem. Numa in ſecunda tabula ſecunda lege, in qua ſcriptum eſt: QVID HORVM FVIT VNVM IVDICI ARBITROVE REOVE, HODIE DIFFENSVS ESTO. nunc vterque actor, reuſque * in iudicio me" vocatur. itemque accuſator de vi, accitur more vetere, & conſuetudine antiqua.

*quibus pepulatus v.c.
" qui v.c.
* nactus v.c.
* actorum, reiq. v.c.
" reus.

Reus cum pro *vtroque ponatur, vt ait* Sinnius in eo quem *de reo inſcribit, ut cum dicit* pro ſe, *aut contra ſe agit, iuramento* tuo vti *poteſt.*

PAVLVS.

RHEGIVM appellatur id municipium, quod in freto Siciliæ eſt, quoniam id a rumpendo dictum, eſt.

FESTVS.

. . are oportere, ait Verrius, id municipium, quod in freto è regione.*. Siciliæ eſt. quoniam id dictum eſt a rumpendo, quod eſt Græcè ῥατᾶγαι.* eo quidem magis, quia in Gallia Ciſalpina, vbi forum Lepidi fuerat, Regium vocatur.

*regno v.c.
*ῥῆξαι.

Rhinocerotem quidam eſſe aiunt bouem Aegyptium.

Rhonde, Sicadionque, cum dixit Lucilius. quo nominari parum poſuit, tam infeſtum ſibi corpus, & valitudinem referens, quam leuis ſed* ſaluti nauigantium.

*quum illæ eſſent.

Rica eſt *veſtimentum quadratum* fimbriatum, purp*ureum, quo Flaminiæ pro* palliolo, mitraue *vtebantur, vt Verrius* exiſtimat. Titi*nius, rica ex lana* ſucida, alba veſtit*us, alij*



*dicunt, pallium eſſe* triplex, quod con*ficiant virgines ingenuæ* patrimæ ma*trimæ, quod cæruleo colore infe*ctum lauetur aqua *pura. Alij quo Elaminica cingat pi*leum.

PAVLVS.

RICA eſt veſtimentum quadratum fimbriatum purpureum, quo Flaminicæ pro palliolo vtebantur. Alij dicunt, quod ex lana fiat ſuccida alba, quod conficiunt virgines ingenuæ patrimæ, matrimæ ciues, & inficiatur ceruleo colore.

*vel

Ricæ, & riculæ vocantur parua ricinia, vt * palliola ad vſum capitis facta.

FESTVS.

Ricæ, & riculæ vocantur parua ricinia, vt palliola ad vſum capitis facta, Granius quidem ait eſſe muliebre cingulum capitis, quo pro vitta Flaminica redimiatur.

Rictus *rixæ rixoſæ, ringitur* dici videntur, quia *in diuerſum rumpantur,* contrariaque ſint *recto, quod vocabulum à* regendo, vt commo*dius deductum videatur,* dictum videri pot*eſt.*

PAVLVS.
*rixioſæ)

Rictus, rixæ, rixioſæ, * ringitur, dici videntur, quia in diuerſum rumpantur, contrariaque ſint recto. quod vocabulum dictum videtur à regendo.

FESTVS.
* de iis)

Rideo, inquit Galba Canterio, prouerbium eſt, quod Sinnius Capito ita interpretatur, niſi * qui principio rei alicuius inchoatæ deficiunt animo. Sulpicius Galba, cum in prouinciam exiens, ad portam ipſam canterium ſuum animaduertiſſet cecidiſſe, Rideo, inquit, canteri te iam laſſum eſſe, cum tam longum iter iturus, vix id ſis ingreſſus.

Ridiculus proprie dicitur, qui in rebus turpibus ridetur.

PAVLVS.

Ridiculus, qui in rebus turpibus ridetur.

Rienes antiqui vocabant nefrundines, quia Græci eos νεφρούς dicunt. Plautus; Glaber erat, tanquam rien.

FESTVS.

Rienes quos nunc vocamus, antiqui nefrundines appellabant. quia Græci νεφρούς eos vocant. Plautus in Satyrione: male tibi eueniſſe video. glaber erat tanquam rien.

*locatus) Rigidotum *cærula ſuro, cum ait* Ennius, locatus * videtur *ſuper etymo verbi Cæruli.* eſt enim à matris *nomine.* eo*dem verbo de eadem* re vſus eſt. & lib. ij. *Fert ſe* per læta *Campi* cærula prata. *Cærula, mare, ipſum dixit* & alibi inde parum *per Cærula nauibus am*bulabant Parum inſulam refert. item vnum vſurum * ſurus ferre tamen defendere poſſunt " ſuri autem ſunt ruſtes, * & ὑπονοειστιχῶς ſurculi.

* *ſurum)*
* *poſſent)*
" *fuſtes)*

PAVLVS. Rigidum, & præter modum frigidum ſignificat, & durum.

FESTVS. *Rigidum & præter modum frigidum ſignificat, & durum* . . . . . ugido u . . . . . . . . . . rigido . . . . . . . . . *rigido* ferro . . . . .

PAVLVS. Rimari eſt valde quærere, vt in rimis quoq.

FESTVS. *Rimari, quærere valde, vt in rimis quoque,* . . . . . . . . . qui te rima*tur* . . . . . . . . . . Ennius lib. XI. . . . . . . . . . utrique. . . . .

Rituales nominantur Etruſcorum libri, in quibus perſcriptum eſt, quo ritu condantur vrbes, aræ, ædes ſacrentur, qua ſanctitate muri, quo iure portæ, quo modo tribus, curiæ, centuriæ, diſtribuantur, exercitus conſtituantur, ordinentur, ceteráque eiuſmodi ad bellum, ad pacem pertinentia.

PAVLVS. Ritus eſt mos comprobatus in adminiſtrãdis ſacrificiis. Ritus eſt mos, vel conſuetudo. rite autem ſignificat bene, ac recte.

FESTVS. Rit*us eſt mos vel conſuetudo. Rite autem bene ac recte ſignificat* . . . . . . . . . . iſtic *Plautus. Menæchmis. Certe hæc mulier can*terino *ritu aſtans ſomniat* . . . . . . . homi . . . . . . ina . . . . . . telo . . . . . . alio . . . . . *facit men*tionem *te*lorum . . . . . . *ſ*olitum eſt . . . . . . remo . . . .



Riuus vulgo appellatur tenuis fluor aquæ, non ſpe, * conſiliòve factus, verum naturali ſuo inpetu. Sed ij riui dicuntur, qui manufacti ſunt, ſiue ſuper terram foſſa, ſiue ſuper * ſpecu, cuius vocabuli origo ex Græco pendet.

* *ope)*
* *ſubter)*

ROBIGALIA dies feſtus ſeptimo Kalendas Maias, quo Robigo Deo ſuo, quem putabant rubiginem auertere, ſacrificabant.

PAVLVS. Robum rubro colore, & quaſi rufo ſignificari, vt bouem quoque ruſtici appellant, manifeſtum eſt. vnde & materia quæ plurimas venas eius coloris habet, dicta eſt robur. hinc & homines valentes, & boni coloris, robuſti. robus quoque in carcere dicitur is locus, quo præcipitatur maleficorum genus, quod ante arcis robuſteis includebatur.

Rodus, * vel raudus cum dicitur, res rudis, & imperfecta ſignificatur. Hominem quoque imperitum rudem vocamus. Rudentes reſtes nauticæ, & aſini, cum vocem mittunt.

* *Rudus*

FESTVS. Rodus, vel raudus ſignificat rem rudem, & imperfectam. nam ſaxum quoque raudus appellant poetæ, vt Attius in Menalippo: Conſtituit. * cegnouit, ſenſit, * conlocat ſeſe in locum celſum. hinc manibus repere roudus ſaxeum grandem, & grauem. & in Chryſippo. Neque quiſquam à telis vacuus. ſed vti cuique obuiã * fuerat, ferrum, alius ſaxum rodum " vulgus quidem in vſu habuit, non modo pro aere imperfecto, vt Lucilius, cum ait: plumbi paxillum † rodus linique matexam * ſed etiam pro ſignato, quia in mancipando cum dicitur, ruduſculo libram ferito: aſſe tangitur libra. Cincius de verbis priſcis ſic ait: Quemadmodum omnis fere materia non deformata rudis appellatur, ſicut veſtimentum rude, non perpolitum: ſic æs infectum ruduſculum apud ædem Apollinis æs conflatum iacuit, id ad rudus appellabant. in æſtimatione cenſoria æs infectum rudus appellatur. Rudiarij ab eodem dicuntur, qui ſaga noua poliunt. Hominem imperitum rudem dicimus. Rudentes reſtes nauticæ, & aſini, cum voces mittunt.

* *Conſtituit*
" *ſenſim)*
* *obuium)*
* *ſaxio rudẽ v.c.*
† *pauxillũ)*
* *metaxam)*

PAVLVS. Roduſculana porta appellata, quod rudis, & impolita ſit

relicta, vel raudo, id eſt aere vincta.

FESTVS.

. . . quod

. . . *Roduſculana porta videtur appellata, quod rudis & impolita ſit relicta vel quia* ære *vincta fuit. nam æs, eſt Varro ait in libro antiqui*tatum *Rodus dicebatur: atque ex eo dici in mancipando, Roduſculo libram ferito* R*una genus* teli *Ennius: runata recedit id eſt; pilata eſt* genus *etiam* . . .

. . . enim . . . . .

. . . . *in* atq. . . . .

. *quod* venen*o tingebant* . . . . .

us. M . . . .

. . . . *Val*erio . . . .

Rogat, eſt conſulit populum, vel petit ab eo, vt id ſciſcat, quod ferat. vnde nos quoque in conſuetudine habemus pro petere, & orare. Cato in diſſuaſione, ne lex Bæbia derogaretur, ait: hoc potius agam, quod hic rogat.

PAVLVS.

Rogat, eſt conſulit populum, vel petit ab eo, vt id ſciſcat, quod ferat.

Rogatio eſt, cum populus conſulitur de vno, pluribúſve hominibus, quod non ad omnes pertineat; & de vna pluribúſve rebus, de quibus, non de omnibus ſanciatur. nam, quod in omnes homines, reſue populus ſciuit, lex appellatur.

FESTVS.

Rogatio eſt, cum populus conſulitur de vno pluribúſve hominibus, quod non ad omnis pertineat, & de vna, pluribúſve rebus, de quibus, non omnibus, ſanciatur. Nam quod in omnes homines, reſue populus ſciuit, lex appellatur. Itaque Gallus Aelius ait, inter legem, & rogationem hoc intereſt. rogatio eſt genus legis, quæ lex non continuo ea rogatio eſt (rogatio) non poteſt non eſſe lex, ſi modo iuſtis comitiis rogata eſt.

Romanam appellatam eſſe Cephalon Gergithius, qui de aduentu Aeneæ in Italiam videtur conſcripſiſſe, ait ab homine quodam comite Aeneæ. eum enim occupato monte, qui nunc Palatinus* dicitur, vrbem condidiſſe, atque eam Romam nominaſſe. Apollodorus in Euxenide ait, Aenea, & Lauinia natos Mayllem, Mulum, Romúmque, atque ab Romo vrbi tractum nomen. Alcinus ait Tyrrhenia Aeneæ natum filium Romulum fuiſſe, atque eo ortam Albam Aeneæ neptem, cuius filius nomine Romus* condiderit vrbem Romam.

** Palatius v.c. Palatiū)*

** Rodius v.c.*



Antigonus Italicæ hiſtoriæ ſcriptor ait, Romum quendam nomine, Ioue conceptum, vrbem condidiſſe in Palatio Romæ, eíque dediſſe nomen. Hiſtoriæ Cumanæ compoſitor Athenis quoſdam profectos Sicyionem, Theſpiáſque* ex quibus porro ciuitatibus, ob inopiam domiciliorum, compluris profectos in exteras regiones, delatos in Italiam, eóſque multo errore nominatos Aborigines, quorum ſubiecti qui fuerint Cæximparum viri, vnicarúmque virium imperio mõtem Palatium, in quo frequentiſſimi conſederint, appellauiſſe à viribus regentis Valentiam, quod nomen aduentu Euandri, Aeneæque in Italiam cum magna Græce loquentium copia interpretatum, dici cœptum Romam. Agatocles Cyzicenarum rerum conſcriptor ait, vaticinio Heleni impulſum Aeneam Italiam petiuiſſe portantem ſuam ſecum neptem, Aſcanij filiam nomine Rhomam, eámque vt Italia ſint Phryges potiti, & iis regionibus maxime, quæ nunc ſunt vicinæ vrbi, primum* omnium conſecraſſe in Palatio fidei templum. in quo monte poſtea cum conderetur vrbs, viſam eſſe iuſtam vocabuli Romæ nominis cauſam, eámque* priore, vnde ea locum dedicauiſſet fidei. Ait quidem Agatocles complures eſſe auctores. quib⁹ dicant Aeneam ſepultum in vrbe Berecyntia proxime flumen Nolon, atque ex eius progenie quendam nomine Romum veniſſe in Italiam, & vrbem Romam nominatam condidiſſe. Callias Agathoclis* Siculi qui res geſtas conſcripſit, arbitratur è manu Troianorum fugientium Ilio capto cuidam fuiſſe nomen Latino, eúmque habuiſſe coniugem Romam, à quo vt Italia ſit potitus, vrbem condiderit, quam Romam appellauiſſe. Lembus, qui appellatur. Heraclides exiſtimat, reuertentibus ab Ilio Achiuis quoſdam* tempeſtate deiectos in Italiæ regiones ſecutos Tiberis decurſum perueniſſe, vbi nunc ſit Roma, ibíque propter tædium nauigationis impulſas captiuas auctoritate virginis cuiuſdam tempeſtiuæ nomine Romes, incendiſſe claſſem, atque ab ea neceſſitate ibi manendi vrbem conditam ab his, & potiſsimum eius nomine eam appel-

** Theſpiedáſque v.c.*

** primæ v.c. primam)*

** eam quæ, v.c.*

** Caltiurus Agathocles v.c.*

** quendam v.c.*

latam, à cuius conſilio eas ſedes ſibi firmauiſſent. Galatas * ſcribit, cum poſt obitum Aeneæ imperium Italiæ perueniſſet ad Latinum Telemachi, Circéſque filium, iſque ex Romæ ſuſcepiſſet filios, Romum, Romulúmque, vrbi conditæ in Palatio cauſam fuiſſe appellandæ potiſſimum.

* Gallitas v. c.

Romæ. *Diocles Leparethius ait Italiam Numitoris Albani Regis filiam gemellos edidiſſe quos, in* ima *Tyberis ripa à fauſtulo, regio miniſtro,* expeditos *iuxta ficum appellatam poſtea à* Rom*ulo ruminalem ſic iacentes Lupam* lac *taſſe, & picum Martium nutriſſe. poſt repertos Accam Laurentiam, Fauſtuli vxorem, educaſſe* pleri*que tamen, conſio & alimenta præbente N*umitore, *nutritos aiunt quod Ilia ex marte ſe* peper*iſſe eos aſſeuerabat, ac ſecreto litteris, omni* deni*que liberali diſciplina Gabijs inſtitutos* atq. *excultos fuiſſe atque ita in muſicis pri*mam *pueritiam traduxiſſe, cum inter æquales* omnes *præſtarent corporis proceritate, & forma,* nomin*atos, alterum Romulum. Remum alterum eos vbi ex* compreſſu Illi*æ natos ſe cognouerint, & quod ex*poſitos in *ripa Tiberis lupa lactauerit, præbens* rumam, *monte vicino decendens, & quod reperti à Fauſtulo* ſunt educ*ati, Romuſque &* R*emus à Ruma* nominati poti*ſsimum: præterea quo patre* eſſent procreati *intellexerint, Numitori auo primum* reſtituiſſe reg*num, deinde de vrbe condenda* per auguria decre*uiſſe, vter eam conderet nom*inarétque ac deorum *manifeſta approbatione, Ro*mulum vrbem cond*idiſſe, eámque nominaſſe Romam* potius, quam Rom*ulam de ſuo nomine, vt amplior*e vocabuli ſigni*ficatione proſperiora patriæ* ſuæ ominaretur.

PAVLVS. Romam * Romulus de ſuo nomine appellauit, ſed ideo Romam, non Romulam, vt ampliore vocabuli ſignificatu proſperiora patriæ ſuæ ominaretur.

* *Romanos*

FESTVS. Romanam portam vulgus appellat, vbi ex epiſtylio defluit aqua. qui locus ab antiquis appellari ſolitus eſt ſtatuæ Ciciæ, quod in eo fuit ſepulcrum eius familiæ. ſed porta Romana inſtituta eſt à Romulo . . . infimo cliuo Victoriæ, qui locus gradibus in quadram formatus eſt.



eſt appellata autem Romana à Sabinis præcipue, quod ea proximus aditus erat Romam.

PAVLVS. Romana porta apud Romam à Sabinis appellata eſt, quod per eam proximus eis aditus eſſet.

Romanam portam antea *Romulam voci*tatam ferunt, quæ fuerit *ab Roma appellata.*

FESTVS. Romani *videntur ab initio nulla vſi eſſe* artificum *opera, ſed vbi primum ludos facere* cœperunt, *tunc aſciti artifices ab Etruſc*is ciuitatibus *fuerunt. Sero autem ludi* omnes, qui nunc *à Romanis celebrari ſolent*, ſunt inſtitut*i, quidam primos ponunt R*omanos, alij aiunt. *Megalenſes, id eſt, matris* magnæ, ac po*pulares Cereris: alij aiunt* in conferendis *equis Troiam Luſitaſſe pue*ros Romanos, alij *inſtitutum, vt luderent* equitando, iactu, *ſaltu, curſu, feſtis* parilibus, paribúſque etiam, *vt Ludicræ certationes à* ludentibus fierent.

PAVLVS. Romulia tribus dicta, quod ex eo agro cenſebatur, quem Romulus ceperat ex Veientibus.

FESTVS. *Romam antea Romulam appe*llatã Terentius quidem *Varro fuiſſe ait ab Romulo* deinde detortam vo*calem, detritáſque literas fuiſſe* credibile. ceterum cau*ſam eius appellationis in*ueniſſe ait Verrius *vetitam eſſe publicari.*

Romulum quidam à ficu ruminali, alij quod lupæ ruma nutritus eſt, appellatum eſſe ineptiſſime dixerunt. quẽ credibile eſt à virium magnitudine, item fratrem eius appellatos.

PAVLVS. Romulus, & Remus à virtute, hoc eſt à robore appellati ſunt.

Rorarios milites vocabant, qui leui armatura primi prælium committebant; quod, vt ante imbrem fere rorare ſolet, ſic illi, ante grauem armaturam quod prodibant, rorarij dicti.

Rorarium vinum, quod rorariis dabatur.

FESTVS. . . . . 'vbi incubare poſſet auſpicij repetendi cauſa.

PAVLVS. Roſcij appellabantur in omnibus perfecti artibus, quod Roſcius quidam perfectus vnus in arte ſua, id eſt, comœdia, iudicatus ſit.

FESTVS. Roſcij Vulgo appellari ſolent in omni arte ita perfecti, vt Roſcius comœdus in arte ſua perfectus fuerit, cui nihil deeſſet ad perfectionem, vt libro primo de oratore ait Cicero.

Ruſtica vinalia menſe Auguſto, vt eſt in faſtis, Veneri fiebant, quod eodem illo die ædis & Deæ conſecrata eſt, iumentáque & olitores ab opere ceſſent, quia omnes horti in tutela Veneris eſſe dicuntur.

PAVLVS. Roſea in campo Reatino campus appellatur, quod in eo arua rore humida ſemper feruntur.

FESTVS. Roſa in agro reatino campus appellatur, quod in eo arua rore humida ſemper ferent.

*Ratundam r.c. Rotundam * ædem Veſtæ Numa Pompilius Rex Romanorum conſecraſſe videtur, quod eandem eſſe terram, qua vita hominum ſuſtentaretur, crediderit, cámque pilæ forma eſſe: vt ſui ſimili templo dea colerentur.

PAVLVS. Rotundam faciebant ædem Veſtę ad pilæ ſimilitudinem, quod candem credebant terram eſſe.

RVBIDVS apud Plautum panis vocatur parum coctus, item ſcorteæ ampullæ rugoſæ rubidæ dici ſolent.

FESTVS. Rubidus panis appellatur parum coctus, cum rubro colore, rubefactus. Plautus in Caſina * in furnum condito atque ibi torreto pro pane rubido. Item ſcorteæ ampullæ vetuſtate rugoſæ, & coloris eiuſdem rubidæ dici ſolent.

* Caſina)

Ructare, non ructari dicendum eſt. Flaccus: Videres * alios " ructare, ac reſpuere pulcherrima ſuperbia. Cicero tamen ructaretur dixit.

PAVLVS. Ructare non ructari, dicendum ait Verrius . . .

* videtis

" alias

. . . . vt pro . . . .

. . . . os igitur . . . .

. . . . ſcrib . . . .

FESTVS. Valerius Flaccus . . . . .

Videres alios ructare, ac reſpuere pulcherrima ſuperbia M. Cicero tamen in lib 2. Philippicarum, ructaretur dixit.

Ruſuli Tribuni militum appellabantur, quos Conſul faciebat, non populus: de quorum iure, quod Rutilius Rufus legem tulerat, qua eis cauebatur multis modis (ſic enim ele-



uauerant eorum ius, ac tunc eleuabant, qui populi ſuffragio creabantur) ruſuli à cognomine Rutili ac poſt rutili appellati ſunt.

PAVLVS. Ruſuli appellabantur Tribuni militum à Conſule facti, non à populo, de quorum iure, quod Rutilius Rufus legem tulerat, Ruſuli, ac poſt Rutuli ſunt appellati.

FESTVS. Rumen eſt pars colli, qua eſca deuoratur. vnde rumare dicebatur, quod nunc ruminare.

PAVLVS. Rumen eſt pars colli qua eſca deuoratur, vnde rumare dicebant quod nunc ruminare, Rumentum, abruptio.

FESTVS. Rumentum in Auguralibus ſignificare videtur interruptio, abruptioue, dum verba Ancilibus mouendis præit, ſi interim vis canerit, tum æque atque auſpitio augurio rumentum eſtod. . . . . .

Rumex, genus teli ſimile ſpari Gallici.

PAVLVS. Rumex genus teli ſimile ſpari gallici, cuius meminit Lucili. Tum ſpara, tum rumices portantur tragula porro.

FESTVS. Ruminalis dicta eſt ficus, quod ſub ea arbore lupa mammam dedit Remo, & Romulo. mamma autem rumis * dicitur. vnde & ruſtici appellant hedos ſubrumuos, qui adhuc ſub mammis habentur.

PAVLVS. * rumus

Ruminalem ficum appellatam ait Varro prope curiam ſub veteribus, quod ſub ea arbore. Lupa rumano dederit Remo, & Rumulo id eſt, mammam mamma autem rumis dicitur. vnde ruſtici hœdos lactentes ſubrumios vocant, quia adhuc ſub mammis habent alibi autem ſunt qui putant: quod ſub ea pecus ruminari ſolitum eſſet.

FESTVS. Rumitant, rumigerantur. * Næuius: Simul alius aliunde rumitant inter ſe. **.

*rumigerant

PAVLVS. Rumitant, ſignificat rumigerant, vt Næuius ſimul alius aliud aliunde rumitant inter ſe.

**. ſere.

FESTVS. PAVLVS. Runa genus teli ſignificat. Ennius: runata recedit, id eſt, pilata.

. . . . nas . . . .

. . . . ae . . . .

FESTVS. . . . . Næuiuo . . . .

. . . . uit . . . .

. . . . ad . . . .
. . . . eſen . . .

**dederit v.c.* Rupitias in duodecim ſignificat, damnum dederis.*

PAVLVS. Rupitia damnum dederit ſignificat.

FESTVS. Ruri eſſe, non rure dicendum, teſtis eſt Terentius in Phormione, cum ait: ruri ſe continebat, ibi agrum de noſtro patre.

Ruſcum eſt, vt ait Verrius, amplius paullo herba, & exilius *virgultis, fruticibúſque·*· nō diſſimile iunco, cuius coloris rebus vti mulieres ſolitæ, " commemorat Cato Originum libro ſeptimo: Mulieres opertæ auro, purpuráque, ars, * inhæret diadema, coronas aureas ruſſea facie, galbeas * lineas, pelles, redimicula,

**exiruis v.c.*
*·*· fructibuſque v.c.*
*" ſolitas)*
** auri)*
** facile galbeos. v.c.*

Ruſpari eſt quærere crebro, vt hoc verſu indicatur: & ego ibo, vt latebras ruſpans rimer amaptimas.

PAVLVS. Ruſpari eſt crebro quærere.

Ruſtica vinalia quartodecimo Kalendas Septembris celebrabantur, quo die primum vinum in vrbem deferebant.

FESTVS. Ruſtica vinalia appellantur, menſe Auguſto quartodecimo kalendas Septembris Iouis dies feſtus, quia Latini bellum gerentes aduerſus Mezentium, omnis vini libationem ei Deo dedicauerunt. eodem autem die Veneri templa ſunt conſecrata, alterum ad circum maximum, alterum in luco libitinenſi, * quia in ipſius " deæ tutela ſunt horti.

** luci libitinenſi v.c.*
*" in pius v.c.*

Ruſtum ex rubus . . . . . .
. . . . . . . . . .

Ruta cæſa dicuntur, quæ venditor poſſeſſionis, ſui vſus gratia, concidit, ruendóque contraxit. *

** extraxit)*

Rutabulum eſt, quo ruſtici in proruendo igne panis coquendi gratia (vtuntur.) Nouius in Pico: quid ego facerem, otioſi * rodebam rutabulum. Næuius *, obſcenam viri partem deſcribens: vel quæ ſperat ſe nupturam iri "adulescentulo, ea licet ſenile tractet retritum rutabulum.

** otioſus?*
** Næuius. v.c. Nouius)*
*" viri. v.c. viro)*

PAVLVS. Rutabulum à proruendo igne vocatum, quo panes coquuntur. inuenitur tamen poſitum & pro virili mēbro.



FESTVS. Rutilæ canes, id eſt, non procul à rubro colore immolantur, vt ait Ateius Capito canario ſacrificio pro frugibus deprecandæ ſæuitiæ cauſa ſideris caniculæ.

Rutilium * rufum ſignificat, cuius coloris ſtudioſæ etiam antiquæ mulieres fuerunt. vnde traxerunt cognomina Rutilias, * vt indicat frequenter Afranius.

** Rutilius, vel Rutilus)*
** Rutiliæ, vel Rutilæ)*

PAVLVS. Rutilium * rufum ſignificat, cuius coloris ſtudioſæ etiam antiquæ mulieres fuerunt. vnde & rutilæ " dictæ ſunt.

** Rutilum, vel Rutilus)*
*" rutilae*

Rutrum dictum, quod eo arena eruitur.

FESTVS. Rutrum tenentis iuuenis eſt effigies in Capitolio ephebi more Græcorum harenam ruentis exercitationis gratia. quod ſignum Pompeius Bithynicus ex Bithinia ſuppellectilis regiæ Romam deportauit.

PAVLVS. SABATINA à lacu Sabbate dicta.

FESTVS. Sabatina . . . . . . . . . *te* . . . . . . . .

Sabini dicti. vt ait Varro *Terentius* . . . quod ea gens P P. præcipue colat deos; ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι.

PAVLVS. Sabini à cultura deorum dicti, id eſt ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι.

FESTVS. Sabini quod *volunt ſomniant*, *vetus* prouerbium *eſſe*, *& vnde manaſſe ait* Sinnius Capito, *quod quotieſcunque ſacrificium* propter *viam fieret*, *hominem* Sabinum at *illud adhibere ſolebant*: nam his pr*omittebat ſe pro eis ſomniaturum* idém*que poſtquam euigilaſſet ſacra* facientibus *narrabat omne quidquid* in quiete vi*diſſet*, *quod quidem eſſe ex ſacri*fici religione. *Vnde veniſſe videtur*, in prouerbium *Sabinos ſolitos*, *quod* vellent ſomni*are*. *ſed quia propter auidi*tatem bibendi *quædam anus mulieres* id ſomnium cap*tabant*, *vulgatum eſt* illud quoque *anus quod volt ſom*niat. fere enim quo*d vigilantes* animo *voluimus id dormientibus* parere ſolet.

Saccom*orum genus eſt arboris*, *quam dictam* Pomponius *ait ex fico*, *& mor*, quod ficus ea *ſit & morus*: *vnde no*men per M*orom & Sycon de*ductum eſt *Solem dici ait*, *quod ſolus ſit*. *Eundem* modo So*lem*, *modo Apollinem vocari*. tu es Apollo, *vt eſt in carmine ſæculari*.

PAVLVS. Sacella di*cuntur lo*ca diis ſacrata ſine tecto.

Sacella dicuntur loca diis ſacrata ſine tecto.

Sacer mons trans Anienem fluuium vltra tertium miliarium appellatur, quia Ioui fuerat conſecratus.

FESTVS. Sacer mons appellatur trans Anienem paullo vltra tertiũ miliarium; quod eum plebes, cum ſeceſſiſſet à patribus



creatis Tribunis plebis, qui ſibi eſſent auxilio, diſcedentes. Ioui conſecrauerunt. At homo ſacer is eſt, quem populus iudicauit ob maleficium, neque fas eſt eum immolari, ſed, qui occidit, parricidij non damnatur, nam lege tribunicia prima cauetur: SI QVIS EVM QVI EO PLEBEISCITO SACER SIT, OCCIDERIT, PARICIDA NE SIT. ex quo quiuis homo malus, atque inprobus ſacer appellari ſolet. Gallus Aelius ait ſacrum eſſe quocumque modo, atque inſtituto ciuitatis conſecratum ſit, ſiue ædis, ſiue ara ſiue ſignum, ſiue locus,* ſiue pecunia, ſiue quid aliud, quod diis dedicatum, atque conſecratum ſit. Quod autem priuati ſuæ religionis cauſa aliquid earum rerum deo dedicent, id Pontifices Romanos non exiſtimare ſacrum. at ſiqua ſacra priuata ſuſcepta ſunt, quæ ex inſtituto Pontificum ſtato die, aut certo loco facienda ſint, ea ſacra appellari tamquam ſacrificium. Ille locus, vbi ea ſacra priuata facienda ſunt, vix videtur ſacer eſſe. *locum* v.c.

Sacram viam quidam appellatam eſſe exiſtimant, quod in ea fœdus ictum ſit inter Romulum, ac Tatium. quidam, quòd eo itinere vtantur ſacerdotes idulium* ſacrorum conficiendorum cauſa. Itaque ne eatenus quidem, vt vulgus opinatur, ſacra appellanda eſt a regia ad domũ regis ſacrificuli, ſed etiam a regis domo ad ſacellum Sireniæ † & rurſus a regia vſque in arcem. nec * appellari debere ait Verrius, ſed diſiuncte, vt ceteras vias Flaminiam, Appiam, Latinam, vt ne Nouamuiam quidem, ſed nouam viuam. **edulium*) †*ſtreniæ*) **nec ita*)

Sacra via in vrbe appellatur, quod in ea fœdus ictum ſit inter Romulum, & Tatium. PAVLVS.

Sacramento dicitur, quod *iuriſiurandi ſacration*e interpoſita, ac tum *eſt vnde quis ſacram*ento dicitur interrogari, quia *iuſiurandum interponitur Cato* in Q. Thermum de x *hominib. tum vero ibi ad*ærat, ne mala *facinora bona fide aut* ſcelera nefaria fie*rent*, *qui dicerent*, *ſacram*ento traderetur. lege eſt*imarentur*. FESTVS.

Sacramentum dicitur, quod iuriſiurandi ſacratione interpoſita geritur. PAVLVS.

Sacramentum aes ſignificat, quod poenæ nomine penditur.

FESTVS.

Sacramentum aes ſignificat, quod poenæ nomine penditur, ſiue eo qui interrogatur, ſiue contenditur. id in aliis rebus quinquaginta aſſium eſt, in aliis rebus quingentorum inter eos, qui iudicio inter ſe contenderent. qua de re lege L. Papirij Tribuni plebis * ſanctum eſt his verbis: Quicumque Prætor poſthoc * factus erit, qui inter ciues ius dicet, tres viros (capitales) populum rogato, iique tres viri . . . . quicumque . . . facti* erunt, ſacramenta ex. . . . * iudicantoque . eodemque iure ſunto, vti ex legibus, plebeique ſcitis exigere; iudicare eſſeque * oportet. Sacramenti autem nomine id aes dici cœptum eſt, quod & propter ærarij inopiam, & ſacrorum publicorum multitudinem conſumebatur id in rebus diuinis.

*Militum)
*poſthac)
*Eti v.c.
*exigunto)
*iudiciareque eſſe, eſſeque v.c.

Sacrani appellati ſunt Reate orti, qui ex ſeptimontio Ligures, Siculoſque exegerunt. nam vere ſacro nati erant

Sacratæ leges ſunt, quibus ſanctum eſt, qui quid aduerſus eas fecerit, ſacer alicui deorum ſicut* familia, pecuniaque. Sũt qui eſſe dicant ſacratas, quas plebes iurata in monte ſacro ſciuerit.

*ſit, vt)

PAVLVS.

Sacratæ leges dicebantur, quibus ſancitum erat vt ſi quis aduerſus eas feciſſet, ſacer alicui deorum eſſet cum familia, pecuniaque.

FESTVS.

Sacrem *porcum dici ait Verrius* vbi iam *a partu habetur purus*, *aqua* re appell*atum eſſe ſacrem dicit* ita id adicit *quod parum opus eſt omiſit* vocabul*i etymon Plautus a*doleſcens quib *. hic precis porci* venunt ſac*res ſinceri* nummum *vnum en a me accipe Iube te* plari * de mea *pecunia*, *& in* Rud*ent*e. ſunt domi *agni & porci ſacru* Cato aduer*ſus*. *Q. Minutium* Thermum poſt. . . . . . *ſacrem* in ſin*u mactauit ponitur ali*quando pro *hoſtia Ennius fuſo ſangui*ne ſacrem. . . . . . . . .

*piari)

ſacrificulus *Rex appellatur* qui ea ſacra, quæ *facere*.



*reges* ſueuerant, facit, *primus memora*tur poſt Reges ex*actos Sicinnius bell*utus.

PAVLVS.

Sacrificulus Rex appellatus eſt, qui ea ſacra, quæ Reges facere aſſueuerant, feciſſet.

Sacrima appellabant muſtum, quod Libero ſacrificabant pro vineis, & vaſis, & ipſo vino conſeruandis. ſicut præmeſſum * de ſpicis, quas primum meſſuiſſent, ſacrificabant Cereri.

*præmeriuni

FESTVS.

*Sacrificium quo pro vuis* primis fiet *appellabatur ab antiquis* ſacrima: eſt *autem, vt Ælius Stilo &* Cloatius ddicunt *muſtum indi*tum in amphoram *liberalibus ſacrifi*ci cauſa pro *vuis & vino*, quæ quaſi ſacra, *ſunt*, *cum* Libero fit, vt præ*metium cum Cereri*.

Sacroſanctum dicitur, quod iureiurando interpoſito eſt inſtitutum, ſi quis id violaſſet, vt morte pænas penderet. cuius generis ſunt Tribuni plebis, Aedileſque eiuſdem ordinis. quod affirmat M. Cato in ea, quam ſcripſit Aedilis plebis ſacroſanctos eſſe.

PAVLVS.

Sacroſanctum dicebatur, quod iureiurando interpoſito erat inſtitutum, vt qui violaſſet, morte poenas penderet.

Sæculares ludi apud Romanos poſt centum annos fiebant quia ſæculum in centum annos extendi exiſtimabant.

FESTVS.

*Seculares ludi* Tarquinij Superbi regis *in agro ſunt primum facti quem* Marti conſecrauit *P. Valerius poplicola* Cos. quod populus Romanus in *loco illo antea reperīam* aram quoque Diti *ac proſerpinæ conſeruauerat in* extremo Mart*io Campo quod Terentium* appellatur demiſſa*m infra terram pedes ferè* viginti, in qua *pro malis auertendis populus* R. facere ſac*ra ſolitus erat*. *Ludos poſtea Sæculares* & nonagenſi*mo quoque anno facere ibi coepit* Popilio Lænate. *Duum* Viro *ſacrorum in quib.* hoſtis furulis * eſt *Operatus tribus diebus totidemque* noctibus ac de *inde inſtiiutum eſſe ce*ntum poſt annos v*t fierent*. *Vnde videntur*.

Sæculares appell, *quod centum annorum ſpacium* ſæculi

*hoſtiis furuis

habetur.

Sagaces appellantur multi, ac ſollertis acuminis. Afranius in Brundiſina: Quis tam ſagaci corde, atque ingenio vnico. Lucretius lib. II. Nec minus hæc animum cognoſcere *poſſe ſagacem*. *ſagacem* etiam canem *dixit*

. . . . . . . . .

inuictus ca*nis ſagax validis v*ribus fretus *ſaga quoque dicitur* mulier peri*ta ſacrorum & vir* ſapiens produ*cta prima ſyllaba*, forſitan prop*ter ambiguitatem* euitandam.

PAVLVS. Sagaces appellantur ſollertis acuminis. vnde etiam canes indagatores ſagaces ſunt appellati. Saga quoque dicitur mulier perita ſacrorum, & vir ſapiens, producta prima ſyllaba propter ambiguitatem euitandam.

Sagmina dicebant herbas verbenas. quia ex loco ſancto arcebantur legatis proficiſcentibus ad fœdus faciendum, bellumque indicendum. vel a ſanciendo, id eſt confirmando. Næuius: Scabos, * atque verbenas ſagmina ſumpſerunt.

*Scapos)

FEST. Sagmina vocantur verbenæ, id eſt herbæ puræ, quia ex loco ſancto arcebantur a Conſule, Prætoreue legatis proficiſcentibus ad fœdus faciendum, bellumque indicendum, vel ad ſanciendo, id eſt confirmando. Næuius: Ius ſacratum Iouis iurandum ſagmine.

PAVLVS. Salaciam dicebant deam aquæ, quam putabant ſalum ciere, hoc eſt mare mouere. (vnde ouidius: Nymphæque ſalaces.) quo vocabulo poetæ pro aqua vſi ſunt. Pacuuius, Hinc ſæuitiam Salaciæ Fugimus.

FESTVS. *Salacia dicta eſt quod* ſalum ciet, an*tiquos autem ait eo* vocabulo poe*tas pro aqua ipſa vſos eſſe* Pacuuius *in*. .

. . *Hinc ſæuiti*tiam Salaciæ *fugimus letique munere* veſcimur *Cereris poſt* Condor *thala*mo *nemo* vt me *tunc inde queat abducere mortali*um ſeptẽ *circum moero*.

PAVLVS. FESTVS. Salaria via Romæ eſt appellata, quia per eam Sabini ſala mari deferebant.

*Sal*ariam viam *Incipere ait a port*a, quæ nunc *Collina a*



*colle Quirina*li dicitur. *Salaria autem propterea* appellabatur *quod impetratum fuerit* vt ea liceret *à mari in ſabinos Sa*lem portari.

Salentinos a ſalo dictos. Cretas, & Illyrios, qui cum Locrenſibus nauigantes ſocietatem fecerint eius regionis Italiæ, quam *dicunt ab eis*.

Salentini a ſalo ſunt appellati.

Salias virgines Cincius ait eſſe conducticias, quæ ad ſalios adhibeantur cum apicibus paludatæ, quas Aelius stilò ſcripſit ſacrificium facere in regia cum Pontifice paludatas cum apicibus in modum ſaliorum. PAVLVS. FESTVS.

ſalicem idem * virgulti genus, non arboris dicit, & ridicule interpretatur dictam, quod ea celetitate creſcat, vt ſalire videatur. *Verrius)

ſalinum in menſa pro aquali ſolitum eſſe poni ait * cum patella, quia nihil aliud ſit ſal, quam aqua. ſalinum cum ſale in menſa ponere figulis religioni habetur, quod quondam in Eſquilina regione figulo, cum fornax plena vaſorum coqueretur, atque ille proxime eam conuiuatus, ſuper modum potus ſomno eſſet oppreſſus cum conuiuis ſuis, præteriens quidam petulans oſtio patente ex menſa ſalinum coniecit in fornacem, atque ita incendio excitato figulus cum ſuis concrematus eſt. *ait Verrius)

ſalios a ſaliendo, & ſaltando dictos eſſe, quamuis dubitari non debeat, tamẽ Polemon ait Arcada quendam fuiſſe nomne ſalium, quem Aeneas a Mantinea in Italiam deduxerit, qui iuuenes Italicos ἐνόπλιον ſaltationem docuerit. At Critolaus ſaonem ex ſamothrace cum Aenea deos penates, qui Lauinium tranſtulerit, saliare genus ſaltandi inſtituiſſe a quo appellatos ſalios, quibus per omnis dies, vbicumque manent, quia amplæ ponuntur cænæ, ſi quæ aliæ magnæ ſunt, * ſaliares appellantur. *dum v.c.

ſalmacis nomine nympha Cæli, & Terræ filiæ fertur cauſa fontis Hilicarnia aquæ appellandæ fuiſſe ſalmacidis, quam qui bibiſſet, vitio impudicitiæ molleſceret, ob eam rem, quod eius aditus auguſtatus parietibus

occaſionem largitur iuuenibus petulantibus antecedentium * puerorum, puellarumque violandarũ, quia non patet refugium. Ennius: Salmaci da ſpolia ſine ſanguine, & ſudore.

*accedentiũ)

Saltum Gallus Aelius libro ſecundo ſignificationum, quæ ad ius pertinent, ita definit: Saltus eſt, vbi ſiluæ, & paſtiones ſunt, quarum cauſa caſæ quoque. Siqua particula in eo ſaltu paſtorum, aut cuſtodum cauſa aratur, ea res non peremit nomen ſaltui, non magis, quam fundi, qui eſt in agro culto, & eius cauſa habet ædificium, ſi qua particula in eo habet ſiluam.

Salua res *eſt dum cantat ſ*enex, quare paraſiti Apollinis in ſcæna dictitent, cauſam Verrius in libro quinto, quorum prima eſt P littera reddidit, quod C.* Sulpicio, C." Fuluio Conſulibus M. Calpurnio Piſone Prætore Vrbis * faciente ludos ſubito ad arma exierint, nuntiato aduentu hoſtium, victoreſque in theatrum redierint, ſoliciti, ne intermiſſi religionem adferrent, inſtaurati qui * eſſent, inuentum eſſe ibi C. Pompinium * libertinum mimum magno natu, qui ad tibicinem ſaltaret. Itaque gaudio non interruptæ religionis editam vocem nunc quoque celebrari. At in hoc libro refert Sinnij Capitonis verba, quibus eos ludos Apollinares Claudio, & Fuluio Conſulibus factos dicit ex libris Sibyllinis, & vaticinio Marcij vatis inſtitutos, nec nominatur vllus Pomponius. ridiculeque de appellatione paraſitorum Apollinis hic cauſam reddit, cum eo in præteriiſſet. Ait enim ita appellari, quod C. Volumnius, qui ad tibicinem ſaltarit, ſecundarum partium fuerit, qui fere omnibus mimis paraſitus inducatur. Quam inconſtantiam Verrij noſtri non ſine rubore retuli.

*P) *CN.) *PR.VRB.) **inſtaurandique)* *Pomponiũ)

PAVLVS. Salutaris porta appellata eſt ab æde Salutis, quæ ei proxima fuit.

FESTVS. *Salutaris* porta appell*ata eſt ab æde ſ*alutis *quod* ei *proxima fuit alij ob ſal*utationes vo*cantur Megaleſia quin* nunc



ludi ſcenicos *olim dicebant quos* primum feciſſe C . . . . lium M. Popilium. M. F. . . *Curules* Aediles memoriæ *prodiderunt* hiſtorici ſolebant *his prodire mimi* in orcheſtra * dum *intus actus fabulæ* componerent*ur cum verſibus ob*ſcænis.

**orcheſtra)*

PAVLVS. Sambuca * organi genus, à quo ſambuciſtriæ dicuntur. machina quoque, qua vrbs expugnatur, ſimiliter vocatur. Nam, vt in organo chordæ, ſic in machina intenduntur funes. **Sambina*

FESTVS. *Sambura organi dicitur* genus. à quo Samby*ciſtriæ quoque* dicuntur. per ſimilitu*dinem etiam* eam machinam appellar*unt qua vrbes expugnan*t. nam vt in *Organo chordæ ſic in* machina funes *intenduntur.*

PAVLVS. Samnites ab haſtis appellati ſunt, quas Græci σαύνια * appellant, has enim ferre aſſueti erant, ſiue à colle Samnio, * vbi ex Sabinis aduentantes conſederunt. *σαυνία) **Samo*

Samnitibus nomen *factum ab haſtis,* propter genus *haſtæ, quod σαυνία* appellent *Græci alij aiunt* Sabinis vere *ſacro voto hoc genus* hominum *extra fines eiectum* comio Caſtronio *duce occupaſſe* collem. cui nomen *ſamnio, à quo ſamnites.*

Sanates dicti ſunt qui ſupra, infraque Romam habitauerunt, quod nomen his fuit, quia, cum defeciſſent à Romanis, breui poſt redierunt in amicitiam, quaſi ſanata mente. Itaque in duodecim cautum eſt, vt idem iuris eſſet Sanatibus, quod fortibus * id eſt bonis, & qui numquam defecerant à populo Romano. **forctibus v.c.*

*Sanates quaſi ſana*ti appella*ti id eſt ſanatæ mentis.* Sulpicius *autem Rufus ſanates*, & Opillius *Aurelius exiſtimant* dici inferior*is loci gentes* vt Tiburtes *& alios, cui enim* populo Tiburtæ *habitarunt in agro* Tiburti id *eſt peregrinos inferior*iſque loci *gentes itaque ſcriptum eſt* in FESTVS.

XII. nexo, ſolutoque forti ſanatique. Idem ius eſto id eſt honor quod & peregrino qui & infer⟨i⟩orum coloniarum, quæ ſunt deductæ in Priſcos Latinos quas Priſcus rex in egerit ſecundum mare ſupra & infra Romam in ciuitates Latinorum, eos que ſanatis propterea quod præter opinionem, eos parauiſſet ſanauiſſetq. & cum eis paciſci potuiſſet nominauit, vt ait Cincius libro II de officio iuris conſulti ne Valerius quidem meſſala in XII. explanatione id omiſit qui tamen in eo libro, quem de dictis inuolate inſcribi fortis & Sanatis duas gentis finitimas eſſe ait, de quib. legem hanc inſcriptam eſſe qua cautum vti dius manifeſto, quod P. R. haberent: neque alius quam forctos, & ſanates eam legem ſignificare exiſtimat hoc intellectio tumulti ſunt quibus quod alias placuit diſpliceat poſtea: ideoque ait ſanct forcti ſignificare ſanati inſani.

Sanctum ait dici Opilius Aurelius quod nec ſacrum eſt nec religioſum at Aelius ſtilo, quod vtrumque eſſe videatur, & ſacrum ſcilicet & religioſum plerique autem quod ei, qui id violauit, pœna ſit multaue ſancita, ſe ponetur pro ſacra taatum. Vnde & ſanctio dicta legum: ſancta item & rogatio qui concionem rogauit TR. PL.

Sandaracam ait eſſe genus caloris quod Græci ſandicem appellant Næuius. Merula ſande racino colore.

PAVLVS. Sandaraca, genus coloris. Næuius: Merula ſandaracino ore.



Sanqualis auis, quæ oſſifraga dicitur

Sanqualis auis appellatur quæ in commentariis auguralibus oſſifraga dicitur, quia in ſangi dei tutela eſt. FESTVS.

Sanqualis porta appellata eſt ab aui ſanquali, ideoque eodem eſt nomine, quo auis ipſa appellatur.

Sanqualis porta appellatur proxima ædibus Anci.* PAVLVS. *ædi Sangi)

Saperda, genus peſſimi piſcis.

Saperda genus peſſimi piſcis ſapientem etiam ſignificat cum ait Varro Belli feſtiui ſaperdæ, cum ſimus omnes. FESTVS.

Sarcito in duodecim Seruius Sulpicius ait ſignificare dãnum ſoluito præſtato.

PAVLVS. Sarcito, damnum ſoluito.

FESTVS. Sardanapalus rex Aſſyriorum fuit vnicæ luxuriæ, inter mulieres, epulaſque verſatus ſemper, atque omni tempore.

Sardare, intelligere. Næuius: Quod bruti nec ſatis ſardare queunt. PAVLVS.

Sardare intelligere ſignificat Næuius belli Punici libro quod bruti nec ſatis ſardare queunt . . FESTVS.

. . . . . . .

Sardi vernales * . . . * venales)

Sardi venales alius alio nequior. ex hoc natum prouerbium videtur, quod ludis Capitolinis, qui fiunt à vicinis prætextatis auctio velentium * fieri ſolet in qua nouiſſimus quiſque deterrimus producitur à præcone ſenex cum toga paretexta, * bullaque aurea, quo cultu Reges ſoliti ſunt eſſe E . . . corum," quia Sardi appellantur. quia Etruſca gens orta eſt Sardibus ex Lydia. Tyrrhenus enim inde profectus cum magna manu eorum occupauit eam partem Italiæ, quæ nunc vocatur Etruria. At Sinnius Capito ait Ti. Gracchum Conſulem collegã P. Valerij Faltonis Sardiniam, Corſicamque ſubegiſſe, nec prædæ quidquam aliud, quam man-

* veientium)

*prætexta)

*Etruſcorũ)

cipia captum, quorum viliſſima multitudo fuerit.

Sargus piſcis genus. qui in Aegyptio mari fere naſcitur. Lucilius: quem præclarus helops, quem Aegypto ſargus mouebit.

PAVLVS. Sargus piſcis genus in mari Aegyptio.

Sariſſa, haſta Macedonica.

FESTVS. Sariſſa eſt haſtæ Macedonicæ genus.

PAVLVS. Sarpta vineta * putata, id eſt pura facta. vnde & virgulæ abſciſſæ ſarmenta. ſarpere enim antiqui propurgare dicebant.

*Sarpa vinea.

FESTVS. *Sarpta vinea putata id* eſt pura *facta. Virgulæ enim relictę in*pedimento vitibus ſol*ent eſſe, quæ *ideo abcinduntur* inde etiam *ſarmenta ſcripto*res dici pu*tant ſarpere enim* antiqui pro purg*are dicebant.*

Sarpuntur vineæ, id eſt putantur, vt in duodecim: quandoque ſarpta, donec dempta erunt.

Sarra, Tyros * inſula.

*Epiros, vel Pylos v.c.

PAVLVS. *Sarra dicebant* quæ nunc Epiros *dicitur* . . . . . . . . . .

FESTVS.

Sarte ponebant pro integre. ob quam cauſam opera publica, quæ locantur, vt integra præſtentur, ſarta tecta vocantur. * etenim ſarcire eſt integrum facere.

PAVLVS.

*locantur

FESTVS. Sarte in augur*alibus pro inte*gro ponitur *ſane ſartéque* audire vi*dereque ob quam cauſam* opera pu*blica que locantur vt i*ntegra præſt*entur ſarta tecta vo*cantur, ete*nim ſarcire eſt integrum* facere.

Sas Verrius putat ſignificare eas teſte Ennio, qui dicat in libro primo: Virgines nam ſibi quiſque domi Romanus habet ſas. cum ſuas magis videatur ſignificare. ſicuti eiuſdem libro ſeptimo, fatendum eſt eam ſignificari, cum ait: nec* quiſquã philoſophia (quam doctrinam" Latina lingua non habet ſapientia, quæ peribetur) Inſomnis vidit prius, quã ſam diſcere cœpit: Idem cum ait ſapſam pro ipſa, nec alia ponit in libro ſextodecimo: Quo res ſapſa loco ſeſe oſtentatque iubetque. & Pacuuius in Teucro:

*neque) "philoſophiã, quæ doctrina v.c.



Teucro: Nam Teucrum regi ſapſa res reſtibiliet.

Sas, ſuas. Ennius: Virgines nam ſibi quiſq; domi Romanus habet ſas. Sam, eam. Idem Ennius: Neque quiſquã philoſophiam Inſomnis vidit prius, quam ſam diſcere cœpit. Sapſa, ipſa. Idem Ennius: Quo res ſapſa loco ſeſe oſtentat*que iubetque.* PAVLVS.

Sati*cula oppid*um in Samnio captum eſt, quo *poſtea coloniã* deduxerunt Triumuiri M. Valerius Coruus, Iunius Scæua, P. Fuluius * Longus ex S.C. Kal. Iunuariis P.* Papirio Curſore C. Iunio II. Cos. FESTVS.

* *Fluuius.* v.c.

Satis verbum Verrio melius fuit præterire, vt mihi videtur, quã tam abſurdas * opiniones ſuas de eo recitare," quas ſciens præterij, tam Hercules, quam de Scabro, quod proximum ſequebatur.

*L.) *abſurè qui v.c. "reſtare v.c.

Satur, & vir, & caro non habent.*

*obliqua)

Satura, & cibi genus ex variis rebus conditum eſt, & lex multis * aliis legibus conferta. Itaque in ſanctione legum adſcribitur: neue per ſaturam abrogato, aut derogato. T. Annius Luſcus in ea, quam dixit aduerſus Ti. Gracchum: Imperium quod plebes per ſaturam dederat, id abrogatum eſt & C. Lælius in ea, quam pro ſe dixit: dein poſtero die, quaſi per ſaturam ſententiis exquiſitis, in deditionem accipitur.

*tis v.c.

Satura, & cibi genus dicitur ex variis rebus conditum: & lex multis aliis conferta legibus: & genus carminis, vbi de multis rebus diſputatur. PAVLVS.

Saturnia Italia, & mons, qui nunc eſt Capitolinus, Saturnius appellabatur, quod in tutela Saturni eſſe exiſtimantur. Saturnij quoque dicebantur, qui caſtrum in imo cliuo Capitolino incolebant, vbi ara dicata ei deo ante bellum Troianum videtur, quia apud eam ſupplicant apertis capitibus. Nam Italici auctore Aenea velant capita; quod is, cum rem diuinam faceret in litore Laurentis agri Veneri matri, ne ab Vlyſſe cognitus interrumperet ſacrificium, caput adoperuit, atque ita conſpectum hoſtis euitauit. FESTVS.

Saturno dies feſtus celebratur menſe Decembri, quod eo ædis eſt dedicata. & is culturæ agrorum præſidere videtur, quod etiam* falx eſt ei inſigne. verſus quoq; an-

*quo etiam v.c. quoniã)

tiquiſſimi, quibus Faunus fata ceciniſſe hominibus videtur, Saturnij appellantur, quibus & à Næuio bellum Punicum ſcriptum eſt, & à multis aliis plura compoſita ſunt. qui deus in Saliaribus Saturnus * nominatur, videlicet à ſationibus.

*Satirnus)

Saturno ſacrificium fit capite aperto. Eius autem ſacro Metellus Pont. Max. cum Claudium augurem iuſsiſſet adeſſet, vt eum tunc adhiberet Ser. Sulpici Ser F. inaugurationi: ille autem excuſaret ſe ſacra ſibi familiaria obſtare quibus ſupplicandum eſſe capite aperto: Saturno autem eſſet futurum, vt cum aperto capite res ſacra faciẽda eſſet, Pontifex illum multauit Claudius prouocauit, ſed cum reconciliatus Pontifici eſſet, Claudius familiæ ſacris peractis Saturno ſacra fecit religione ſolutus. Saxum Tarpeium appellatam aiunt partem montis, qui ob ſepultam Tarpeiam ibi virginem quæ eum montem Sabinis prodere pacta erat, ita nominatus eſt. vel ab eo, quod quidam nomine L. Tarpeius Romulo regi cum propter raptas virgines aduerſaretur, in ea parte, qua ſaxum eſt de noxio pœna ſumpta, Tarpeium dictum noluerunt funeſtum locum cum altera parte Capitolij coniungi.

SCAEVAM volgus quidem & in bona, & in mala re uocat; cum aiunt bonam, & malum ſcæuam at ſcriptores in mala ponere conſueuerunt, vt apud Græcos inuenitur poſitum pro ſiniſtro ſcæuum vſurpauit Hoſtius in belli Hiſtrici libro . .

. . ſentit. ſcæuum . .

. . obit penitus . .

PAVLVS. Scæua res dicitur, mala; quaſi ſiniſtra. σκαιὸν enim Græce ſiniſtrum dicitur.

Scandulaca genus herbæ frugibus inimicæ, quod eas velut hedera implicando necat.

FESTVS. Scandulaca genus herbæ frugibus inimicæ, quod eas velut Hedera implicando necat.

Scaptenſula locus vbi argentum effoditur in Macedonia dictus à fodiendo. namque Græce σκάπτειν effo-



dere dicitur. Lucretius: Quales exſpiret ſcaptenſula ſubter odores. PAVLVS.

FESTVS. Scaptenſula, locus vbi argentum effoditur in Macedonia ita dictus à fodiendo, quod eſt Græce σκάπτειν. Lucretius qualis exſpiret Scaptenſula ſubter odores.

PAVLVS. Scaptia tribus à nomine vrbis Scaptiæ appellatur.

FESTVS. Scaptia tribus à nomine vrbis Scaptiæ appellata, quam Pedani incolebant.

PAVLVS. Scelerata porta, quæ & Carmentalis dicitur, vocata, quod per eam ſex & trecenti Fabij cum clientium millibus quinque egreſſi aduerſus Etruſcos ad amnem Cremeram omnes ſunt interfecti.

FESTVS. Scelerata porta eadem appellatatur à quibuſdam, quæ & Carmentalis dicitur, quod ei proximum Carmentæ ſacellum fuit. Scelerata autem, quod per eam ſex & trecenti Fabij cum clientium millibus quinque egreſſi aduerſus Etruſcos, ad amnem Cremeram omnes ſunt interfecti. qua ex cauſa factum eſt, vt ea porta intrare, egrediue omen habeatur.

Sceleratus campus appellatur prope portam Collinam, in quo virgines veſtales, quæ inceſtum fecerunt, defoſſæ ſunt viuæ.

Scribonianum appellatur antea atria puteal quod fecit Scribonius, cui negotium datum à Senatu fuerat, vt conquireret ſacella, attacta iſque illud procurauit. quia in eo loco attactum fulgure ſacellum fuit. quod ignoraretur autem vbi eſſet (vt quidam) fulgur conditum, quod cum ſcitur, nefas eſt integi, ſemper foramine ibi aperto cælum patet.

PAVLVS. Sceleratus campus appellatur proxime portam Collinã, in quo Virgines Veſtales, quæ inceſtum fecerunt, viuæ defoſſæ ſunt.

Sceleratus vicus Romæ appellabatur, quod cum Tarquinius Superbus interficiendum curaſſet Seruium Regem ſocerum ſuum, corpus eius iacens filia carpento ſuperuecta ſit

properans in poſſeſſionem domus paternæ.

FESTVS. Sceleratus vi*cus* °*appellabatur Romæ* quod cùm Tarquinius Superbus interficie*ndum cura*ſſet Ser. Tullium Regem ſoce*rum ſuum, corpus eius iacens filia carpe*nto ſuperuecta eſt, pro*perans in poſſeſsionem* domus paternæ.

Scena ab aliis, à quibuſdam ſacena appellatur dolabra pontificalis.

PAVLVS. Scena, ſiue ſacena, dolabra Pontificalis.

FESTVS. Scenam genus *fuiſſe culturi* manifeſtum eſt, ſed futurum * ſecuris, an dolabra ſit, ambigitur. quam Cincius in libro, qui eſt ei * de verbis priſcis, dolabram ait eſſe Pontificiam. Liuius in Lydio: corruit, quaſi ictus ſcena, haud multo ſecus.

*vtrum)

*ſecundus)

Scenſas *antiqui dicebant, quam* nunc cenas, quæ autem *nunc prandia pro cœnis* habebant: & pro cenis *veſpernas appellabant.*

PAVLVS. Scenſas * Sabini cenas dicebant. quæ autem nunc prandia ſunt, cenas habebant, & pro cenis veſpernas appellabant.

*ſcenas

Schedia genus nauigij inconditum, id eſt, trabibus tantũ inter ſe nexis factum. vnde mala poemata ſchedia appellantur.

FESTVS. Sche*di*a genus nauigij *inconditi trabib. tantum inter* ſe connexis fact*i*, *quo mercimonia circum*ferunt poſt amiſſam *nauẽ. Vnde ſchedia v*ſus quoque poemata *dicit & verſus, non ſat*is perfectis, qui eſſent *appellauit ſchedi*um *cum* dixit, qui ſchedium fa*cit inconditum & inelaboratum.*

Schœniculas appel*lare videtur mere*trices Plautus propter vſum vng*uenti ſchœni*, quod eſt peſſimi generis, itaq; *dixit Diabolares, ſchœniculæ*, miraculæ cum extritis *talis, cum todellis cruſculis* idem pro ſedas, piſtorum *amicas reliquias halicarias* miſeras ſchœno dili*butas ſeruilicolas, ſordidas.*

PAVLVS. Schœniculę appellãtur meretrices, propter vſum vnguẽti ſchœni, quod peſſimi generis.

Scholæ dictæ ſunt ex Græco σχωλάζω, à vacatione, quod cetersi rebus omiſſis vacare liberalibus ſtudiis pueri debent.

Scholæ dictæ ſunt non ab otio, ac vacatione omni, ſed



quod ceteris rebus omiſſis, vacare liberalibus ſtudiis pueri debent. vt etiam ludi appellantur, in quibus minime luditur, ne triſti aliquo nomine fug*iant pueri ſuo fungi mu*nere.

Scirpus * eſt id, quod in paluſtribus locis naſcitur leue, & procerum, vnde tegetes fiunt. inde prouerbium eſt in eas natum res, quæ nullius impedimenti ſunt, in ſcirpo nodum quærere Ennius: Quærunt in ſcirpo, ſoliti quod dicere, nodum. & Plautus in Aulularia: quaſi pueri, qui nare diſcunt, ſcirpo induetur ratis. Nouius in Phœniſſis: ſume arma, id eſt an * occidam claua ſcirpia.

* *Scriptum v.c.*

*iam te)

Sciſcito, * ſententiam dico. PAVLVS.

*Sciſco)

FESTVS. Scita plebei appellantur ea, quæ plebs * ſuo ſuffragio ſine patribus iuſſit plebeio magiſtratu rogante.

*pleps v.c.

Scitum populi *dicebatur quod ſine plebe cun*ctus patricius *ordo, rogante patricio ſuis ſuf*fragiis iuſſit *quod autem aliquo interrogante* ex patribus, & *plebe ſuffragante ſcitum eſſet, id i*am leges ſcrip*tæ dicebantur. Sed illud plebei ſci*tum eſt, quod TR. P L. *ſine patricijs plebem ro*gauit, id eſt, cõſu*luit, plebeſque ſciuit* plebes autem eſt *omnis populus præter ſenatores &* præter patricios *ſcita facie pro* bona facie, alias bonis *pro ſcitis à* poëtis vſurpantur. T*erentius in Phormione* ſatis, inquit, ſcita, & *in* He*autontimoru*meno. At ſi ſcias, quam ſcite *in mentem Veneri*, vt Ennius in libro ſexto:

Lumen . . . .

ſcitus agaſo.

Scorta appel*lantur meretrices ex conſu*etudine ruſticorum *qui, vt eſt apud Atellanos anti*quos ſolebant di*cere ſe attuliſſe pro ſcorto* delicularum, omnia *namque ex pellibus facta, ſcortea* appellantur, *Scortes id eſt pelles teſtium Arie*tinorum ab iſdem *ſcorteis pellibus. Idem Verrius dictas* eſſe ait.

FESTVS. Scorta appellantur meretrices quia, vt pelliculæ, ſubigũtur. omnia namque ex pellibus facta ſcortea appellantur. Scortes, id eſt pelles teſtium arietinorum ab eiſdẽ pellibus dictæ. *

*Scranteum. Scorteum*pelliceum,in quo ſagittæ reconduntur,appellatum ab eadem cauſa,qua ſcortum. σκῦτος, enim Græce pellis dicitur.vnde ſcuticae.& ſcuta, quia non ſine pellibus ſunt.

FESTVS. *Scorteum ab eadem cauſa qua ſcort*um vocabatur *pelliceum, in quo ſagittæ* reconduntur,ab eo *quod ex pellib.factum eſt* quia pellibus nomen a σκῦτος *quod pellis. Vnde* Scyticæ, & ſcuta,*quia non ſine pellibus ſunt.*

*vnus v.c. Scraptae dicebantur nugatoriae, ac deſpiciendae mulieres,vt ait Verrius*ab iis, quæ ſcrea iidem appellabant, id eſt quæ quis excreare ſolet, quatenus id faciendo ſe purgaret. Titinius in Prilla: rectius mecaſtor, Piculetæ Poſtumæ Lectum hodie ſtratum vidi ſcraptiæ muli.

Scraptæ nugatoriæ,ac deſpiciendæ mulieres.

PAVLVS. FESTVS. Scribas proprio nomine antiqui & librarios & poetas vocabant.at nunc dicuntur ſcribæ quidem librarij, qui rationes publicas ſcribunt in tabulis. itaque, cum Liuius Andronicus bello Punico ſecundo ſcripſiſſet carmen, quod à virginibus eſt cantatum, quia proſperius reſpublica populi Romani geri cœpta eſt, publice adtributa eſt (&) in Auentino ædis Mineruæ, in qua liceret ſcribis, hiſtrionibuſque conſiſtere, ac dona ponere in honorem Liuij, quia iis,& ſcribebat fabulas, & agebat.

Scriptum * lapidem eſſe ait, & ita vocari, Antiſtius Labeo in agro Menullino,vbi" diuinam rem facerent.*

**Scriptum v.c. " vbi ſcribæ) in v.c. vtrumque deeſt. *faceret v.c.*

Scripturarius ager publicus appellatur,in quo, vt pecora paſcantur, certum æs eſt. quia publicanus ſcribendo conficit rationem cum paſtore.

Scrupi dicuntur aſpera ſaxa, & difficilia attrectatu. vnde & ſcrupuloſam rem dicimus, quæ aliquid in ſe habet aſperi.

PAVLVS. *Scrupi dicuntur aſpera* ſaxa & difficil*ia*, *petræ etiam attrectari* inſuetæ, aut *naufragiorum pollutæ* ſcelere. Ennius in *Andromacha*.

FESTVS. *Scrupeo* inueſtita ſaxa, atque hos *treis*, *quam excaprent* vnde ſcrupuloſam *rem dicimus quæ*



*quæ aliquid habet in* ſe aſperi. Corne*lius Siſenna Hiſtoriarũ lib.* IIII. Hic tum iniectus *eſt leuis ſcrupulus* & quædam dubitatio.

Scurræ vocabulum Verrius ineptiſſime aut ex Græco tractum ait, quod eſt σκυρράζειν; aut à ſequendo: cui magis adſentitur, quod & tenuioris fortunæ homines, & ceteri alioqui, qui honoris gratia proſequerentur quempiam,non antecedere, ſed ſequi ſint ſoliti. quia videlicet dicat Lucilius: Cornelius Publius noſter Scipiadas dicto, tempúſque intorquet in ipſum Oti, & deliciis, luci effictæ, atque cinædo. Et ſectatori adeo ipſi ſuo, quo rectius dicas. Ibat forte domum,ſequimur multi, atque frequentes. Cum ſecutos videri velit, ob eorum iurgia, non ob adſuetum officium.

Scutilum tenue,& macrum,& in quo tantum exilis pellicula cernitur. PAVLVS.

Scutil*um tenue & macrũ dicitur ex* Græco.vt cum dicim*us ſcutilum hominem*, exilem aliquem demon*ſtramus in quo pellicula tantum. in* pompa aliud d*icimus. Scutilum, vt videatur ſcu*tilum de ſcrutil*o deriuatum detrita r littera, ſitque is*, qui virtute po*teſt ſcrutari. Sed ex Græco nomen factum* ſcutiloſcum co*riarium ſignificamus.* FESTVS.

SED * pro ſine inueniuntur poſuiſſe antiqui. PAVLVS. * *Se)*

Seceſpita cultrum ferreum oblongum manubrio eburneo,rotundo, ſolido, vincto ad capulum auro, argentóque, fixo * clauis æneis, ære Cyprio, quo Flamines, Flaminicæ virgines, Pontificéſque ad ſacrificia vtebantur. dicta autem eſt ſecepita à ſecando. * *fixum*

FESTVS. Seceſpitam eſſe Antiſti*us labeo ait cultrum* ferreum,oblongum, *manibrio*, *rotundo,eburne*o, ſolido, vincto ad ca*pulum auro argentoque* fixum clauis æneis *ære Cyprio, quo Flami*nes, Flaminicæ virgi*nes*, *pontificéſque ad ſa*crificia vtuntur, *eadem alias dicitur*, *qua* in ſacrario vtuntur *acraria namque in templis* rediculo æneo olim *ſæpiebantur*, *in quo tu*bæ relictæ ſunt, *per quas manibus ſacra* tangere licet eſt. *hoc in templo*, *bonæ Deæ*: ſed & aliis in locis: & *ſunt velut repacula* quædam ita ſeceſpitæ di*cuntur duobus modis*,



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

PAVLVS. Seceſpitam alij ſecurim, alij dolabram æneam, alij cultellum putant.

Seceſſiones, narrationes.

Secium libum eſt, quod ſeceſpita ſecabatur.

FESTVS. *Secius* eſt, quod ſeceſpita ſecatur *libum ſeu placenta quæ* ſoleat neceſſariis *ſacrificijs adhiberi.*

Secluſa ſacra dicebantur, quæ Græci myſteria appellant.

PAVLVS. Secordiam quidam pro ignauia poſuerunt. Cato pro ſtultitia poſuit. compoſitum autem videtur ex ſe, quod eſt ſine, & corde.

FESTVS. *Secordiam* quidam *pro ignauia poſuerunt* M Cato pro *ſtultitia poſuit Originum lib.* VII. cum ait . . . . . . *is* . *im*menſam *timiditatem*, *ac* Secordiam *cauſa erat* ne quid nego*tij publici*, *vel priuati* gereretur *compoſitum autem videtur ex ſe* quod eſt ſine & *corde.*

PAVLVS. Sectarius veruex, qui gregem agnorum præcedens ducit.

Sectio, perſecutio iuris.

Sectatores, & qui ſecant, dicuntur; & qui empta ſua perſequuntur.

Secundæ res non à numero dicuntur, ſed quia, vt velimus, ſequantur.

Secus, aliter: haud ſecus, non aliter.

FESTVS. Secus Valgius putat ex Græco, quod eſt ἑκὰς, dictum: abſurde ſcilicet ſignificat enim aperte aliter exemplis omnium fere, qui eam vocem vſurpant.

* *Sediculam* Sediculum, * ſedile.

PAVLVS. FESTVS. Sedum, alij ſadum appellant herbam, quam Opillius Aurelius ſeſuuium vocari ait, eámque in tegulis ſeri, nec quamobrem id fiat, indicat.

Seges dicitur ea pars agri, quæ arata, & conſita eſt, à ſerendo videlicet.

Segeſta quæ nunc appellatur, oppidum in Sicilia eſt, quod videtur Aeneas condidiſſe præpoſito ibi Egeſto, qui eam Egeſtam nominauit. Sed præpoſita eſt ei s litera, ne obſceno nomine appellaretur, vt factum eſt in maleuento, quod beneuolentum dictum eſt, & in Epidamno, quod vſurparunt Dyrrachium.



Segnitia *dicitur quod ſine nitendo quid vtile*, *aut* honeſtum Terentius *enimuero nihil loci eſt* ſegnitiæ, neque ſocor*diæ.*

PAVLVS. Segnitia dicitur, quod ſine nitendo quid vtile, aut honeſtum Terentius: Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitiæ, neque ſocordiæ.

Seliquaſtra, genus ſedilium.

FESTVS. Seliquaſtra ſedilia antiqui generis, appellantur D litera in L conuerſa, vt etiam in ſella factum eſt, & ſubſellio, & ſolio, quæ non minus à ſedendo dicta ſunt.

Sellæ curulis locus *in circo datus eſt. Valerio dicta*tori poſteriúſque *eius honoris cauſa vt prox*ime ſacellum Mur*ciæ ſpectarent*, *vnde aſpi*ciebant ſpect*acula magiſtratus.*

PAVLVS. Sementinæ feriæ fuerunt inſtitutæ, quaſi ex iis fruges grandeſcere poſſint. * (* *poſſent*)

Semis, ſemodius, ſemuncia ex Græco trahuntur, ſicut & alia nonnulla, quæ S litteram pro aſpiratione eorum habent, vt, ἑπτὰ ſeptem, ὕλη ſilua. ſic iſta ab eo, quod illi dicunt ἥμισυ, declinata ſunt.

FESTVS. Semis, ſemodius, *ſemuntia qua ra*tione ex Græco *trahuntur alia*, *quod S* litteram pro *aſpiratione eorum* habent, vt ἑπτὰ *ſeptem* ὕλαι ſiluæ. ſic *iſta ab eo*, *quod illi* ἥμισυ dicunt *declinata videntur.*

Sempronia horrea, qui locus dicitur, in eo fuerunt lege Gracchi, ad cuſtodiam frumenti publici.

Senacula tria fuiſſe Romæ, in quibus Senatus haberi ſolitus ſit, memoriæ prodidit * Nicoſtratus in libro, qui inſcribitur de Senatu habendo. vnum, vbi nunc eſt ædis concordiæ Capitolium & forum, in quo ſolebant magiſtratus D. T. * cum ſenioribus deliberare. alterum ad portam Capenam. Tertium citra ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum legatis, quos in vrbem admittere nolebant, ſenatus dabatur. (* *rodidit v.c.* — * *de rep.*)

Senaculum locus Senatorum.

PAVLVS. FESTVS. Senatores à ſenectute dici ſatis conſtat, quos initio Romulus elegit centum, quorum conſilio Rempublicam adminiſtraret. Itaque etiam patres appellati ſunt, &

nunc cum ſenatores adeſſe iubentur, quibuſque in ſenatu ſententiam dicere licet. quia ij, qui poſt luſtrum conditum ex iunioribus magiſtratū ceperunt, & in ſenatu ſententiam dicunt, & non vocantur ſenatores ante, quam in ſenioribus ſunt cenſi.

Senatus decretum à conſulto Aelius Gallus ſic diſtinguit, vt id dicat particulam quandam eſſe ſenatusconſulti, vt cum prouincia alicui decernitur, quod tamen ipſum ſenatuſconſulti eſt.

Senis crinibus nubentes ornantur, quod is ornatus vetuſtiſſimus fuit. quidam quod eo Veſtales virgines ornentur, quarum caſtitatem viris ſuis ſponoe. . . * à ceteris.

** ſpondeant* }

Senium à ſenili acerbitate, & vitiis dictum. poſuit Cæcilius in Hymnide: Sine ſuam ſenectutem ducat vtique ad ſenium ſorbitio.

Senonas, Gallos, Verrius ait, exiſtimari appellari, quia noui venerint ex tranſalpina regione *ac primum appellatos* ξένους, poſtea Senon*as*.

Sentes, cum conſtet eſſe ſpinas, & Afranius in Abducta dixerit: quam ſenticoſa verba pertorquet turba. * pro ſpinoſis accipi debet.

** lupa)*

Sentinare, ſatagere, dictum à ſentina. quia multam aquam * nauis cum recipit, periclitatur. Cæcilius in Aethrione: cum Mercurio capit conſilium, poſtquam ſentinat ſatis.

**quam multæ aquae. v.c.*

PAVLVS.

Sentinare ſatagere, dictum à ſentina nauis, quam quis vt aqua liberet, euacuare contendit. Itaque ſentinare, ſubtiliter periculum vitare. Cæcilius: Capit conſilium, poſtquam ſentinat ſatis.

FESTVS.

Seplaſia *forum Capuæ in* quo plurimi vnguentarij *erant in* Piſonem cuius meminit Cicero. Seplaſia *me Hercule, vt dici* audiebam te, vt primum aſp*exit campanum* Conſulem repudiauit.

*Septentriones* ſeptem ſtellæ appell*antur à ſeptem b*obus iunctis, quos trio*nes à terra ruſtici* appellent, quod iuncti *ſimul terram arent*, quaſi terriones *quidam à ſeptem ſtellis*, quod id aſtrum Græ*ci* ἅμαξαν *dicant, quia habet*



partem quandam *temonis ſpecie. Vnde ait* Ennius. ſuperat *temo ſtellas. Sed* & phyſici eum *ſitum ſeptem ſtellarum* conten . . tem*plati, ſeptentriones dici aiunt, quod ita ſunt ſitæ ſeptem ſtellæ,* vt ternæ proxim*ae ſpecie efficiant velut* trigona.

Septimontio, vt ait Antiſtius Labeo hiſce montibus feriæ. Palatio, cui ſacrificium, quod fit, Palatuar dicitur. Veliæ, * cui item ſacrificium. Faguali, † Suburæ, Cermalo, * Oppio, Coelio monti, Ciſpio monti. Oppius autem appellatus eſt, vt ait Varro Rerum humanarum libro octauo, ab Opita '' Oppio Tuſculano, qui cum præſidio Tuſculanorum miſſus ad Romam tuendam, dum Tullus Hoſtilius Vejos oppugnaret, conſederat in carinis, & ibi caſtra habuerat. ſimiliter Ciſpius† à Læuo Ciſpio Anagino, qui eiuſdem rei cauſa eam partem Eſquiliarum, quæ iacet ad vicum patricium verſus, in qua regione eſt ædis Mefitis. tuitus eſt.

** Villae v.c.*
*† Fagurali)*
** Germalo)*
*'' Opitre)*
** Ciſition. v.c.*

PAVLVS.

Sacrificium, quod fiebat Romæ in monte Palatino, Palatuar dicebatur.

Septimontium appellabant diem feſtum, quod in ſeptem locis faciebant ſacrificium, Palatio, Velia, Fagutali, Subura, Cermalo, * Coelio, Oppio, & Ciſpio.

** Germalo)*

FESTVS.

*Septimontium dies ap*pellatur menſe *Decembri, qui dicitur in Faſtis* agonalia, *quod ea die in ſeptem m*ontibus fiunt *ſacrificia. Palatio, Velia,* Fagutali, Subura, *Cermalo. Coelio, Opio,* Ciſpio.

*Sepul*chrum eſt, vt ait Gallus Ael*ius, in quo* mortuus ſepultus eſt. quod ant*iqui buſtum appel*labant. hiſque cippis, aut aliq*ua alia re*, mortui cauſa deſignatus eſt intra *quos ſepultura* eſt facta.

Se quamque, ſcorſum quamque.

*Sequeſter* is dicitur, qui inter aliquos, *qui certant medius, vt* inter eos conuenerit, *depoſitum ita tenet al*iquid, vt ei, reddat, qui id *deberi iure ſibi* conſtiterit. Cato in ea orat*ione, quam habuit* de indigitibus. ſinunt *miſeros perire*, vt bona rapiant, aut *ſi ſuperſtites petant, vi ſequeſ prodent*, & Plau*tus mercatore Imono* ſic ſequeſtro mihi data *eſt.*

*Hiſtricia V.C.

Serilla Verrius appellari putat nauigia Iſtrica, *ac Liburnica, quæ lino, ac ſparto cõdenſantur. a conſerendo, & contexendo dicta. quia dicat Paccuuius io Niptriis: nec vlla ſubcus * cohibet compagem aluei, Sæd ſuta lino, & ſparteis ſerillibus cum παξειφεχαστιχῶς, * & ficto vocabulo vſus ſit pro funiculis, qui ſparto conſeruntur.

*ſubſcus) *ἀξειφεχαστιχᾶς. V.C.

PAVLVS. Serilla nauigia iſtrica, quæ lino, ac ſparto condenſantur, a conſerendo, & contexendo dicta.

Serius Attius a ſero comparauit. ait enim: Ne, ſi forte paulo. quam tu, veniam ſerius.

*ſetius V.C.

FESTVS. Serius *a ſero videtur dictum. Attius in Amphytrione: Ne, ſi forte paulo, quam tu, veniam ſerius. *

*ſetius. V.C

Sero ſapiunt Phryges, prouerbium eſt natum a Troianis, qui decimo denique anno velle cœperant Helenam, quæque cum ea erant rapta, reddere Achiuis.

PAVLVS. Serpſit antiqui pro ſerpſerit vſi ſunt. vnde ſerpulæ dictæ, quas nunc ſerpẽtes dicimus, ex Græco, quod illi ἕρπειν nos pro aſpiratione eorum S littera poſita, vt ἕξ, ſex ἑπτά, ſeptem.

FESTVS. *Serpſit vſi ſunt* antiqui pro ſerpſerit, *vnde videntur ſerpulæ* dictæ, quas nunc ſer*pentes dicimus ex Græ*co, quia illi ἑρπετά, nos *pro aſpiratione eorum* S littera poſita, vt ἕξ ſex ἑπτά, *Septem.*

Serpula ſerpſerit, ait (idem) Meſſalla, ſerpens inrepſerit.

Serra præliari dicitur, cum aſſidue acceditur, recediturque, neque vllo conſiſtitur tempore. Cato de re miliari: ſiue *forte opus ſit cuneo, aut globo, aut forcipe, aut turribus, aut ſerra, vti adotiare.

*ſine. V.C.

PAVLVS. Serra præliari dicitur, cum aſſidue acceditur, receditur que, neque vllo tẽmpore conſiſtitur.

FESTVS. Sertorem quidam putant dictum a prendendo, quia cum cuipiam afferat * manum educendi eius gratia ex ſeruitute in libertatem, vocetur adſertor. cum veriſimilius ſit dictum, qui ſereret quid, ac potius adſertorem a ſerendo cepiſſe nomen, cum aliquem ſerat petendo in libertatem eandem, qua ipſe ſit, id eſt iungat, quia fruges cum ſeruatur, terræ iungit, quod totum Verrius ἀπιθάνως introduxit.

*adſerat. V.C.



Seruilius lacus appellabatur, eo, * qui eum faciendum curauerat in principio vici iugari continens baſilicæ Iuliæ, in quo loco fuit effigies hydræ poſita a M. Agrippa.

*ab eo)

PAVLVS. Seruilius lacus Romæ a conditore vocatus.

Seruorum dies feſtus erat Idibus Auguſti, quia eo die Rex Tullius filius ancillæ (natus eſt. *

*ædẽ dedicauit Dianæ.

FESTVS. Seruorum dies feſtus vulgo exiſtimatur Idibus * Auguſti quod eo die Ser. Tullius natus ſerua " ædem Dianæ dedicauerit in Auentino, cuius tutelæ ſint cerui a quorum *·celeritate fugitiuos vocent ſeruos. *

*Idus V.C. "ſeruus V.C. ·*·quo V.C. *ceruos V.C.

Seſopia in *Augurali & Saliari* carmine appel*lantur quæ alias* eſopia pro ſedilibus di*cere habemus nunc* adhuc in conſue*tudine.*

PAVLVS. Seſtertius dicitur quarta pars denarij, quo tempore is decuſſis valebat, id eſt dupondius. . . .

FESTVS. Seſtertius dicitur quarta pars denarij, quo tempore is decuſſis valebat, id eſt dupondius, & ſemis.

Seſtertij no*ta apud antiquos fuit* dupondij, & ſemiſſis. *vnde ſeſtertius dictus quod ſemiſ*tertius, ſed auctos eſſe *bello punico ſecundo* apud antiquos autem *denarius & quinque ſis in vſu* erant, & valebant *denarius denos aſſes quadrigati*, bigati, quinqueſſis. *quæ nos ſed vterque actus* eſt numerum æris perduct*um eſſe aiunt lege flami*nia, minus ſoluendi, *cum aere alieno præmere*tur P.R.

PAVLVS. Sex millium, & ducentorum hominem primus C. Marius conſcripſit legionem, cum antea quattuor millium fuiſſet. vnde etiam appellabatur quadrata.

FESTVS. Sex ſuffragia appellantur in equitum centuriis, quæ ſunt adiectæ * ei numero centuriarum, quas Priſcus Tarquinius Rex conſtituit.

*adſcitæ. V.C.

Sex Veſtæ ſacerdotes conſtitutæ ſunt, vt populus pro ſua quaque parte haberet miniſtram ſacrorum. quia ciuitas Romana in ſex eſt diſtributa partis. in primos, ſecundoſque Titienſes, Ramnes, Luceres.

Sexagenarios *de ponto olim deiiciebant.*

cuius cauſam Manilius hanc refert quod Romam, qui incoluerint primi Aborigenes, hominem ſaxaginta annorum qui eſſet immolare diti patri, quotannis ſoliti fuerint quod facere eos deſtitiſſe aduentu Herculis, ſed religione poſtea veteris moris ſcirpeas hominum effigies de ponte in Tiberim vetere modo mittere inſtituiſſe. Alij dicunt, morante in Italia, Hercule, quod quidam eius comitum habitauerint ſecundum ripam haberi, atque Argaeos ſe ab Argiuis vocauerint arui., quorum proditam memoriam redintegrari eo gente miſſum ab Græca legatum quendam Argaeum" diu cum is Romæ moratum eſſe, his, vt obierit. inſtitutum a ſacerdotibus, vt effigies ſcirpea ex omnibus, cumque publicæ erant rei nuntiauiſſet, per flumen, ac mare in patriam remitteretur. Sunt, qui dicant, poſt vrbem a Gallis liberatam ob inopiam cibatus cœptos ſexaginta annorum homines iaci in Tiberim; ex quo numero vnus filij pietate occultatus ſæpe profuerit patriæ conſilio ſub perſona filij. id vt ſit cognitum, ei iuueni eſſe ignotum, & ſexagenariis vita conceſſa. latebras autem eius,* quibus arguerit † ſenem, id cohibuerit, & cælauerit, ſanctitate dignas eſſe viſas, ideoque Arcea appellata. Sed exploratiſſimum illud eſt cauſæ, quo tempore primum per pontem cœperunt comitiis ſuffragium ferre, iuniores conclamauerunt, vt de ponte deiicerentur ſexagenarij, qui iam nullo publico munere fungerentur, vt ipſi potius ſibi, quam illi deligerent imperatorem. Cuius ſententiæ eſt etiam Sinnius Capito. Vanam autem opinionem de ponte Tiberino, confirmauit Afranius in Repudiato.

*eas)
†arcuerit)

Sextantarij aſſes in vſu eſſe cœperunt ex eo tẽpore, quod* propter bellum Punicum ſecundum, quod cum Hannibale geſtum eſt, decreuerunt patres, ut ex aſſibus, qui tum erant librarij, fierent ſextantarij, per quos cum ſolui cœptum eſſet, & populus aere alieno liberaretur, & priuati, quibus debitum publice ſolui oportebat, non

*quo)



magno detrimento adficerentur. Septuennio quoque (anno) vſus eſt, vt priore numero, ſed id non permanſit in vſu, nec amplius proceſſit in maiorem,

Sexus aliter ſignificat ſexu, natura, habituque ex Græco, quam illi vocant ἕξιν. Afranius in Priuigno ſic agit" orbus virili ſexu adoptauit ſibi. Pacuuius in Atalanta: Triplicem virili ſexu partum procreat.

*ſecus V. C. "ait.)

Sexus, natura, vel habitus, ex Græco ἕξις vocatur. PAVLVS.

SIBINAM appellat Illyrici telum venabuli ſimile. Ennius: Illyrici reſtant ſicis. ſibiniſque fodentes.

Sibus, callidus, vel acutus.

Sic verſantu . . . . . . . FESTVS.

fune voluit eodem nom. . . . . .

Suparum appellant dolonem quod eſt velum minus in naui, vt a cation, maius ſupparum autem dictum ait Cinnius Capito velut ſeparatum quod ſit diſiunctumque a dolone interioris mali,

Sepultum morte moroq. cum ait. . . . . .

. . De L. Terentio Tuſciuici magiſtro ſignificat iuuum de ſaxo Tarpeio elatum, cum eo ueniſſet commiſatum, quod mero, id eſt vino eſſet coactus.

Sicilices haſtarum ſpicula lata. Ennius: Incedit veles vulgo ſicilibus * latis. PAVLVS.

* ſicilicibus)

Sicilicum dictum, quod ſemunciam ſecet.

Sicyonia genus calciamenti. Lucilius: Et pedibus læua ſicyonia demit honeſta.

Si fus vſurpatum eſt pro tubis ipſis id quod Græce, dicitur σίφοι in lege riualicia ſic eſt, qua lata fuit rogante populum. Ser. Sulpicio ſex. F. Rufo montani, paganiue ſiphonibus aquam diuidunto: donec eam inter ſe: diuiſerint, prætoris iudicatio eſto. FESTVS.

Signa, vt rerum, ita quoque res ipſæ dicuntur, aut lapides, aut, fictile aut ſi qua eiuſmodi adhuc aliqua. &. ſigna dicuntur, quae ſculpantur etiam, ſed pocula etiam in quibus ſunt ſimulacra ad effigies ſigillata.

Signare ſignificat modo ſcribere, modo anulo ſigna impri PAVLVS.

mere,modo pecora ſignis notare.

FESTVS. *Signare* dicitur ſignis notare, *velut in pecorib. fit* ſed antiqui eo pro ſcrib*ere vtebantur: vnde & ſubſign*are, & conſignare *inuenitur poſitum,, pro ſubſcri*bere, & conſcrib*ere..*

PAVLVS. Silatum antiqui pro eo, quod nunc ientaculum dicimus, appellabant, quia ieiuni vinum ſili conditum ante meridiem abſorbebant.

FESTVS. *Silatum antiqui* pro eo, quod nunc ientaculum dicimus *appellabant* quia ieiuni vinum ſoli cond*itum ante meridiem* obſorbebant.

PAVLVS. Silere tacere ſignificat ficto verbo ab S littera, quæ nota ſilentij eſt.

FESTVS. *tacere Silere, tangere * *ſignificat, ficto initium eius vocis eſt vocabulo* a S littera, quæ init*ium*.

*Silentio ſurgere ait* dici, vbi qui poſt mediam *noctem auſpi*candi cauſa ex lectulo ſuo *ſilentio ſurrexit* & liberatus a lecto in ſolido *ſe poſuit.*

Sedetq. ne quid eo tempore deiciat *rurſuſque ſe* in lectum repoſuit, hoc enim eſt *proprie*.

Silentium, omnis vitij in auſpiciis vacuitas, Veranius ait non vtique ex lecto, ſed ex cubili, ne * rurſus ſe in lectum reponere neceſſe eſſe. *nec)

PAVLVS. Silicernium erat genus farciminis, quo fletu familia purgabatur. dictum autem ſilicernium, quia, cuius nomine ea res inſtituebatur, is iam ſilicem *·cerneret. Cæcilius credidi ſilicernium eius me eſſe eſurum. * *ſilentium* v.c. *ſolum*)

FESTVS. *Silicernium dicitur cæna fu*nebris, quam *alio nomine exequium ſcriptores v*ocant ſed. . . . . . .

*& V*errius exiſt*imant ſilicernium dici*, quod nos farci*men dicimus quo* fletum familia *purgabatur: quia cuius n*omine ea res *inſtituebatur is etiam* ſilentium *cerneret* Cæ*cilius o*boloſtate. Cred*idi ſilicernium eius* me eſſe eſurum.

Siluij ſunt appellati Albani Reges, Lauiniæ filio, quem poſt exceſſum Aeneæ grauida relicta timẽs periculum, & ſuæ vitæ, & eius, quem vtero gerebat, in ſiluis latens enixa eſt. qui reſtitutus in regnum eſt poſt mortem



tem Aſcanij prælatus Iulo * fratris filio: cum inter eos de regno ambigeretur. **Iulio.* v. c.

Silus appellatur naſo ſuſum verſus repando. vnde galeæ quoque a ſimilitudine ſilæ dicebantur.

Simpludiarea funera ſuni, quibus adhibentur D T. ludi, corbitoreſque. quidam ea dixerunt eſſe, quibus neutrum genus intereſſet ludorum. nam indictiua ſunt, quibus adhibentur non ludi modo, ſed etiam deſultores, quæ ſunt ampliſſima.

Simpludiarea * funera, quibus ludos adhibebant. * *Simpludearia*

Simpulum vas paruum non diſſimile cyatho, quo vinũ in ſacrificiis libabatur. vnde & mulieres rebus diuinis deditæ ſimpulatrices dicuntur.

Simultas, id eſt, odium, dicta ex contrario, quia minime ſint ſimul. poteſt & a ſimulatione dicta exiſtimari, quia ſimulate loquuntur ad inuicem.

Sinciniam, cantionem ſolitariam.

*Sine ſacris hereditas* in prouerbio dici ſolet *cum aliquid obuenerit* ſine vlla incommoda appendice; quod olim ſacra non ſolum publica curioſiſſime adminiſtrabant, ſed etiam priuata. relictuſque heres ſic * pecuniæ, etiam ſacrorum erat, ea diligentiſſime adminiſtrare eſſet neceſſarium. FESTVS. **ſicut*),

Siniſtræ aues, ſiniſtrumque eſt ſiniſtimum, auſpicium, id eſt, quod ſinat fieri. Varro libro quinto Epiſtolicarum quæſtionum, ait: a deorum ſede cum in meridiem ſpectes, ad ſiniſtram ſunt partes mundi exorientes, ad dexteram occidentes; factum arbitror, vt ſiniſtra meliora auſpicia, quam dextra eſſe exiſtimentur idem fere ſentiunt Sinnius Capito, & Cincius

Siniſtrum in auſpicando ſignificare ait Ateius Capito, lætum, & proſperum auſpicium, at* ſilentium † dubij dumtaxat vacat vitio. igitur ſilentio ſurgere cum dicitur ſignificat non interpellari, quo minus rem gerat, ad * ſiniſtrum hortari quoque auſpicia ad agendum, quod animo quis propoſuerit. **aut* v. c. †*vbi*) **at*)

Siparium genus veli mimicum.* **minutum*

PAVLVS. FESTVS. *Siparium, quo in ſcænis mimi* vtuntur, dictum ait *Verrius a velamento* quod vocetur *alias aulæum*.

PAVLVS. *ſimiliter — Sirẽps dicitur, quaſi ſimilis*res ipſa. habetur hoc in libris Catonis.

FESTVS. — *Siremps* ponitur pro eadem, vel poinde *quaſi ſimilis res ipſa* Cato in diſſuadendo legem *que poſtea* relicta eſt, & præterea rogas. *vt quemquam adverſus* ea, ſi populus condemnauer*it, ſirenis lex* fiet, quaſi aduerſus legem *feciſſet.*

Siſpitem Iunonem, quam vulgo Soſpitem appellant, antiqui vſurpabant, cum ea vox ex Græco videatur ſumpta, quod eſt *σώζειν.*

*quam V.C. — Siſtere fana cum in vrbe condenda dicitur, ſignificat loca in oppido futurorum fanorum conſtituere, quod*Antiſtius Labeo ait, in commentario quintodecimo Iuris Pontificij, fana ſiſtere eſſe lectiſternia certis locis & diis habere.

PAVLVS. — Siſtere fana cum dicerent, ſignificabatur lectiſternia certis in fano locis componere.

SOBRINVS eſt patris mei conſobrini filius, & matris conſobrinæ filius.

FESTVS. — Sobrinus eſt, vt ait Gallus Aelius, patris mei conſobrini filius, & matris meæ conſobrinæ filius. femina iiſdem de cauſis appellat fratrem, & fratrem patruelem, & cõſobrinum, & propius conſobrino, * & ſobrina. iidem gradus in ſobrina quoque ſunt.

*ſobrino) — Sobrium vicum *dictum putant Cloatius* & Aelius quod *in eo nullus tabernæ* locus, neque cau*ponæ fuerit. Alij* aliquod in eo *Mercurio non lacte, ſed* vino ſolitum *ſit ſupplicari.*

PAVLVS. — Sobrium vicum Romæ dictum putant, vel quod in eo taberna nulla fuerit, vel quod in eo Mercurio lacte, non vino ſupplicabatur.

*datis — Sodales dicti, quod vna ſederent, & eſſent, vel quod ex ſuo dapibus* veſci ſoliti ſint, vel quod inter ſe inuicem ſuaderent, quod vtile eſſet.

FESTVS. — Sodalis *quidam dictos putant*, quod vna *ſederent eſſentque* alij, quod ex ſuo *dapibus veſci ſoliti ſint* alij, quod inter ſe *inuicem ſuad*erent, quod vtile eſſ*et, eoſdem, quod*



*vocant* crebro congre vocar*i a Græco* vocabulo, quod eſt *γέῤῥα.*

PAVLVS. — Sodes, ſi audes, vti ſi*s, pro ſi vis & illico* pro in loco. Terentius *in Andria dic* ſodes, quis heri Chry*ſidem habuit*

FESTVS — Sodes, ſi audes, vti ſis, pro ſi vis, & illico pro in loco. Terẽtius in Andria: Dic, ſodes, quis heri Chryſidem habuit.

Solari ſine propoſitione dixiſſe antiquos, teſtis eſt Pacuuius, cum ait: ſolatur, auxiliatur, hortaturque me.

Solatum genus morbi, maxime a ruſticantibus dicitur, cuius meminit etiam Afran*ius in* . . . . . . . . . arquato Med*eri cui* * *nomen ab an*tigine.

PAVLVS. — Solatum genus morbi.

Solea, vel ea dicitur, quæ ſolo pedis ſubiicitur, vel genus piſcis, vel materia robuſtea, ſuper quam paries craticius extruitur.

FESTVS. *per V.C. "robuſtea V.C. — Solea, vt ait Verrius, eſt non ſolum ea, quæ ſolo pedis ſubiicitur, ſed etiam pro * materia robuſta, "ſuper quam paries craticius extruitur.

* Sollicitare, V.C. — Solicitare * quidam dictum putant vel *vt citare ex ſollo, quod eſt* ex ſuo loco, ac ſententia *mouere ſollum autem* quin ſignificet locum, quis *dubitet cum exſules* quoq. dicantur loco pa*triæ ſuæ pulſi.*

PAVLVS. — Solicitare eſt ſolo citare, id eſt, ex ſuo loco mouere: ſolum autem quin ſignificet locum, quis dubitet? cum exſules quoque dicantur loco patriæ ſuæ pulſi.

FESTVS. — Solida ſella *ait Verrius, ſedere tum quis* iubetur, cum mane ſur*gens auſpicandi gratia evig*ilauit quod antiqui expreſſe, *nihilque ab inter*iore parte ex cauat*as, aut laxatas fa*ciebant ſedes, quas ſ*edes, ſolidas ideo*, *quod* in his nihil erant con*cauum*, *maxime appella*bant in

Meſſalla) *Solpuga] Solipugia. vel Selipugna V.C. — quit Verrius, quod *ſcililicet eſſent totæ* abſurde, vt mihi videtur, *cum omneid quod* ſit totum ait dictum ſolidum.

Solino idem * ait eſſe conſulo.

Solino intelligitur conſulo.

Solipunga " genus beſtiolæ maleficæ, * quod acrius, concitatiuſque fit feruore ſolis. vnde etiam nomen traxit.

FESTVS.

Soli *punga genus beſtiolæ* maleficæ quod *acrius, concitatiuſque* ſit feruore *ſolis à quo nomine* traxit.

Solitaurilia hoſtiarum trium diuerſis generis immolationem ſignificant, tauri, arietis, verris, quod omnes eæ ſolidi, integrique ſunt corporis. contra Aci . . . verueces* maiales, qui quia ſollum Oſce totum, & ſolidum ſignificat. vnde tela quædam ſolliferrea vocantur tota ferrea, & homo bonarum artium ſollers, & quæ nulla parte laxata, cauaque ſunt ſolida nominantur. atque ha rum hoſtiarum omnium inuiolati ſunt tauri, quæ pars ſcilicet cæditur* in caſtratione. ſunt quidem qui putent,* ex tribus hoſtiis præcipue nomen, incluſum cum ſolido tauri, quod ampliſſima ſit earum quidam dixerunt omnium trium vocabula confuſa* ſuis, ouis, tauri adeffeciſſe id, quod vno modo appellarentur uniuerſæ. quod ſit a ſollo, & tauris earum hoſtiarum ductum (eſt) nomen antiquæ conſuetudinis* per vnum L. enunciari non eſt mirum, quia nulla tunc geminabatur littera in ſcribendo quam conſuetudinem Ennius mutauiſſe fertur, vt pote Græcus Græco more vſus, quod illi æque ſcribentes, ac legentes duplicabant mutas *& Semiuocales & liquidas*

* *verbices.* v.c.

*† *creditur* v.c.

* *portent* v.c.

* *confixa.* v.c.

* *antiqua conſuetudine)*

Solitaurilia hoſtiarum trium diuerſi generis immolationem ſignificant tauri, arietis, verris. quod omnes hi ſolidi, integrique ſint corporis. Sollum enim lingua Oſcorum ſignificat totum, & ſolidum. vnde tela quædam ſolliferrea vocantur, tota ferrea, & homo bonarum artium ſollers, & quæ nulla parte laxata, cauaque, ſolida nominantur.

Solla* appellantur ſedilia, in quibus non plures ſingulis poſſint ſedere, ideoque ſolla ·*· ſternere dicuntur, qui ſoliſternium habent. & ſolaria vocantur, Babylonica, quibus eadem ſternuntur. quæ, vt ait Verrius, omnia ducta ſunt ſolo* aluei quoque lauandi·*·gratia inſtituti, quo ſinguli deſcendunt. ſolla dicuntur. quæ a ſedendo " potius dicta videntur, quam a ſollo.*

* Solia, *vel ſola)*

·* *ſolir*

Solla* ſedilia, in quibus ſinguli tantum poſſunt ſedere, ideoque ſolia* ſternere dicuntur, qui ſolliſternium* habent. & ſolaria vocantur Babylonica, quibus eadem ſternuntur.



Sollemnia ſacra dicuntur, quæ certis temporibus fiunt.

Solemnia ſacra dicuntur, quæ certis temporibus, anniſque fieri ſolent.

FESTVS.

Solliſtimum Ap. Pulcher in Auguralis diſciplinæ libro primo ait eſſe tripudium, quod aui* excidit ex eo quod illa fert. ſaxumue ſolidum, aut arbos viuiradix ruit, quæ nec præ vitio, humani* cædanturue, iacianturue, pellanturue.

* *aut* v.c.

* *humanaue vi) vel humi cadant)*

Sollo Oſce dicitur id, quod nos totum vocamus. Lucilius. ſuaſa* quoque omnino dirimit non ſolla " dupondi. id eſt non tota. Item Liuius: Sollicuria, in omni re curiora.* & ſolliferreum, genus teli totum ferreum. ſollers etiam in omni re prudens; & ſollemne, quod omnibus annis præſtari debet.

* *vaſa)*

" *ſolo* v.c.

* *curioſa)*

Sollo Oſce dicitur id, quod nos totum vocamus. Liuius:* Solliferreum genus teli, id eſt totum ferreum. Sollers etiam in omni re prudens, & ſolemne, quod in omnibus annis præſtari debet.

PAVLVS.

* *Lucilius)*

Solox, lana craſſa. vel pecus lana contectum. Titinius: Lana ſoloci ad purpuram data. & Lucilius: Paſcali pecore & montano hirco;* atque " ſoloce.

* *hirto* v.c.

" *hircoq.*

Solox, lana craſſa, & pecus, quod paſſim paſcitur non tectum. Titinius in Barathro* ego ab lana ſoloci ad purpuram data. & Lucilius: Paſcali " pecore, ac montano, hirto,* atque ſoloce.

FEST.

*Barrato* v.c.

" *Paſtali* v.c.

* *hirco* v.c.

Solum terram. Ennius libro tertio: Tarquinio dedit imperium, ſimul & ſola regni. & aliubi:* ſed ſola terrarum poſtquam permenſa parumper.

* *alibi)*

PAVLVS.

Solum, terram.

FESTVS.

Soniuio, ſonanti.

Soniuio ſignificat in car*mine ſaliari &* augurali ſonanti

*Sonuium* tripu*dium vt ait Appius* Pulcher quod *ſonet, cum pullo exci*dit puls quadr*upedue ex ore.*

PAVLVS.

Sons nocens: Inſons, innocens.

FESTVS.

*Sons*, nocens vt ex *contrario*, *Inſons Innocens.*

Sonticum morbum in duodecim ſignificare ait Aelius Stilo certum cum iuſta cauſa. quem nonnulli putant eſſe, qui nocent, quod ſontes ſignificet nocentes. Næuius ait: ſonticam eſſe oportet cauſam, quamobrem perdas mulierem.

PAVLVS.

Sonticum, iuſtum. Næuius: Sonticam eſſe oportet cauſam, quamobrem perdas mulierem.

FESTVS.

*Sontica* cauſa dicitur a morbo *ſontico propter quem quod eſt* gerendum agere *d:ſiſtimus M. Porcius* Cato de re A. Atili *quid dicam cauſæ extiſſe*, timidus ne *ſis. an* Impe*dimento t*ibi cauſam ſonticam *fuiſſe*.

*Sacrum vel Sorracum

PAVLVS.

Soracum * eſt, quo ornamenta portantur ſcenicorum.

FESTVS.

*Soracum dicitur*, quo ornamen*ta portantur ſcæni*corum. Plau*tus in perſa libro*rum icillum *plenum ſocracum habeo.*

*Sororiæ H v.c. "Friuolaria)

Sororiare * mammæ dicuntur puellarum, cum primum tumeſcunt, vt fraterculare puerorum. Plautus in Friboiaria " *tunc ſororiabant* papillæ pr*imulum*, *ſed illud* volui dicere *fraterculabant quid* opus eſt verb*is multis*.

Sororiare * mammæ dicuntur puellarum, cum primum tumeſcunt.

Sororium tigillum appellabatur locus ſacer in honorem Iunonis, quem Horatius quidam ſtatuerat cauſa ſororis a ſe interfectæ ob ſuam expiationem.

Sororium tigillum appellatur hac de cauſa. ex conuentione Tulli Hoſtilij Regis, & Metij Suffetij * ducis Albanorum, Trigemini Horatij, & Curiatij" cum dimicaſſent, vt victores ſequeretur imperium, & Horatius noſter exſuperaſſet, victorque domum reuerteretur, obuia ſoror cognita morte ſponſi, ſui fratris manu occiſi, auerſata eſt eius oſculum, quo nomine Horatius interfecit eam, quamquam a patre abſolutus ſceleris erat, accuſatus tamen parricidij apud Duumuiros, damnatuſque, prouocauit ad populum, cuius iudicio victor duo tigilla tertio ſuperiecto, quæ pater eius conſtituerat, velut ſub iugum miſſus ſubit, conſecratiſque ibi aris Iu-



noni Sororiæ, & Iano Curiatio, liberatus omni noxia ſceleris eſt auguriis adprobantibus. ex quo ſororium id tigillum eſt appellatum.

PAVLVS.

Sors & patrimonium ſignificat, vnde conſortes dicimus; & dei reſponſum; & quod cuique accidit in ſortiendo.

FESTVS.

Sors & *patrimonium ſignifi.at* vnde con*ſortes dicimus*; & deis *reſp*onſum & quod cuique* accidit in ſor*tiendo*.

*dei)

Sortutillus * venter ſuillus condito farre expletus.

PAVLVS.

*Scrutillus appell*abatur venter ſuillus, co*ndito farre expletus* Plautus. venter ſullus " di*cam ſuo nomine ſcr*inillum ego me hodie . . . *ſi quid eſſet com*eſa farte biberem . . . .

FESTVS.

*Scrutillus Sartutillus "ſuillus)

Sos, pro eos antiqui dicebant, vt Ennius libro primo: Cõſtitit inde loci propter ſos dea dearum. * & libro tertio: Circum ſoſque ſunt magnæ gentes opulentæ. Libro ſeptimo: Dum cenſent terrere minis, hortanturue ſos. Libro vndecimo, contendunt Graios Græcos memorare ſolent ſos. interdum pro ſuos ponebant, vt cũ per datiuum caſum, idem Ennius effert: Poſtquam lumina ſis oculis bonus Ancus reliquit.

*dea diar. v.c. dia dear.)

PAVLVS.

Sos pro eos antiqui dicebant, vt Ennius: Conſtitit inde loci propter ſos dea * dearum. Sos interdum pro ſuos ponebant. per datiuum caſum idem Ennius effert: Poſtquam lumina ſis oculis: pro ſuis.

*dia)

FESTVS.

Soſpes ſaluus. Ennius tamen ſoſpitem pro ſeruatore poſuit.

*Soſpes ſignificat apud* omnes fere au*ctores ſaluum*; Afranius in Epi*ſtola*. *Di te ſoſpitem* ſeruent tuis *Virgilius lib.* 8. *Aeneidos* maxime Teu*crorum ductor*, *quo ſoſpite* numquam. En*nius in* . . . . parentem, & pa*tria di ſeruate* ſoſpitem. Atti*us in ſi* . rite ad patr*iam ſoſpes perueniſſ*et. Ennius vide*tur ſeruatorem ſignificare*.

PAVLVS.

Soſpitare eſt bona ſpe afficere, aut bonam ſpem non fallere.

FESTVS.

*Seruatorem ſigni*ficare, cum dix*it quo ſoſpite* liber ceterum *ſoſpitare*.

*Verrius* ait eſſe bona ſpe *afficere aut bonam* ſpem non fallere.

PAVLVS. *rumices)

SPARA minimi generis iacula à ſpargendo dicta. Lucilius: Tum ſpara, tum murices * portantur tragula porro.

FESTVS. *AR. v.c. * Triumuir)

*Spara* paruiſſimi *generis iacula, ab eo quod* ſpargantur dicta, *Lucilius ſatyrarum l.* . . tum ſpara, tum murices, *portantur tragula* porro . . tiatorem, erratorem, Cato in M. * Cœlium, ſi ſe appellauiſſet: In coloniam me hercules ſcribere nolim, ſi Triumuirum * ſim, ſpatiatorem, atque feſcenninum.

PAVLVS.

Spatiatorem pro erratorem Cato poſuit.

FESTVS. *iis qui)

*Speciem* quam nos dicimus, εἶδος *Græci dixerunt* Platon quidam ideam, *nobis ſpecies pro eadem po*nitur.

Spectio in auguralibus ponitur pro aſpectione, & nuntiato. quia * omne ius ſacrorum habēt, auguribus ſpectio duntaxat, quorum conſilio rem gererent magiſtratus, non vt poſſent impedire nuntiando, quæ cum vidiſſent ſatis, ſpectio ſine nuntiatione data eſt, vt ipſi auſpicio rem gererent, non vt alios impedirent nuntiando.

* ſpecto)

Spectu ſine præpoſitione Pacuuius in Duloreſte vſus eſt, cum ait: amplus, rubicundo colore, & ſpectu proteruo ferox.

FESTVS.

PAVLVS.

Spectu * ſine præpoſitione Pacuuius poſuit.

† ſtirpis. vt v.c. * cauſa v.c. caua] *alte v c. mõtes late) .*. inius pa- : bat v.c. intus patebat)

Specus feminino genere pronuntiabāt antiqui, vt metus, & nepos. tam Hercules, quam maſculino ſtirps, aut* frons. vt Ennius: Tum caſu* ſub monte altæ '' ſpecus intus patebant. * & Pacuuius in Chryſe: Eſt ibi ſub eo ſaxo penitus ſtrata harena ingens ſpecus.

Speres antiqui pluraliter dicebant. vt Ennius lib ſecundo: Et ſemel effugit ſperes ita funditus noſtras. & libro ſextodecimo: Spero, ſi ſperes quicquam prodeſſe potis ſunt.

* Spectile † villis v.c. ſuillis) *ſpectile *galiũ v.c.

Spetile* vocatur infra vmbilicum ſuis, quod eſt carnis, proprij cuiuſdam habitus exos, qua etiam antiqui per ſe vtebantur. Plautus enumerandis vilibus * obſoniis in Carbonaria ſic meminit: Ego pernam, ſumen, ſueres, ſpetile,'' callum,* glandia.

PAVLVS. * Specile

Spetile'' caro quædam proprij cuiuſdam habitus infra vmbilicum ſuis.



FESTVS. ' ſupercilio v.c. * . . . dulo v.c. ſedulo * pontibus)

Spicit quoque ſine præpoſitione dixerunt antiqui. Plautus: flagitium eſt ſi nihil mittetur, quæ ſupercilio '' ſpicit & ſpexit. Ennius libro ſextodecimo: quod vbi rex paulo* ſpexit de contibus * celſis.

Spicunt antiquos di*xiſſe ſine præpoſitione* teſtis eſt Cato in ea, quam *habuit Q. de Thermum* de ſeptem hominibus, vt ſolent *euitare* Soniuios, niſi qui ſempiterni ſunt, quos *dum occurr*ant, ne ſpiciunt, neque ratos *eſſe volunt*.

Spicum maſculine antiqui dicebant, vt hunc ſtirpem, & hanc amnem. verſus eſt antiqus: quaſi meſſim per miſſim vnumquemque ſpicum collegit.

Spinther vocabatur *armillæ genus quod mulie*res antiquæ gere*re ſolebant brachio ſummo* ſiniſtro. Plautus *Iubeaſque Spinther nouam* reconcinnarier.

PAVLVS

Spinter armillæ genus, quo mulieres vtebantur brachio ſummo ſiniſtro.

Spintyrnix, genus auis turpis figuræ. ea Græce σπινταεὶς dicitur.

FESTVS

Spintyrnix eſt auis genus turpis figuræ. occurſatrix artificum, perdita ſpinturnix. ea Græce dicitur, vt ait Santra, σπινθαεὶς.

Spira dicitur, & baſis columnæ vnius tori, aut duorum, & genus operis piſtorij, & funis nauticus in orbem conuolutus; ab eadem omnes ſimilitudine. Pacuuius: Quid ceſſatis ſocij eiicere ſpiras ſparteas? Ennius quidem hominum multitudinem ita appellat, cum ait: Spiras legionibus nexunt.

Spirillum vocari ait Opillius Aurelius capræ barbam.

PAVLVS.

Spirillum barba capræ appellatur.

Spondere putatur dictum, quod ſponte ſua, id eſt voluntate, promittatur.

FESTVS.

Spondere Verrius putat dictum, quod ſponte ſua, id eſt voluntate, promittatur. deinde oblitus inferiore capite ſponſum, & ſponſam ex Græco dictam ait, quod ij σπονδὰς interpoſitis rebus diuinis faciant. Spondere antea ponebatur pro dicere. vnde & reſpondere a*dhuc manet, ſed poſtea* vſurpari cœptum, eſt *etiam in promiſſio*ne alterius.

PAVLVS.
Spondere ponebatur pro dicere, vnde & reſpondere adhuc manet, ſed poſtea vſurpari cœptum eſt in promiſſo.

FESTVS.
Sponſis bene,* beneque volueris, in precatione augurali Meſſala augur ait ſignificare ſpoponderis, volueris.

*Bene ſponſis v.c.

PAVLVS.
Spurcum vinum dicebant, cum aqua admixta, aut igne tactum erat, muſtumue antequam deferueſcat.

FESTVS.
Spurcum vinum eſt, quod ſacris adhiberi non licet, vt ait Labeo Antiſtius libro decimo commentarij iuris pontificij, cui aqua admixta eſt, defrutumue, aut igne tactum eſt. muſtumue ante, quam deferueſcat.

PAVLVS.
SQVALIDVM incultum, & ſordidum, quod proxime ſimilitudinem habeat ſquamæ piſcium, ſic appellatum.

FESTVS.
*Squalidum in*cultum, & ſord*idum ait Verrius.*

*Significare ſic d*ictum quod proxime *ad ſimilitudinem ſquamæ* piſcium accedit, vt*ique eorum qui in profunditatibus ab*diti paludum ſqu*allent maxime. Vnde Ennius* in Telepho. Quam ve*ſtitus ſqualida ſæptus* ſtola.

Squarroſos *ab eadem ſquamarum piſcium* ſimilitudine ait dict*os, quorum cutis exur*gat ob adſiduam inlu*uiem. Lucilius Varro*num, ac rupicum ſquar*oſa, incondita* roſtra.

PAVLVS.
Squarroſi ab eadem ſquamarum ſimilitudine dicti, quorum cutis exſurgit ob aſſiduam illuuiem. Lucilius: Varronum, ac rupicum * ſquarroſa incondita roſtra.

*rapicum

FESTVS.
STAGNVM quidam dici putant, quod in eo aqua perpetuo ſtet. alij, quod is locus à Græcis σωζὸς * dicitur, quia bene contineat aquam.

*ϛεγνὸς

Stalagmium genus inaurium videtur ſignificare. Cæcilius in Katine, cum ait: ium * ex aure eius ſtalagmium Domi habeo.

*tum)

PAVLVS.
Stalagmium genus inaurium. Cæcilius: Ex aure eius ſtalagmium Domi habeo.

FESTVS.
Stata ſacrificia ſunt, quæ certis diebus fieri debent. Cato in ea, quam ſcribit de L. Veturio, de ſacrificio * commiſſo, cum ei equum ademit. quod tu, quod in te fuit, ſacra ſtata ſolemnia, capite ſancta deſeruiſti.

* *Sacrilegio)*

PAVLVS.
Stata dicebantur ſacrificia, quæ certis diebus fiebant. Cato: Sacra, ſtata, ſollemnia, ſancta deſeruiſti.

Statæ Matris ſimulacrum in foro colebatur.



FESTVS.
Statæ Matris ſimulacrum in foro colebatur, poſtquam id colluſtrauit, ne lapides igne corrumperentur, qui plurimus ibi fiebat nocturno tempore, magna pars populi in ſuos quiſque vicos rettulerunt eius deæ cultum.

Statua eſt ludij, eius, qui quondam fulmine ictus in circo ſepultus eſt in Ianiculo. cuius oſſa poſtea ex prodigiis, oraculorumque reſponſis ſenatus decreto intra vrbem relata in Volcanali, quod eſt ſupra comitium, obruta ſunt, ſuperque ea columna cum ipſius effigie poſita eſt.

Statuliber eſt, qui teſtamento certa condicione propoſita iubetur eſſe liber. & ſi per heredem eſt, quo minus ſtatuliber præſtare poſſit, quod præſtare debet: nihilominus liber eſſe videtur.

Status dies vocatur, qui iudicij cauſa eſt conſtitutus cum peregrino. eius enim generis ab antiquis hoſtes appellabantur. quod erant pari iure cum populo Romano, atque hoſtire ponebatur pro æquare. Plautus in Curculione. Si ſtatus condictus cum hoſte intercedit dies, tamen eſt eundum, quo imperant ingratis.

PAVLVS.
Status dies vocatur, iudicij cauſa conſtitutus.

FESTVS.
Stellam ſignificare ait Ateius Capito letum, & proſperum, auctoritatem ſecutus. P. Seruilij auguris, quæ ex lamella * ærea adſimilis ſtellæ locis inauguratis inſigatur.

*ſtellam, quæ ex tamella v.c.

Stellati*na tribus dicta, non à Campo* eo, qui in Campania eſt, ſed eo, qui *parum abeſt ab Vrbe Ca*pena, ex quo Tuſci profeſſii *ſtellatinum eum* campum appellauerunt.

Stellionem * *genus aiunt Lacertæ, quod* Verrius di*ctum ait, quia virus* ſtillet cibo po*tius, quam quod al*ibi à ſtellarū *ſimilitudine, quia* varium eſt.

*Stelionem v.c.

Stercus ex æde Veſtæ XVII. Kalendas Iulias defertur in angiportum medium fere cliui Capitolini, qui locus clauditur porta ſtercoraria, tantæ ſanctitatis maiores noſtri eſſe iudicauerunt.

Sterilam, ſterilem.

PAVLVS. FESTVS. Sterilem mulierem appellabant, quam Greci ςεῖραν dicunt, quæ non cipiti ſemen genitale ſeplaſia, aut ſephaſium, vbi vnguentum memorabatur pretioſum. Pomponius in Adelphis. Di te perdant inferi Antip o. quia vnde hoc vaguentum ſit, quæra; at qui lepidam vnde vnguendum, niſi ex ſeplaſia eſt.

* ait Verrius

" quam v.c.

*·conſtituātur, vel deſtinantur.)

Stipatores ait * dictos à ſtipe, quam mercedis nomine accipiant cuſtodes cuiuſque corporis. vnde & ſtipam, qua "amphoræ cum extruuntur, firmari ſolent; etiam ſtipites, qui ob eandem cauſam deſtituantur. ·*·

PAVLVS. Stipatores, id eſt cuſtodes cuiuſque corporis, dicti ſunt à ſtipe, quam accipiebant mercedis nomine.

FESTVS. Stipatores corporis cuſtodes, quos antiqui latrones vocabant, ſtipati enim ferro circundant corpora regum. Stipatores appellabantur corporis cuſtodes, quos antiqui latrones dicebant, id eſt mercenarios qui cum ferro velut circundabant regum corpora.

* & de eo quæ v.c.

Stipem eſſe nummum ſignatum, teſtimonio eſt (& id quod * datur ſtipendium militi, & cum ſpondetur pecunia, quod ſtipulari dicitur.

Stipem dicebant pecuniam ſignatam quod ſtiparetur: ideo ſtipulari dicitur is, qui interrogatus ſpondet ſtipam id eſt æs.

PAVLVS. Stipes fuſtis terræ defixus.

FESTVS. Stipes fuſtis terræ defixus: Afranius in Porro honeſte quam fecerit, qui ſtipite hoſtium impulit, voſtram imploro fidem, qui adeſtis . . . . . . . . . . eam ſiluam, et . . . us in hoſtili in me lactu percuſſit latus vt reuolſo ſtipite miles qui iactu valido percuſſit parmam, niſi ſi ſtipitem ponere voluit pro telo, vel haſta. Accius in Bacchis Ecquam ſtipitem abiegum aut alienum . . . . . . . . . us Eunius . . . . .



. . . ſtipites abiegno . . . . . . e ſtipitem . . . . . . . intercmit eum, qua . . .

Stipitem arripit.

Stirpem in maſculino genere antiqui vſurparūt pro eo quod eſt femina metaphorice dicentes, poetæ quæ nunc in fœmineo proferunt genere Liuius tradunt familias quorundam Romanorum, Trojano ſtirpe ante conditam Romam procreatas. Idem Liuius Oſtryınon quendam memorant Graio ſtirpe extitiſſe Ennius Annibal Nomine Pyrrhus vti memorant à ſtirpo ſupremo . . . . eſt reuoca fratrem eodem ſtirpe prognatum plaudite, quam Gallus Aelius, ſic definit ſtirps eſt gentis propagatio, vt quia quoque eſt prognatus. Stirpes autem per tranſlationem dicuntur ab ſtirpibus iis quæ ſub imis arboribus naſcuntur.

Stiricidium, quaſi ſtillicidium, cum ſtillæ concretæ frigore cadunt. Stiria enim principale eſt, ſtilla deminutiuum. PAVLVS.

Stiricidium quaſi ſtillicidium, cum ſtellæ concretæ frigore cadunt. Cato pro C. . . : . . . . . . . nihilominus voluit ſemper de arricidio in re præſenti cognoſcere atque etiam ſtatuere. FESTVS.

Stlata, genus nauigis latum magis, quam altum, & à latitudine ſic appellatum, ſed * ea conſuetudine, qua ſtlocum pro locum, & ſtlitem pro lite dicebant. PAVLVS. * ſcilicet)

Stlata genus erat nauigij, latum magis, quam altum, ſic appellatum à latitudine, ſed conſuetudine, qua ſtlocum pro locum, & ſtlitem, antiqui pro litem dicebant. FESTVS.

Stlembus, grauis, tardus, ſicut Lucilius pedibus ſtlembum dixit, equum pigrum, & tardum. PAVLVS.

Stlembus grauis, tardus, ſicut Lucilius . . . . . . . . . Apulidæ pedibus ſtlembum, dixit, cum refert equum pigrum & tardum. FESTVS.

[* vide v.c. / * quid v.c. / * illic) / * Androgyno) / * oporteat v.c. oportebat)]

Stolidus, ſtultus. Ennius libro primo: Nam vidi * pugnare ſues, ſtolidi, ſtolidi ſunt, & in Alexandro: Hominem appellat, quia * laſciui ſtolide non intellegit. & Cæcilius in Hypobolimæo: Abi hinc tu ſtolide. illi * vt tibi ſit pater? & in Andronico: * Sed ego ſtolidus, gratulatum me oportuit * prius.

Stolidus, ſtultus.

[PAVLVS.] Strebula lingna Vmbrorum appellabant partes carnium ſacrificatarum.

[FESTVS.] Strebula Vmbrico nomine Plautus appellat coxendices hoſtiarum, quas *Græci* μηρία *dicunt*, *quæ* in altaria *imponi ſolebant*, *vt Plau*tus ait in Fri*uolaria ſtrebula* agnina tene . . . . .

. . . . bulis.

[* initiumq. v.c.]

Strenam vocamus, quæ datur die religioſo, ominis boni gratia à numero, quo ſignificatur alterum, tertiúmque * venturum ſimilis commodi, veluti trenam, præpoſita S littera; vt in loco, & lite ſolebant antiqui.

[PAVLVS. * continuate]

Strigæ appellabantur ordines rerum inter ſe coniunctæ * collocatarum, à ſtringendo dictæ.

[FESTVS.]

Strig*æ appellabantur* ordines rerum *inter ſe contin*uate conloca*tarum, à ſtring*endo dictæ.

Strig*as vt ait*.

*Ver*rius Græci σύρια *appellant quod* maleficis mulieribus nomen inditum eſt quas volaticas etiam vocant. Itaque ſolent his verbis eas veluti auertere Græci. σύῤῥιπτα πομπὴν νυκτινόμαι στρίγγα τόλαοι ὄρνιν ἀνωνύμον ὠκυπόρυς ἐπὶ νῆας.

Strigores in ne*lei carmine pro ſt*rigoſis poſitum *inuenitur, id eſt denſ*arum, virium hom*inibus alias ſtrig*ore exerciti.

[PAVLVS.] Strigores denſarum virium homines.

[FESTVS.] Stritauum antiqui dicebant pro tritauo.

Strit*auum antiqui dice*bant pro trita*uo, quı̀ eſt pater at*aui, & atauiæ; *vt ſtlitem pro lite*.



[* στρόφιον. v.c. / * ſidem v.c.]

Stroppus eſt, vt Ateius Philologus exiſtimat, quod Græce στρόφιον vocatur, & quod ſacerdotes pro inſigni habent in capite. quidam coronam eſſe dicunt, aut quod pro corona inſigne in caput imponatur, quale ſit ſtrophium. Itaque apud Faliſcos diem * feſtum eſſe, qui vocatur Strupearia, quia coronati ambulent, & à Tuſculanis, quod in puluinari imponatur Caſtoris ſtruppum vocari.

[PAVLVS.] Stroppus quod Græce dicitur στρόφιον, pro inſigni ponebatur in capitibus ſacerdotum. alij id coronam eſſe dixerunt.

[* induſtria. / FESTVS.]

Struere antiqui dicebant pro augere, vnde inſtruere. *

[* At) / * fure v. fugere)]

Struere antiqui dicebant pro adiicere, augere, vnde induſtrios quoque. M. Cato: iure, lege, libertate, Republica communiter vti oportet: gloria, atque honore quomodo ſibi quiſque ſtruxit, aut * in duodecim. quod eſt. Si caluitur, pedemve ſtruit: manum endoiacito. alij putant ſignificare retrorſus ire, alij in aliam partem alij furere. * alij gradum augere; alij minuere; ac vix pedem pedi præfert, otioſe it, remoratur.

Strues genera liborum ſunt, digitorum coniunctorum non diſſimilia, qui ſuperiecta panicula in tranſuerſum continentur.

[PAVLVS. * Struifertarios]

Strufertarios * dicebant, qui quædam ſacrificia ad arbores fulguritas faciebant, à ferto ſcilicet quodam ſacrificij genere.

[FESTVS.]

*Strufertarios appellabant* antiqui, *vt ait* homines *conductos mercede, qui ad* arbores ful*guritas piacularum* *com*miſſarum *cauſa ſacrificia quædam* ſtruæ, & *ferto ſolemnibus verbis* faciunt, *precor te Iuppiter* vti mihi *volens propitius ſies, quod* & nullo etiam *fiebat adhibito ſtru*fertario.

*Suberies arboris genus* ex qua cortex *natatorius detrahitur*

Lucilius . . . . . .

ti hibernacul . . . . . .

. . . . . . . .

Struices antiqui dicebant extructiones omnium rerum. Plautus: Cerialis cenas dat. ita menſas extruit, Tantas ſtruices concinnat patinarias. & Liuius: quo Caſtalia, per ſtruices ſaxeas lapſu accidit.

PAVLVS. Struices dicebant omnium rerum inſtructiones.

* Strui — Struppi * vocabantur in puluinaribus faſciculi de verbenis facti, qui pro deorum capitibus ponebantur.

FESTVS. Struppi vocantur in puluinaribus *faſciculi de verbenis facti qui pro Deorum* capitibus ponuntur *apud Vr*bem calo Antiſtius *Labeo dici ait ma*giſtratum publicum . . .

Strutheum in mimis præcipue vocant obſcenam partem virilem, à ſalacitate videlicet paſſeris, qui Græce στρουθὸς dicitur.

PAVLVS. Stultorum feriæ appellabantur Quirinalia, quod eo die ſacrificabant ij, qui ſolemni die, aut non potuerunt rem diuinam facere, aut ignorauerunt.

FESTVS. Stult*orum feriæ appellabantur* Quirinal*ia, qui erat dies feſtus* qui prim*i quod eo die Quirino* ſacrificant ij, *qui ſolemni die. aut* non potuer*unt rem diuinam facere*, aut ign*orauerunt. ſuorum* fornacaliu*m ſacrorum diem* commiſſum *piaculum expiabant* more, at*que quod ſuis non fecerant* quibus p*ermittebatur ferijs*, *ſacrum faciebant.*

Stuppam linum inpolitum appellant Græci Dorij.

Stuprum pro turpitudine antiquos dixiſſe apparet in Nelei carmine: fœde, ſtupréque caſtigor cotidie, & in Appi ſententiis: qui animi . . . compotem eſſe, nequid fraudis, ſtupríque ferocia pariat. Næuius: Seſéque ij perire mauolunt ibidem, quam cum ſtupro redire ad ſuos popularis, item: ſin illos deſerant fortiſſimos viros, magnum ſtuprum populo fieri pergetis. *

* pergentis v.c.

PAVLVS. Stuprum pro turpitudine antiqui dixerunt. vnde eſt in carmine: Fœde, ſtupréque caſtigor cotidie.

Stura



FESTVS Stura flumen in agro Laurenti eſt.

ſtura flumen in agro Laurenti eſt, quod quidam Aſturam vo*cant.*

*suber arbor*, ac ſuberieſ, *qua natabant in* Thermi.

SVADTED, idem * ait eſſe, ſic te. — * Meſſalla)

suaſum, colos appellatur, qui ſit ex ſtillicidio fumoſo in veſtimento albo. Plautus. quia tibi ſuaſo infeciſti propudioſa pallulam. Quidam autem legunt inſuaſo. nec deſunt, qui dicant omnem colorem, qui fiat inficiendo, ſuaſum vocari, quod quaſi perſuadetur in alium ex albo tranſire.

sub corona venire dicuntur, quia captiui coronati ſolent venire, vt ait Cato in eo, qui eſtj de re militari. vt populus ſuus ſua opera potius ob rem bene geſtam coronatus ſupplicatum eat, quam re male geſta coronaus veneat. *Id autem ſignum eſt nihii præſtari a populo. quod etiam Plautus ſignificat in Hortulo. præco ibi adſit cum corona, cuique liceat veneat.*

* veniat. v.c.

* veniat. v.c.

sub iugum mitti dicuntur hoſtes victi, ereptis omnibus armis, teliſque, cum haſtis defixis duabus in terra, tertiaque ad ſummum earum deligata, (ipſi eam * iubentur ſubeuntes tranſire.

* ſpecie iam v. c. ſpeciem eam)

PAVLVS. sub iugum mitti dicuntur hoſtes, cum duabus haſtis in terra defixis, tertiaque ſuperligata. inermes ſub eas coguntur tranſire.

FESTVS. sub vineam iacere dicuntur milites, cum aſtantibus centurionibus iacere coguntur ſudes.

*sub vineam iacere dicun*tur milites. *cum adſtantibus centurionibus iacere cogantur ſudes.*

PAVLVS. sub vitem haſtas iacere dicitur veles, cum eas ſub manu ſurſum mittit. Lucilius: vt veles bonus ſub vitem, qui ſummiſit* haſtas. Veles autem velitis facit.

* ſubiicit)

FESTVS. sub vitem ha*ſtas iacere dicitur veles, cum eas ſub* manu *ſurſum mittit* Lucillius. vt *veles bonus ſub vitam* qui ſubit * ha*ſtas.*

* ſubiicit)

sub vitem præliari dicuntur milites, cum ſub vinea mili-

tari pugnant. Lucilius: Neque prodire in altum, præliari procul ſub vite.

FESTVS. *Sub vitem proeliari* dicuntur *milites, cum ſub vinea* militari pug*nant Lucilius Æ*q. prodire *in altum, proeliari pro*cul ſub vite.

*ſupplicio V.C. ''& endoq) — sub vos placo, in precibus fere cum dicitur, ſignificat id, quod ſupplico * vt in legibus: TRANSQVE DATO, EDENDOQVE'' PLORATO.

sub vos placo, ſupplico.

PAVLVS. subactus modo ſignificat mollitus; modo victus; modo compulſus, vt cum dicimus, pecus ſub arbore ſubactum modo coactus.

FESTVS. *Subacti*, molliti, alias *compulſi, & coacti* vt cum dicimus, *pecus ſub arbore* ſubactum *alias victi.*

subditus dicitur iudex, qui loco mortui datur iis, qui eum habuerant iudicem in aliqua re, vel lite.

FESTVS. PAVLVS. subdit*us dicitur is qui in demor*tui (in demortuis) iudi*cis locum iudex* datur his, qui eum hab*uerant iudicem duntaxat* in eandem rem *vel litem.*

''*inde* V.C. **æuo* V.C. *ſonitu ſæuo* — subices Ennius in Achille pro ſubiectis poſuit. cum dixit Nubes per ego deum ſubices humidas, Vnde oritur imber ſonitus ærio * ſpiritu.

subices Ennius pro ſubiectis poſuit.

subiciar*ies dicuntur, qui agetur, vt cædat* quod fit, vt ait Cincius *in libro de officio iuriſ*conſulti exemplo, athe*nienſium apud quos* explandi* gratia aries in *igitur ab eo qui ſc*elus admiſit poenæ pend*endæ loco.*

subigere arietem in eodem libro * Antiſtius eſſe ait dare arietem, qui pro ſe agatur: cædatur.

. in dicebant infir : . . . . .

. . Plautus in Perſa: Ad paupertatem ſi immigrant infamiæ, Grauior paupertas fit, fides ſubleſtior. id eſt infirmior. Idem in Neruolaria, vinum ait ſubleſtiſſimum, quia infirmos faciat vel corpore animo.



ſtiſſimum, quia infirmos faciat vel corpore, vel animo.

FESTVS. Sublicium po*ntem quidam putant eſſe* appellatum a *ſublicibus peculi ari* vocabulo *Volſcorum*, *quæ ſunt tigna* in latitudinem *extenſa, qua non* aliter Formiani *vocent, quam a nomine* librorum: *& qua ab aliis auctoribus* ſublices voca*ntur quod ſub eis* aqua liquens. *laberetur*; *dictæ* in qua opinio*ne fuit*. . .
. . . *qui* . . . .
& meminit *ſublici pontis: en Neuius* qui ait in belli *Punici libro*. . . . .
quam liquidum *ſublicio tranat ponte* amnem, & alij tab*ulis qui adhuc no*men retinet. .
Salluſtius libro qu*arto Hiſtoriarum* ne inrumiendi po*ntis ſublici* . . . . . .
ſublicibus cauata . . . . .
*eſſent*.

*dixit Cato) — sublimauit dixit,* id eſt, in altum extulit, Originum libro ſecundo: In maximum decus, atque in excelſiſſimam claritudinem ſublimauit id autem dicitur a limine ſuperiore, quia ſupra nos eſt.

sublimem eſt in altitudinem elatum. vt Ennius in Thyeſte: Aſpice hoc ſublime candens, quem vocant omnes Iouem. Vergilius in Georgicis libro primo: Hic vertex nobis ſemper ſublimis.

PAVLVS. sublimem eſt in altitudinem elatum. id autem dicitur a limine ſuperiore, quia ſupra nos eſt.

FESTVS. sublucare arbores eſt ramos earum ſupputare, & veluti ſuptus lucem mittere? cōlucare autem ſuccisis arboribus locum implere luce.

*adulti) — suboles ab oleſcendo, id eſt, creſcēdo dictæ vt adoleſcētes quoque & adultæ, * & indoles dicitur. Lucretius libro quinto: siue virum ſuboles. ſiue eſt muliebris origo. Vergilius: Cara deum ſuboles, magnum Iouis incrementum.

*rumis vocabatur. — subrumari dicuntur hædi, cum ad mammam admouentur: quia ea (his vocabantur,* vel quia rumine trahunt lacte ſugentes.

PAVLVS. Subrumari dicuntur hædi, cum ad mammam admouentur: quia ea rumis vocatur: vel quia rumine trahunt lac* ſugentes. **lacte*

Subſcudes appellantur tabellæ, quibus tabulæ inter ſe configuntur, quia quo immittuntur ſucciditur. Pacuuius: Nec vlla ſubſcus cohibet compagem.

FESTVS. *Subſcudes ap*pellantur cunctæ *tabellæ, quibus* tabulæ inter ſe *configuntur qui* aquo ex immitantur *ſucciditur Pacu*uius in Niptris: Nec vlla ſubſcus cohibet compagem aluei. Plautus in Aſtraba: Terebratus multum ſit, & ſubſcudes addite.

Subſidium dice*batur quando mi*lites ſubſide*bant in extrema acie lab*entiq. aciei *ſuccurrebant quod* genus militum *conſtabat ex iis, qui* emeruerant *ſtipendia, locum tamem* tamen retine*bant in exercitu* quæ erat ter*tia aciei Trianorum* vt Plautus *in friuolaria*, agite nunc ſubſi*dit omnes; quaſi ſolen*t triario *ſimili modo dicti præſi*diari ante eos *collocati qui* erant, aut in alio *loco præpoſiti*.

PAVLVS. Subſilles dicebantur quædam lamellæ ſacrificiis neceſſariæ.

FESTVS. *Subſiles ſunt, quas aliter* ipſiſles vo*cant, lamellæ neceſſariæ ſacris* quæ ad rem *diuinam conferre dicuntur* maxime, *ſpecie virum & mulie*rum.

Subſolaneæ *quæ ſunt ſolo* res appellantur, *nec ad vnius nomen* rei ſolum conferunt, *ſubſolanei enim dicuntur qui* infimum *ſolum colunt vt qui* in terram ſuper*ſolanei: dicitur inde ſoli*dum, imum *ſolum, rurſus quo planta pedis* innititur.

Subſtillum *antiqui appellabant* tempus ante *pluuiam iam* pæne vuidum dum *& poſt pluuiam* non perſiccum, *iam ſtillaret*, aut non dum deſuſſet.

Subſtillum tempus ante pluuiam iam pæne vidum, &



poſt pluuiam non perſiccum, quod iam ſtillaret, aut non dum deſiiſſet.

Subucula genus libi dicitur, ex halica, & oleo, & melle: & genus veſtimenti. PAVLVS.

Subuculam Aelius Stilo, & Cloatius iiſdem fereverbis demonſtrant vocari, quod diis detur ex halica & oleo, & melle, Nam de tunicæ genere notum eſt omnibus FEST.

Subuerbuſtam, veribus vſtam ſignificat Plautus cum ait. Vlceroſam. * compeditam, ſubuerbuſtam, ſordidam.

Subuerbuſtam, veribus vſtam ſignificat.

Subluo Tuſce tibicen dicitur **vlceroſam. v.c.*

Subulo Tuſce tibicen dicitur. itaque Ennius: Subulo quondam marinas propter adſtabat plagas. PAVLVS.

Suburam Verrius alio libro a pago Succuſano dictam ait: hoc vero maxime probat eorum auctoritate, qui aiunt ita appellatam & regionem vrbis, & tribum a ſtatiuo præſidio, quod ſolitum ſit ſuccurrere Eſquiliis infeſtantibus eam partem vrbis Gabinis. indicioque eſſe, quod adhuc ea tribus per C litteram, non B ſcribatur. FESTVS.

Subura regio Romæ a pago Succuſano vocabulum traxit, quod ei vicinum fuit. PAVLVS.

Suburanam *tribum antea* Succiſanam *per* C, *appellabant* ex nomine *regionis, nam partem* inam illam quoq. *tradunt fuiſſe ſuc*cuſanam dictam *Verrius autem*, ait *ſemiratum* eſſe, *cur non a nomine* pagi ſuccuſani, *in quo milites* exercerentur. FESTVS.

Succenturiare eſt explendæ centuriæ gratia ſupplere, ſubiicere. Plautus in Saturione: Succenturia centum, require, qui te delectet domi. & Cæcilius in Triumpho: nunc meæ militiæ * aſtutia opus eſt ſuccenturia." **malitiæ) " ſuccenturiata)*

Succenturiare eſt explendæ centuriæ gratia ſupplere, Cæcilius: Nunc meæ malitiæ aſtutia opus eſt ſuccenturia.* PAVLVS. **ſuccenturiata)*

succerda ſtercus ſuillum. Titinius: Quid habes, niſi vnam arcam ſine claui; eo condis ſuccerdas.

FESTVS. *Succerdæ* ſtercus *ſuillum dicebatur*. . . . . us. simus *ſuccerdæ Titinius* Quid habes, niſi *vnam arcam ſine claui*, eo condis *ſuccerdas, alio nomine* ſuccerda *dicitur opicerda*. . . . . . . homo opicerd*a*. . . . . . . . *homi*nem; quem ſol *in opicerdis aſpi*cit.

PAVLVS. Succinea hoſtia dicebatur, quæ ſecundo loco cædebatur ſic appellata eſt a ſuccedendo.*

* *ſuccidēdo*

FESTVS. *Succidanea hoſtia* appellatur quæ *ſecundo loco caedebatur*, quod quaſi *ſuccideretur*, *dicta* quidem a ſuc*cedendo, non a ſucci*dendo dictam *putant*.

PAVLVS. Succingulum, balteum.

FESTVS. *Succingulum* ap*pellabant antiqui b*alteum Plautus *ab Hypoliſta*. *Succingul*um Herculis *aeque magno neu*tiquam abſtul*it periculo*.

PAVLVS. ſuccrotilla,* vox tenuis, & alta. Titinius: Feminea" fabula ſuccrotilla vocula.

FESTVS. *Succrotilla* tenuis dicebat*ur*, *& alta vox* Titinius in. *Fœminea* fabulare ſuccro*ttilla vocula Affra*nius in E*piſtola loquebatur ſuccro*tilla voce ſerio *Plautus in de*ſcribendis muli*erum cruribus* gracilibus in Syr*o cum extortis* talis cum ſodellis * *cruſculis bel*le, quæ non pedibus *irent*.

* *Succortrila, ſuccotilla, ſuccotrilla*

" *Femina*

* *todellis*

Sucula eſt machinæ *genus teretis* materiæ & foratæ, *ac craſſæ* quam vt vber ſcrofæ *porci circum*ſtant, *ſic verſanteſque ductario fune volunt eodem nomine* ſtellas ruit que *dicunt*, *quas aliter appellarunt a pluuia* hyadas Græci *ὑάδας noſtri* exiſtimantes a ſubus *dici*, *modo latine lo*quenti dixerint *eas Suculas*.



PAVLVS. Sudiculum * genus flagelli dictum, quod vapulantes ſudantes facit.

* *Seduculum*

Sudum, ſiccum, quaſi ſeudum, id eſt ſine vdo. Securus, ſine cura.

FESTVS. *Sudum Verrius ait* ſignificare ſub *vdum ſed auto*rum omnium fere *exempla volunt vt ſu*dus ſiccum ſignificet. *Sudum enim quaſi ſeudum, id* eſt ſine vdo, vt ſe*curus ſine cura dictum eſt*.

Sufes di*ctus Pœnorum ma*giſtratus, vt oſcor*dum Media ſtuticus* Calidius in Oratione *in Q. Cæci*lium. Nonne vobis I*udices ignem* & fumus proſequi *& flamma* videtur: Senatus cenſ*uit referentib*. Sufetis.

PAVLVS. Sufes Conſul lingua Pœnorum. Calidius: Senatus, inquit, cenſuit referentibus ſufetis.

Suffibulum, veſtimentum album prætextum quadrangulum oblongum, quod in capite Veſtales virgines ſacrificantes habebant, idque fibula comprehendebatur.

FESTVS. Suffibulum eſt veſtimentum al*bum prætextum qua*drangulum oblongum, quod in ca*pite Virgines V*eſtales cum ſacrificant, ſemper *habere ſolent id*que fibula comprehenditur.

Suffimenta ſunt, quæ *faciebant, ex faba*, *milioque* molito mulſo ſpar*ſo*: *ea diis dabantur eo tempore*, quo vuæ calcatæ *proelo*.

PAVLVS. Suffimenta dicebant, quæ faciebant ex faba, milioque molito, mulſo ſparſo. ea diis * eo tempore dabantur, quo vuæ calcatæ prælo " premebantur.

* *bis*

" *pilo*.

FESTVS. Suffiſcus folliculus teſtium arietinorum, quo vtebantur pro marſupio, à fiſci ſimilitudine dictus.

Suffiſcus dicebatur folliculus teſtium arietinorum, qui celebris u*ſus erat pro marſu*pio forſitan d*ictus ſuffiſcus à* fiſci ſimilitu*dine*.

Suffraga*tores dicebantur apud* maiores hi, qui vulgo in vſu *erant candidatis nam vt melius* apparerent iuncta ſuffragi*a ſuffragator* quem quiſque fieri vellet, notabat *appoſito pun*cto ſcriptis

candidatorum hominum *nominib.* Varro in libro VII. Rerum humanarum *hoc tradit.*

PAVLVS. Suffuerat, ſub eodem tecto fuerat.

*χυλὸν

FESTVS. Sugillatum dicitur ex Græco, quod ea pars, quæ eſt ſub collo, *κοῖλον* * ab eis dicitur.

*Sugillatum* dici exiſtimant *ex Græco vocabulo* quod ea pars, quæ *eſt ſub collo χυλὸν* ab iis dicitur.

Suillum genus inuiſum Veneri prodiderunt 'poetæ, ob interfectum ab apro Adonim, quem diligebat dea. quidam autem, quod immundiſſimi ſint ſues ex omni manſueto pecore, & ardentiſſimæ libidinis. ita, vt opprobrium mulieribus inde tractum ſit, cum ſubare, & ſubire dicuntur.

Sulci appellantur, qua aratrum ducitur, 'vel ſationis faciendæ cauſa, vel vrbis condendæ, vel foſſura rectis lateribus, vbi arbores ſerantur. fulmen quoque, qua eius veſtigium, ſimiliter appellatur. quod vocabulum quidam ex Græco fictum, quia illi dicant ὀλχόν.

PAVLVS. Sulcus dictus à Græco, qui ab illis ὀλκὸς appellatur.

Sultis, pro ſi vultis. Plautus: Sequimini me hac, ſultis. & Cato: Audite, ſultis, milites.

FESTVS. Sultis, ſi voltis. Plautus in Friuolaria: Sequimini me hac, ſultis, legiones omnes lauernæ. & in Rudente: Curate hæc, ſultis, magna diligentia. M. Cato pro L. Cæſetio: audite, ſultis, milites, ſi quis veſtrum in bello ſuperfuerit, ſi quis non inuenerit pecuniam, egebit.

*ſi audes. v.c. ſodes, ſi audes)

"ilicet, ire licet, illico)

*ſcilicet)

Sultis, ſi voltis ſignificat compoſito vocabulo, ita vt alia ſunt, ſodes, * ſis ſiuis, plicet" in loco, ſcis licet* ſcias licet, equidem ego quidem. Ennius: pandite ſulti genas, & corde relinquite ſomnum.

Sultis, ſi vultis. Ennius: Pandite ſulti genas, & corde relinquite ſomnum.

PAVLVS. Sum pro eum vſus eſt Ennius.

FESTVS. Sum pro eum vſus eſt Ennius libro primo: At tu non vt ſum ſummam † ſeruare decet rem. & libro ſecundo: At ſeſe ſum quæ dederat in luminis oras.

†*ſumma v.c.*

**ſinctæ v.c. vel facta)*

Summanalia liba farinacea in modum rotæ ficta.*



Summiſſiorem aliis ædem Honoris, & Virtutis C. Marius fecit, ne ſi forte officeret auſpiciis publicis, augures eam demoliri cogerent.

PAVLVS. Summuſſi, * murmuratores. Næuius: Odi, inquit, ſummuſſos, proinde aperte dice, quid ſit. "Terentius muſſare pro tacere poſuit, cum ait: Sile, cæla, occulta, tege, tace, muſſa.

**ſummiſſi*

"*ſiet)*

FESTVS. *Summuſſi* dicebantur *murmuratores* Næuius: Odi, inquit, *ſummuſſos, pro* inde aperte dice, *quid ſit, quod*, times. Ennius in ſexto *Annalium Qui*ntus in occulto muſſa*bat*: *Et Accius* in Andromacha dic*e iam mater non* eſt. nam muſſare ſi*ne Cæcilius* in Agnorizomene: * Quod potes, ſile, cæla, occulta, tege, tace, muſſa, mane.

** Anagnorizomene)*

Suopte, (ſuo) ipſius; vt meopte, meo ipſius; tuopte, tuo ipſius.

Supa *ſignificat iacit, vnde diſſipat* diſiicit *&* *obſipat, obicit &* *inſipat* inſipit . . . iniicit farinolam.

PAVLVS. Supat * iacit, ' vnde diſſipat, diſiicit: & obſipat, obiicit: & inſipat, "hoc eſt iniicit.

**ſipat)*

"*inſipit*

FESTVS. Supellectilis recto caſu, & ſenis ratione dicebantur, quæ nunc contraria videntur eſſe finitioni proportionis, * quia omnia vocabula x littera finita, per declinationes obliquorum caſuum ſyllabam accipiunt. Hæc autem duo deſciuerunt ab ea, vt alia complura, * quæ non ideo infirmare debent præceptum.

** portionis v.c.*

**alta comptum v.c.*

PAVLVS. Supercilia in Iunonis tutela eſſe putabant, quod iis protegātur oculi, per quos luce fruimur, * quam tribuere putabant Iunonem. vnde & Lucina dicta eſt.

**fruuntur.*

FESTVS. '*Supercilia in* Iunonis tu*tela putabant, in qua dicun*tur mulieres *etiam, quod iis prot*ega*n*tur oculi, per qu*os luce fruimur*, ' quam tribuat *Iuno. Vnde ipſa* Dea Lucina quoque *dicta videtur.*

Supercilium dicitur, quod ſupra cilium ſit, id eſt integimentum oculi ſuperius.

Supereſcit ſignificat ſupererit. Ennius: dum quidem vnus

*Romanus v.c. *Acer. v.c. " ſi) *cedit v.c.

homo Romæ* toga ſupereſcit. & Attius * in Chryſippo: Quin hinc" ſupereſcit, Spartam, atque Amyclas trado. Sed per ſe ſuper ſignificat quidem ſupra, vt cum dicimus ſuper illum ſedit, * verum ponitur etiam pro de, Græca conſuetudine, vt illi dicunt, ὑπὲρ. Plautus in Milite glorioſo: Mea opera ſuper hac vicina, quam ego nunc concilio tibi. in Phaſmate: Ehe . . tandem percipio, ſuper rebus noſtris loqui te. Pacuuius in Medo: Qua ſuper re interfectum eſſe Hippotem dixiſti? Cato contra Annium: Nemo antea fecit ſuper tali re cum hoc magiſtratu vtique rem. Afranius in Virgine: Aliis de rebus in qua cœpiſti ſuper re.

PAVLVS. Supereſcit, ſupererit. Ennius: Dum quidem vnus homo Romæ ſupereſcit.

Superſtites antiquitus appellati ſunt teſtes.

FESTVS. Superſtites teſtes præſentes ſignificat. cuius rei teſtimonium eſt, quod ſuperſtitibus præſentibus, ij, inter quos controuerſia eſt, vindicias ſumere iubentur. Plautus in Artemone: Nunc mihi licet quiduis loqui, nemo hic adeſt ſuperſtes. Volgari quidem conſuetudine ponitur *pro iis qui ſatis* ſuperque ſint. *Superſtites etiam* liberi parentib*us dicuntur* . . . . . quamobrem *progredi cuperem vlterius viuendo* quamquam *omnes ſuperſtites mihi* velim.

Superuacaneum vt *videtur, ſ*ecludit Verrius ab v*acuo, quod vacuum quidem dicatur id* tantummodo, *ſufficiat ſatis g.* ſit famili*æ*: *quod autem ſuperſit ſuper*uacaneum *id dicitur.* . . . .

. . .

PAVLVS. Superuacaneum, ſuperuacuum.

Superuaganea dicebatur ab auguribus auis, quæ ex ſummo cacumine vocem emiſiſſet. dicta ita, quia ſuper omnia vagatur, aut canit.

FESTVS. Super*uaganea auis v*ocatur ab au*guribus quæ ex ſum*mo cacumine *vocem emiſit*, *quia* quaſi in alti*ſſimis ſuperque omnia* vagatur appell*ata*.

. . . . .



Supparus *dicebatur puellare* veſtimen*tum lineum*, *quod &* *ſ*ubucula app*ellabatur Pomponius* in Fullonia . .

. . . . .

*velum* omne quod *ex lino eſt*, *dicitur ſup*parum Puni*ceum veſtimentum ita v*ocat Neui de *bello Punico*. & in Nautis, *vocat Neptuno v*eſtem conſec*ratam*, *ſupparum at* nunc ſupparos *appellamus vel al*ına iam crucem *expanſa*. *Mulier vi*detur puella *ſupparo induta*, *ve Affran*ius ait. Puella *non ſum*, *ſupparo ſi in*duta ſum.

PAVLVS. Supparus veſtimentum puellarum lineum, quod & ſubucula (id eſt camiſia) dicitur. Afranius: Puella non ſum. ſupparo ſi induta ſum.

FESTVS. Supernati dicuntur, quibus femina ſunt ſuccisa in modũ ſuillarum pernarum. Ennius: His pernas ſuccidit iniqua ſuperbia Pœni.

. . . . . .

*Supernati dicuntur quibus femi*na ſunt ſucciſa *in modum ſuill*arum pernar*um*. *Ennius in Annalibus* is pernas ſu*ccidit iniqua ſuperbiæ* Pœni. & Catul*us ad Coloniam*; *in* foſſa ligari iac*et ſupernata ſ*ecuri.

PAVLVS. Supplicia veteres quædam ſacrificia à ſupplicando vocabant.

FESTVS. Supplic*ia ſunt*, *quæ caduceato* res portent *ea ſumebantur ex* verbena ſalic*i arboris nec enim ex* alia ſupplicia *fas erat*, *quam de verbe*nis ſumi. Sin*nius Capito ait cum ciu*is neçaretur, *inſtitutum fuiſſe vt* Semoniæ res *ſacra fieret veruçe* bidente, *vt eo ſacrificio pœ*na ſalutis *ciuibus, caput ipſum dam*nati, patrim*oniumque cui delibatum eſſet* id fieret ſac*rum Deo*, *Indeque fuiſſe* ſolitum, vt *quia tunc in Forum ſuppl*icandi cauſa *prodiret Rex ſacro*rum vt id vo*caretur ſupplicium hoc ve-*

ro ſemper elatum à multis quo exemplo docet ſupplicia dici ſupplicamenta nunc fere ſupplicia, pro poenis dicuntur.

Supplicium à ſupplicijs differt, vt vſus arguit, quod in vſu ſit, vt dicimus hæc deorum, illud hominum: cum ſumatur ſupplicium de aliquo id eſt de poena agatur eius, qui iubetur cædi.

Suppremum modo ſignificat ſummũ, modo extremum, modo maximum.

PAVLVS.

FESTVS.

Suppremum modo ſignificat ſummum vt cum dicit . . . . pater ſuppreme belli & armorum Mauors potens. Plautus . . . Me certe ſuppremum habuiſti ſemper in rebus tuis. alias extremum ſignificat, vt in legibus XII. Solis occaſus ſuprema tempeſtas eſto . . . . . . Supremo crimine necte tuo. Vnde dicimus ab illo ſepeliri die ſupremo . . . . . & quaſi ſupremo lugentes . . . . . . tempora voltu. Cato de . . . . . . . dolentis numquam cuiq. reo apud Prætorem denegaſſe ſuppremam aduocationem alias pro maximo cum duas oues & triginta boues ſupremam multam dicerent.

Suppum antiqui dicebant, quem nunc ſupinum dicimus ex Græco, videlicet pro adſpiratione ponentes litteram, vt cum idem ὕλας dicunt, & nos ſiluas. item ἕξ, ſex: & ἑπτὰ, ſeptem. eius vocabuli meminit etiam Lucilius: Si vero das, quod rogat, & ſi ſuggeri* ſuppus.

* ſuggeriis)

PAVLVS.

Suppum antiqui dicebant, quem nunc ſupinum dicimus.

Surregit, & ſortus pro ſurrexit, & quaſi poſſit fieri ſurrectus frequenter poſuit Liuius.

FESTVS.

Surregit & ſortus antiqui ponebant pro ſurrexit. & eius participio, quaſi ſit ſurrectus quibus L. Liuillus frequenter vſus eſt.

Surremit, ſumpſit. inque manu * ſurremit haſtam.

* manum)

PAVLVS.

FESTVS.

Surremit ſumpſit inque manum ſurremit haſtam.

Surrempſit, ſuſtulerit.

PAVLVS.

FESTVS.

Idem Surempſit, vſurpauit pro puerum ſuſtulerit. Surium . . . . cum dixit. qui ita appellatus eſt, quod



cum in Academia & Lycio nobiliſſimos inter, excelleret, atque ob eam cauſam præſtantiſſimus ſemper habitus fuiſſet inſtituit. cum diſputaretur, vt primus ſumeretur is qui eſſet ipſo dignior vnde σχύελον καὶ ὑκέπι σύελον illum nominauit, quod ſi monitus eſſet, diſputantem non numquam refellebat Socratem quas . . . . . coniecerat in librum à ſe ſcriptum, quem inſcripſerat Scyrium, ob eum, cuius gratia id appellauerat opus.

Surum dicebant, ex quo per deminutionem ſurcubus factum eſt Plautus in . . . . Surum non eſt tibi ſurum dicebant palum item: nam quia ſepiebatur circus ſurculis, longum deligebant ſurum, tum poliebant aſcia . . . . aut aſulæ . . . . Ennius vnus ſurus ſurum ferre tamen defendere poſſent.

PAVLVS.

* ferre)

Surum dicebant, ex quo per deminutionem fit ſurculus. Ennius: Vnus ſurus ſurum ferret, & tamen defendere poſſent.

FESTVS.

Sus Mineruam, in prouerbio eſt, vbi quis id docet alterum, cuius ipſe inſcius eſt. quam rem in medio, quod aiunt, poſitam Varro & Euhemerus ineptis mythis inuoluere maluerunt, quam ſimpliciter referre.

PAVLVS.

Suſpectus à ſuſpicor venit, & à ſuſpcio.

FESTVS.

Suſpectus eſt diuerſæ ſignificationis à ſuſpicor enim, & ſuſpicio partim venit. Itaque non mirum ſi non vna ſignificatio dari poteſt.

PAVLVS.

Suſque, déque, ſignificat plus minuſue.

FESTVS.

Suſque, deque frequens eſt pro plus, minuſue, ſignificat autem id quod antiqui vſque dicere ſoliti erant.

PAVLVS.

Sutelæ doloſæ aſtutiæ, à ſimilitudine ſuentium dictæ.

FESTVS.

Sutelæ doloſæ, aſtutiæ, à ſimilitudine ſuentium dictæ ſunt.

Sutrium quaſi eant, vtiq. in prouerbium abijt ex hac cauſa Gallico tumultu quondam edictum eſt legiones Sutrij, vt præſto eſſent cum cibo ſuo, quod vſurpari cœptum eſt in iis, qui ſuis rebus, opibúſque officij id præſtarent, quibus deberent. Plautus: Sed facito dum, merula per † verſus, quod " cantat colas, * cum ſuo cuique ·*· facito veniant, quaſi eant Sutrium.

† memineris)

* quos

" colax)

·*· cum cibo tu quoque eos)

SYCOPHANTAS appellatos hac de cauſa dicunt. Atti-

PAVLVS.

* *quondam*

cos quoſdam * iuuenes ſolitos aiunt in hortos irrumpere, ficóſque deligere : quam ob cauſam lege eſt conſtitutum, vt qui id feciſſet, capite truncaretur : quam pœnam qui perſequerentur ob paruula detrimenta, ſycophantas appellatos.

FESTVS.

*Sycophantas quidam* ex hac cauſa *dictos putant* Atticos quondam *iuuenes ſolitos* aiunt in hortos *quorumdam* inrumpere, ficóſque *deligere quam* ob cauſam lege factam qui id feciſſet, capite * eſſet ei. quam pœnam qui perſequerentur ob paruola detrimenta, ſycophantas appellatos.

* *capital)*



FESTVS.

TABELLIS pro chartis vtebantur antiqui, quibus vltro, citroue, ſiue priuatim, ſiue publice opus erat, certiores abſentes faciebant. vnde adhuc tabellarij dicuntur, & tabellæ miſſæ ab imperatoribus.

* *citroque)*

Tabem eam, quæ faceret tabeſcere apud antiquos vſurpatum. Salluſtius quoque frequenter, vt in Catilina, cum ait : vti tabes pleróſque ciuium animos inuaſerat. & in libro quarto hiſtoriarum: qui quidem mos, vt tabes in vrbem coniectus. & Coruinus pro Liburnia: propter hanc tabem, atque perniciem domus totius.

Tabernacula dicuntur à ſimilitudine tabernarum, quæ ipſæ, quod ex tabulis olim fiebant, dictæ ſunt, non, vt quidam putant, quod tabulis cludantur.

Tablinum * proxime atrium locus dicitur ; quod antiqui magiſtratus in ſuo imperio tabulis . . . .

* *Tabiinum v.c.*

. . . . . .

Tablinum proxime atrium locus dicitur, quod antiqui magiſtratus, in ſuo imperio tabulas rationum ibi habebant publicarum rationum cauſa factum locum.

PAVLVS.

Tablinum, locus proximus atrio, à tabulis appellatus.

Taciturnus, qui facile tacet. tacitus, argutus etiam, qui poteſt aliquando tacere.

Tædulum, faſtidioſum, ſiue quod eſt omnibus tædio. *

* *tadium.*

FESTVS.

Tædulum antiqui interdum pro faſtidioſo ; interdum quod omnibus tædio eſſet, ponere ſoliti ſunt.

Tænias Græcam vocem ſic interpretatur Verrius, vt dicat ornamentum eſſe laneum capitis honorati, vt ſit apud Cæcilium in Androgyno : ſepulchrum plenum tæniarum, ita vt ſolet. & alias : Dum tæniam, qui vulnus vinciret, petit. Ennius in Alexandro: volans de cælo cum corona, & tæniis. Attius in Neoptolemo: Decorare eſt ſatius, quam vrbem tæniis.

Tæpocon * appellarunt Græci genus ſcribendi deorſum verſus, vt nunc dextrorſum ſcribimus.

* *Tanpercon Taenpocon Taenpton Tahenpocon Temperon Tempocon Taempoton*

PAVLVS.

Tæpocon ·*· ſoliti ſunt appellare Græci genus ſcribendi deorſum verſus, vt nunc dextrorſum ſcribimus.

FESTVS.

·*· *Tanpercon v.c.*

Tagax farunculus à tangendo dictus. cuius vocabuli Lucilius meminit : Et mutonis manum perſcribere poſſe

Sag[illegible]

PA[illegible]

FEST. ∴ Tages nomine, Genij filius, nepos Iouis, puer dicitur diſciplinam aruſpicij dediſſe duodecim populis Etruriæ.

Tagit Pacuuius in Teucro: Vt ego, ſi quiſquam me tagit & tagam. Idem in Hermiona: Aut non cernam, niſi tagam. ſine dubio antiqua conſuetudine vſurpauit. nam nunc ea ſine præpoſitionibus non dicuntur, vt contigit, attigit.

PAVLVS. Tagit ſimpliciter dicitur. quod attigit, contigit facit cõpoſitum.

Talaſſionem in nuptiis Varro ait ſignum eſſe lanificij. Talaſſionem enim vocabant quaſillum, qui alio modo appellatur calathus, vas vtique lanificiis * aptum-

* *ſacrificiis*

FESTVS. *Tala*ſsionem in nuptiis Varro ait *ſignum eſſe lani*ficij τάλαρον, id eſt quaſillum, *ita enim ſo*litum appellari talaſſionem, at *quidam* hiſtoriarum ſcriptor Talaſſium *ait nomine* virum rapta virgine vnicæ pu*lchritu*dinis, quod ei id coniugium fuerit fe*lix*, *boni* . . ominis gratia nunc redintegrari.

∴ Talentorum non vnum genus. Atticum eſt ſex millium denarium. Rhodium &*ciſtophorum, quattuor millium quingentorum ·*. denarium. Alexandrinum, duodecim millium denarium. Neapolitanum ſex* denarium. Syracuſanum trium " denarium. Rheginum victoriati . . . . . . .

* *ſeptem millium)*
·*· *quadringentorum*
* *ſex milliũ*
" *trium millium)*

Taliam * Cornificius poſuit, vnde & Talaſſus. Taliam alij folliculum cepe.

* T*alam*

PAVLVS. Talia, folliculum cepe.

FESTVS. Talionis mentionem fieri in duodecim ait Verrius, hoc modo. ſi membrum rapſerit; * ni cum eo pacit, talio eſto. neque id, quid ſignificet, indicat. puto quia notum eſt. permittit enim lex parem vindictam.

* *ruperit, vel rupit)*

Talipedare antiqui dicebant pro vacillare pedibus laſſitudine, quaſi trahat pedes, vt talis videatur inſiſtere, aut identidem tollere pedes.

PAVLVS. Talipedare eſt vacillare pedibus, & quaſi talis inſiſtere.

Talus prænomen erat Sabinorum.

FEST. ∴ Talus in Sabinorum nominibus prænominis loco videtur fuiſſe.

Tam ſignificationẽ habet, cum ponimus præpoſitiuam * quandam,

* *propoſitiuã poſitiuam)*



quandam, cui ſubiungimus quam: vt cum dicimus tam egregium opus tam paruo pretio veniſſe. id ex, ſic. ita vt apud Græcos quoque οὕτως ἀγαθόν. item ex contrario ei dicimus, quam bonus Homerus, tam malus Cherylus poeta eſt. At antiqui tam etiam pro tamẽ vſi ſunt. vt Nouius: * Qui, ſi taceat, dum videat, tam etiã ſciat, quid ſcriptum ſit. " Ennius: illæ meæ tam potis pacis potiri. Titinius: Bene cũ facimus, tam male ſubimus, vt quidam perhibent viri. Item: Quamquam * eſtis nihili, tam eſcator † ſimul vobis conſului.

* *Næuius*
" *quod ſcriptum eſt*
* *Quam)*
† *ecaſta)*

PAVLVS. Tam ſignificationem habet præpoſitiuam, " cui ſubiunmus quam. vt tam malus*Cherylus, quam bonus †Homerus. tam etiam pro tamen vſi ſunt.

" *poſitiuam*
* *bonus*
† *malus*

∴ Tam modo antiqui dicebant pro modo.

FESTVS. Tam modo antiqui ponebant pro modo. vt Attius: Tam modo inquit Præneſtinus.

∴ Tam perit, quam extrema faba. in prouerbio eſt; quod ea plerumque aut proteritur, aut decerpitur à prætereuntibus.

PAVLVS. Tama dicitur, cum labore viæ ſanguis in crura deſcendit, & tumorem facit. Lucilius: * Inguenne exiſtat, papulæ, tama, neboa noxit.

* *Lucretius*

FESTVS. ∴ Tame in carmine poſitum eſt pro tam.

PAVLVS. Taminia vua " ſilueſtris dicta, quod tam mira ſit, quam minium.

* *via*

FESTVS. ∴ Taminia vua * ſilueſtris generis videtur Verrio dicta, quæ tam mira ſit, quam minium.

* *via*

Tamne, euſque, vt Aelius Stilo, & Opilius Aurelius interpretantur. itaque afranius: Tam ne arcula tua plena eſt aranearum?

PAVLVS. ∴ Tamne, euſque. Afranius: Tamne arcula tua plena eſt aranearum?

Tandem cum ſignificet aliquando, interdum tamen ex ſuperuacuo ponitur. vt apud Terentium in Phormione, cum ait: Itane tandem vxorem duxit Antipho iniuſſu meo? non enim hic tempus vllum ſignificat. at Cicero etiam duplicat temporalem ſignificationem, cum ait, tandem aliquando.

FESTVS. Tappete ex Græco ſum*pſit tappetæ*. Ennius cum ait. T*appetem etiam dixit Tur*pilius in Demetrio. Le . . .

*tappetam* veterem ſic tappete *neutro genere.*

PAVLVS. Tapulla * dicta eſt lex quędam de conuiuiis.

FESTVS. Tapullam " legem conuiualem ficto nomine conſcripſit iocoſo carmine Valerius Valentinus. cuius meminit Lucilius hoc modo: Tapullam * rident legem contere opimi.

*Tappula) " Tappulam *Tappulam)

PAVLVS. Tarmes genus vermiculi carnem exedens.

FESTVS. Tarpeiæ etiam effigiem ita appellari putant quidam in æde Iouis Metellina. eius videlicet in memoriam virginis, quæ pacta à Sabinis hoſtibus, quæ in ſiniſtris manibus haberent, vt ſibi darent, intromiſerit eos cum Rege Tatio, qui poſtea in pace facienda cauerit à Romulo, vt ea Sabinis ſemper pateret.

Tarquitias * ſcalas, quas Rex Tarquinius Superbus fecerit, abominandi eius nominis gratia ita appellatas " eſſe ait vulgo exiſtimari Verrius.

*Tarquinias " dictas

∴ Tartarino cum dixit Ennius, horrendo, & terribili Verrius vult accipi. à Tartaro, qui locus apud inferos.

PAVLVS. Tartarino, horrendo, & terribili.

FESTVS. Tatium occiſum ait Lauinij, ab amicis eorum legatorum quos interfecerant Tatiani * latrones, ſed ſepultum in Auentino laureto. quod ad ſignificationem verborum non magis pertinet, quam multa alia præterita deinceps, quæ referantur.

* Titini

PAVLVS. Tauras vaccas ſteriles dici exiſtimabant hac de cauſa, quod non magis, quam tauri, pariant.

FESTVS. Tauras vaccas ſteriles *appellabant, ait Verrius*, quæ non magis rapiant * *quam tauri. ſed vero* ſimilius ſit ex Græco dictas *quia Græci vaccas* ταύρας appellant.

* pariant)

PAVLVS. Tauri, verbenæque in commentario ſacrorum ſignificat ficta farinacea.

Taurij appellabantur ludi in honorem deorum inferorum facti. Inſtituti autem videntur hac cauſa. Regnante Superbo Tarquinio cum magna incidiſſet peſtilentia in mulieres grauidas, quæ fuerat facta ex carne diu vendita * populo taurorum, ob hoc diis inferis inſtituti ludi, & Taurij vocati ſunt.

* diuendita)

FESTVS. Tau*rij ludi inſtituti* diis inferis ex h*ac cauſa videntur*. Tarquinio regnante cum *magna incidiſſet* peſtilentia in



mulieres *grauidas earum* fetu ſi facti ſunt ex carne *diuendita populo* taurorum immolatorum. ob *hoc ludi Taurij* appellati ſunt, & fiunt *in circo flaminio, ne* intra muros euocentur di*j inferi. Sed Taurios* ludos Varro ait vocari, quod *eis ludis diſcipu*lus pendens à doctore in *crudo corio Tauri* ſolitus ſit impelli, atque vſque *eo Inibi cogi* docere, quoad conſiſteret, & *ſola virtu*te talorum conſtaret pedu*m firmitas*.

Taurium æs dicunt, quod in ludos tauricos * conſumitur.

* taurios)

Taurorum ſpecie ſimulacra fluminum, id eſt, cum cornibus; quod ſunt atrocia, vt tauri.

Taxat verbum ponitur in iis, quæ finiuntur, quoad tangi liceat, in litibus quoque, arbitroue * cum proſcribitur, quoad ei iuſſit ſtatuendi. Taxatio dicitur, quæ fit certæ ſummæ. à tangendo autem dici, etiam ſænici teſtimonio ſunt, qui taxatores dicuntur, quod alter alterum maledictis tangit.

* arbitrioue)

PAVLVS. Taxat, & taxatio à verbo tango dicuntur. vnde & taxatores à ſcænicis dicuntur, qui ad alterutrum maledictis tangunt.

TEGILLVM cuculliunculum * ex ſcripto factum. Plautus: Tegillum mihi aret, id ſi vis, dabo.

* cuculliunculum.

FESTVS. Tela proprie dici videntur ea, quæ miſſilia ſunt: ex Græco videlicet eorum nomine, quia illi τηλόθεν miſſa dicunt, quæ nos eminus. ſicut arma ea, quæ ab humeris dependentia retinentur manibus, quandoquidem non minus in nobis eam partem corporis armum vocari, exiſtimandum eſt. *

* eſt, quam arma

PAVLVS. Temerare, violare ſacra, & contaminare, dictum videlicet à temeritate.

Temetum, vinum. vnde temulentus, & temulentia.

FESTVS. Temetum, vinum. Plautus in Aulularia: Qui? quia temeti nihil allatum. Pomponius in decima: Non multi temeti, ſed plurimi. Nouius in duobus doſſenis: Sequimini præminate, ſequere temeti timor. Idem in Funere: agite, exite, temulentiamque * tollite. & in Surdo: Filias habeo temulentas. ſed eccas video incedere. Afranius in Conſobrinis: Pol magis iſtius temulentæ futilis.

* exigite temulentiam

PAVLVS. Tempeſta, tempeſtiua.

Tempeſtatem pro tempore frequenter dixerunt antiqui.

Templum ſignificat, & ædificium Deo ſacratum, & tignum. quod in ædificio tranſuerſum ponitur.

* *Tenitæ* — Tenitæ * credebantur eſſe ſortium deæ, dictæ quod tenendi haberent poteſtatem.

" *Tenſa* — Tenſa " vehiculum argenteum, quo exuuiæ deorum ludis Circenſibus in crcum ad puluinar vehebantur.

FEST. ∴ Tenſam ait vocari Sinnius Capito vehiculum, quo exuuiæ deorum ludicris Circenſibus in circum ad puluinar vehuntur. fuit & ex ebore; vt apud Titinium in Barbato; & ex argento.

PAVLVS. Tentipellium, genus calciamenti ferratum, quo pelles extenduntur.

FEST. ∴ Tentipellium Artorius putat eſſe calciamentum ferratum, quo pelles extenduntur. idem Afranium dixiſſe in Promo. * Pro manibus credo habere ego illos tentipellium. Titinium ait Verius exiſtimare, id medicamentum eſſe, quo rugæ extenduntur, cum dicat: Tentipellium * Inducis, rugæ in ore extenduntur. cum ille τεϱπιχῶς dixerit.

* *Primo* * *Inducitur*,

PAVLVS. Tenus ſignificat finem: vt cum dicimus, hactenus.

Terentum locus in campo Martio dictus, quod eo loco ara Ditis patris in terra occultaretur.

FESTVS. *Terentum* in campo Martio lo*cum Verrius ait ab eo* dicendum fuiſſe, quod Te*rra ibi per ludos* ſæcularis Ditis patris *ita leniter tera*tur ab equis quadrigariis, vt eo*rum leuis mo*tilitas æquiparet mo*tus rapidos velocis lunæ*, quod quam aniliter rela*tum ſit*, *cu*iuis manifeſtum eſt.

PAVLVS. Teres, rotundus in longitudine.

FEST. ∴ Teres in longitudine rotundatum. quales aſſeres natura miniſtrat.

Teretinatibus, qui à flumine Terede dicti exiſtimantur, & ſyllaba eius tertia mutata, & pro Terede Teram ſcribi debuiſſe.

Termentum pro eo, quod nunc dicitur detrimentum, vtitur Plautus in Bacchidibus.

Termentum apud Plautum detrimentum.



PAVLVS. Termes ramus direptus ex arbore, nec foliis repletus, nec nimis * glaber.

* *minus*

Termino ſacrificabant, * quod in eius tutela fines agrorum eſſe putabant. denique Numa Pompilius ſtatuit eum, qui terminum exaraſſet, & ipſum, & boues ſacros eſſe.

* *ſacra faciebant*, *vel fiebant*,

Terminus, quo loco colebatur, ſuper eum foramen patebat in tecto, quod nefas eſſe putarent terminum intra tectum conſiſtere.

Termonem Ennius terminum dixit.

FESTVS. Termonem Ennius Græca conſuetudine dixit, quem nos nunc terminum, hoc modo: Ingenti vadit curſu, qua redditus termo eſt. & idem: Hortatore bono prius, quam iam finibus termo eſt.

Terſum diem pro ſereno dictum ab antiquis; nec ſe habere rei auctorem ait.

Terſum diem, ſerenum.

PAVLVS. Tertium, quartum differre ait à tertio, quarto, quintus: * quod, quid factum ſit, ſignificat.

FESTVS. * *cos.*)

PAVLVS. Teſca * loca augurio deſignata. Cicero aſpera ait eſſe, & difficilia.

* *Teſca*

FESTVS. *Teſca Verrius ai*t loca augurio deſig*nata, quo termi*no finis in terra auguri *Opilius Aureli*us loca conſecrata ad *augurandum ſcrip*ſit, ſed ſancta loca vndiq*ue capta do*cent Pontificis libri, inquibus *ſcriptum eſt templum*que ſedémque teſcúmque, *ſiue Deo ſiue Dea* dedicauerit, vbi eos ac*cipias volentes*, propitióſque. Hoſtius belli *Hiſtrici lib.* 3. pergentis alte ætherias, atque *auia teſca per quae* violabis templa antiqua *Deum*. *Cicero* verò aſpera, difficilia aditu *dixit*, *cum ait lo*ca aſpera ſaxa teſca tuor *Accius in* Philo*cteta. Quis tu es mortalis *qui in deſer*ta, & teſqua te adportas loca.

PAVLVS. Teſticulari eſt iumentis maribus feminas, vel mares feminis admouere. licet alij dicant teſtilari.

Tetini pro tenui.

* *Thalia* — Thaleae * nomen dictum, alij ab ætatis flore aiunt alij quod carmina ſemper floreant.

FESTVS. Themin deam putabant eſſe, quæ præciperet hominibus

id petere, quod fas eſſet. eámque id eſſe exiſtimabant, quod & fas eſt.

PAVLVS. Thiaſitas, ſodalitas,

Thomices Græco nomine appellantur canabi impolito, & ſparto leuiter tortæ * reſtes, ex quibus funes fiunt. puluilli quoque quos in collo habent, ne à reſtibus lædantur, thomices vocantur.

(* *torto*)

FESTVS. *Thomices Græco* nomine appellantur. *canabi impoſiti*, & ſparto leuiter tortæ *reſtes, ex quibus funes* fiunt. Lucilius: Vidimus *vinctum Thomicæ* cabina. Opillius Aurelius *ait mollem* puluillum, quem in *collo habent*, *reſtis ne* lædat tomicem *vocari* . . . . .

. . . . . . . . . . . . .

PAVLVS. Thræces gladiatores à ſimilitudine palmularum * Thraciarum.

Throcum" genus ſellæ habetur apud Plautum.

(* *parmularum*) *paruularum v.c.*)

(" *Trachum v.c. Throu*[?])

Tymbræus Apollo à monte Tymbræo dictus, qui eſt in agro Troiano.

FESTVS. Tymbræum Apollinem Vergilius à monte Tymbræo appellauit, qui eſt in agro Troiano.

PAVLVS. Tiberis fluuius dictus à Tiberino Rege Albanorum, quod in eo cecidiſſet. vel Tiberis à Tiberi * Rege Tuſcorum.

(* *Tibris à Tibri.*)

Tibicines in ædificiis dici exiſtimantur à ſimilitudine tibiis canentium, qui vt canentes ſuſtineant, ita illi ædificia. *

(* *ædificiorũ tecta*)

Tifata illiceta, Romæ autem Tifata curia. Tifata etiam locus * iuxta Capuam.

(* *lacus*)

FEST. ∴ Tigillum ſororium.

∴ Tignum non ſolum in ædificiis, quo vtuntur, appellatur, ſed etiam in vineis, vt eſt in duodecim: tignum iunctum ædibus, vineæque, & concapu, * ne ſoluito.

(* *concapet v.c. capulo*)

Tinia, vaſa vinaria

PAVLVS. Tippula beſtiolæ genus ſex pedes habentis, ſed tantæ leuitatis, vt ſuper aquam currens non deſidat. * Plautus: Neque tippulæ leuius pondus eſt, quam fides lenonia.

(* *deſidat*)

Titienſis tribus à prænomine Tatij Regis appellata videtur. Titia quoque curia ab eodem Rege eſt dicta.



Titinnire, & titinnabunt * Næuius dixit pro ſonitu tintinnabuli.

(* *Tintinire & tintinabunt.*)

FEST. Titinnire * eſt apud Næuium hoc modo: Tantum vbi molle" crepitum faciebant, titinnabant * compedes. & apud Afranium: Oſtiarij impedimenta titinnire audio.

(* *Tintinire*) (" *mollem*) (* *tintinabant*)

PAVLVS. Titiuillitium nullius ſignificationis eſt, vt apud Græcos βλίτυρι, & σκινδαψός. Plautus: non ego iſtud verbum empſitem titiuillitio.

Tituli milites appellantur, quaſi tutuli, quod patriam tuerentur. vnde & Titi prænomen ortum eſt.

TODI genus auium paruarum. Plautus: Cum extortis talis, cum todillis cruſculis.

FESTVS. Todi ſunt *ſunt aues paruæ, & todilli*, quarum meminit Plautus in Syro *cum ait, cum excri*tis talis, cum todillis *cruſculis* . . . . . . .

Togatarum *duplex eſt genus, prætextarum h*ominum faſtigi, quæ *ſic appellantur*, quod togis prætextis remp. *adminiſtrarent* tabernariarum quia *hominibus excellentibus* etiam humiles *permixti, vt ſunt* plagiarij ſerui denique & *cauponæ ex tab*ernis honeſtè prodeant *perſæpe*.

Tolerare, patienter ferre. Attius in Neoptolemo: Aut * quiſquam potis eſt tolerare acritudinem. Ennius libro ſecundo: Ferro ſecedere, * quam dictis his toleraret.

(* *Haud*) (* *ſe cæde v.c. ſe cædet*)

Toles, tumor in faucibus, quæ per deminutionem tonſillæ dicuntur.

Tollenno * eſt genus machinæ, quo trahitur aqua, alteram partem prægrauante pondere, dictus a tollendo.

(* *Tolenno*)

PAVLVS. Tongere noſſe eſt: nam Præneſtini tongitionem * dicunt notionem. Ennius: Alij rhetorica tongent.

(* *tongionem*)

FESTVS. *Tongere Ælius ſtilo* ait noſcere eſſe; *quod præneſtini congi*tionem dicant pro no*tione ſignificat &* latius dominari. Ennius. *alij Rhetorica* tongent. & vincere *etiam quandoque* videtur ſignificare.

Tonſam Ennius ſignificat remum, quod quaſi tondeatur ferro, cum ait libro ſeptimo: Poſte recumbite, veſtraque pectora pellite tonſis. item: Pone petunt, exin referunt ad pectora tonſas. & in Aſota: Alius in mari vult

magno tenere tonſam.

PAVLVS.

Tonſa, remus, quod quaſi tondeatur ferro. Ennius: Pone petunt, exin referunt ad pectora tonſas.

Tonſilla palus delatus in acumen. & cuſpide præfetratus qui nauis religandæ cauſa in littore figitur. Attius: Tacete, & tonſillas littore in læda edite.

*littore edite

FESTVS.

Tonſillam ait eſſe Verrius palum dolatum *in acumen &* cuſpide præferratum. vt exiſti*mat quem* cum figi in littore nauis re*migandae* cauſa. Pacuuius in Medio: Acces*ſi ad* eam, & tonſillam pegi læto in littore *Accius* in Phinidis: Tacete, & tonſillas litto*re* læda edite.

*Medo
* Phœniſſis)

Topper ſignificare ait Artorius cito, fortaſſe, celeriter, temere, cito, ſic in Nelei carmine: Topper fortunæ commutantur hominibus. citius, ſic C. Næuius: Capeſſet flammam Volcani topper. ſic in eodem: Namque nullum peius macerat humanũ, quamde mare ſæuum. vi*ret" cui ſunt magnæ topper confringent importunæ vnde. *fortaſſe, ſic Cœlius libro ſeptimo: ita vti ſeſe quiſque vobis ſtudeat æmulari in ſtatu fortunæ reipublicæ, eadem re geſta, topper nihilo minore negotio acto, gratia minor eſſet. fortaſſe, ſic Attius in Io: Topper, vt fit, patris tunc*cicit iras. (Ennius vero ſic.) topper fortaſſe valet in Ennij & Pacuuij ſcriptis. apud Ennium eſt, Topper, quam nemo melius ſcit. Pacuuius: Topper tecum ſit poteſtas faxit ſi mecum velit. At in antiquiſſimis ſcriptis celeriter, ac mature. in Odyſſia vetere: Topper facit homines vtrius fuerint. Topper citi ad ædis venimus Circæ, ſimul duona eorum portant ad nauis milia. alia in iiſdem inueniuntur.

*cito v.c.
"vires)
*vndae)
*☧ v.c.
*inſeruiuntur v.c. inſeruntur

Topper, cito. vt illud Nelei: Topper fortunæ commutantur hominibus.

PAVLVS.

Torrens eſt participium, & nomen eſt.

Torrens participialiter pro exurens ponitur, vt eſt apud Pacuuium in Antiopa: flammeo vapore torrens terræ fetum exuſſerit. ſignificat etiam fluuium ſubitis imbribus concitatum, qui alioqui ſiccitatibus exareſcit. quamuis*aquam ipſam, quæ fluit, flumen recte dici ait Aelius Gallus libro ſecundo, quæ ad ius pertinent.

FESTVS.
*quius v.c.



Ceterum volgi conſuetudine vtrumque iam dici flumen, & perennem fluuium, & torrentem.

Torrere a torreo* deductum. proprie ſignificat ſiccare, atque areſacere, ſed vſurpatum eſt iam pro eo, quod ſit igne vrere. Plautus: (in) vna eadem * opera in furnum calidum condito, atque ibi torreto.

*Torreri a torro* v.c.
*edet* v.c.
*aedepol*

PAVLVS

Torrere* a torreo deductum proprie ſignificat ſiccare, atque areſacere. ſed vſurpatũ eſt etiam pro eo quod ſit igneſcere.

*Torteri*

Toruitas a ferocia taurorum, quaſi tauri acerbitas, eſt vocata.

FESTVS.

Toruitas a ferocia taurorum dicta eſt. Pacuuius in Armorum iudicio: feroci ingenio toruus, prægranidi gradu &: cum recordor eius ferocẽ, & toruam confidentiam.

Torum, vt ſignificet torridum, aridum, per vnum quidem. R antiqua conſuetudine ſcribitur. Sed quaſi per duo R ſcribatur. pronuntiari oportet. nam antiqui nec mutas, nec ſemiuocales litteras geminabant, vt fit in Ennio, Arrio, Annio.

PAVLVS.

Torum, torridum, aridum.

FESTVS.

Toxicum dicitur ceruar*ium venenum, quo* quidem perunguere ſagita*s ſoliti ſunt* Cæcilius in Gamo. Vt homi*nem miſerum* toxico tranſegerit. Afra*nius in* . . . . vxorium iſtud toxicum mitt*ite* . . . .

PAVLVS.

TRABICA nauis, quod ſit trabibus confixa. Pacuuius: labitur trabica in alueos.

Trabs proprie dicitur duo ligna compacta.

Trachali appellantur muricum ac purpuræ ſuperiores partes. vnde Ariminenſes maritimi homines cognomen traxerunt Trachali.

Tragula genus teli, dicta, quod ſcuto infixa trahatur.

Tragus, genus conchæ mali ſaporis.

Tranſtra, & tabulæ nauium dicuntur. & tigna, quæ pro pariete*in parietem porriguntur.

*per parietem, vel ex pariete*

Trepit, *vertit. vnde trepido, & trepidatio, quia turbatione mens vertitur.

**Trapit vel Tropit*

FESTVS

Tributorum conlationem, cum ſit alia in capite, alia ex cenſu, dicitur etiam quoddam temerarium, vt poſt vrbem a Gallis captam conlatum eſt, quia proximis quin-

*trepidatione*

*quinque) decim *annis cenſus alius non erat. Item bello Punico ſecundo M. Valerio Læuino, M. Claudio Marcello coſ. cum & ſenatus, & populus in ærarium, quod habuit, detulit.

PAVLVS. Tributum dictum, quia ex priuato in publicum tribuitur.

FESTVS. Trientem tertium pondo coronam auream dediſſe Ioui donum ſcripſit T. Quinctius Dictator, cum per nouem dies totidem vrbes, & decimam Præneſte cepiſſet. id ſignificare ait Cincius Myſtagogicon libro ſecundo, duas libras pondo & trientem. qua conſuetudine hodieque vtimur, cum lignum bes alterum dicimus, id eſt pedem, & beſſem latitudinis habẽs. & ſeſtertium, id eſt duos aſſes, & ſemiſſem tertium. item ſi tres aſſes ſunt, & quartus quadrans. . . . . . . . .

PAVLVS. Trifax telum longitudinis trium cubitorum, quod catapulta mittitur. Ennius: aut permaceret paries percuſſus trifaci.

FESTVS. *fulmen) Triſulcum fulgur *fuit *ab antiquis dictum quia*, id aut incendit, *aut afflat aut te*rebrat.

Tritonia *Minerua a ripa Tritonis *fluminis dicta, quod ibi primitus ſit viſa.

PAVLVS. * Tritogenia Trogenia *Trogeonis. Triumphales coronæ ſunt, quæ imperatori victori aureæ præferuntur, quæ temporibus antiquis propter paupertatem laureæ fuerunt.

Troia, & regio Priami, & luſus puerorum equeſtris dicitur, & locus in agro Laurente; quo primum in Italia Aeneas cum ſuis conſtitit.

*Tromente Tromentina tribus a campo Tromento * dicta.

Troſſuli equites dicti, quod oppidum Tuſcorum Troſſulum ſine opera peditum ceperint.

Truo auis onocrotalus. Cæcilius irridens magnitudinem naſi: Pro di immortales, vnde prorepſit truo

* Trigon " humum Tryga *antiqui vinum " appellabant. vnde trygetus adhuc dicitur.

TVBICINES etiam ij appellãtur, qui ſacerdotes viri ſpecioſi publice ſacra faciunt tubarum luſtrandarũ gratia.

FESTVS. Tubiluſtria dies appellabant, in quibus agna tubas luſtrabant.

PAVLVS.

FESTVS. *Tubiluſtria* quibus diebus adſcriptum in *faſtis eſt, eum in a*-



trio ſutorio agna tubæ *luſtrantur ab e*is tubos appellant quod genus *luſtrationis ex* Arcadia Pallanteo transle*ctam eſſe dicunt.*

Tuditantes, tundentes *negotium, ton*dentes ſignificare ait Cincius, *id eſt agentis Ennius* libro ſecundo. Hæc inter ſe totum *vi tudita*ntes. & Lucretius item lib. ij. Nec *tuditantia* rem ceſſant extrinſecus vllam

Tuditantes ſignificat negotium tundentes, id eſt agentes. Lucretius: Nec tuditantia rem ceſſant extrinſecus vllam. PAVLVS.

Tudites mallei a tundendo dicti. inde & cuidam cognomen Tuditano fuit, quod caput malleo ſimile habuerit.

*Tudites m*alleos appellant antiqui a tunden*do quamuis*, alij cruribus tudites. inde Ateius *Philologus* exiſtimat Tuditano cognomen *inditum quod* caput malleoli ſimile habuerit. FESTVS.

Tuor, † video, tueor, * defendo. *Tuor) *tuor) PAVLVS.

*Tuor* video; tueor, defendo *in vſu olim fuit*, ſed iam promiſcue vtuntur *& ponitur tue*or pro uideo, & contueor, *pro defendo.* FESTVS.

*Tuguria* a tecto appellantur *domicilia ruſticorum* ſordida. Afranius in *Virgine. Sordidum* tugurium eſt turpe. *Caecilius in Hypo*bolimæo. Habita*bat in tugurio, ſine o*perculo, quo nomine *Valerius expla*natione XII. ait etia*m* . . . . . . . . . *ſigni*ficari

Tullianum quod dicitur, pars quædam carceris, Ser. Tullium Regem ædificaſſe aiunt.

*Tullios* alij * dixerunt eſſe ſilanos, alij riuos, alij vehementes proiectiones ſanguinis arcuatim fluentis, quales ſunt Tiburi in Aniene. Ennius in Aiace: Aiax, miſſo ſanguine tepido tullij * efflantes volant. *Tullios alij *tulli)

Tumul*um ſtilo Ælius ſic definit.*

*Tumultarij* milites dicuntur lecti ob ſubitum ti*morem vnde* etiam tumultum dici ait Verrius, quia *non aliunde* is ornatur, * quam ab Italicis, & Gallicis *hominib. qui imminent* Italiæ. itaque nullum *tumultum* *oriatur,)

*praeter*quam Gallicum, aut domeſti*cum nominabant.*

*Tumulum ſtito* Aelius ſic definit. tumulus eſt *cumulus* are-næ editus ſecundum mare fluctibus in *altum eleuatas.* vnde ſimiliter & manu fact*us, & na*turalis proprie dici poteſt.

** Turbelas v.c.*
**quo alto v.c. quo pacto)*
*" turbelas v.c.*

Turbellas * dixiſſe antiquos, quas nunc turbas appellamus, teſtis eſt Plautus in Pſeudolo: quales, ** & quantas ſoleam turbellas" dare.

Turbellas apud Plautum turbas ſignificat.

PAVLVS.
FESTVS.

Turmam equitum dictam eſſe ait Curiatius, quaſi terimam; quod terdeni equites ex tribus tribubus Titieſium, Ramnium, Lucerum, fiebant. itaque primi ſingularum decuriarum decuriones dicti, qui ex eo in ſingulis turmis ſunt etiam nunc terni.

** Turannos. v.c.*

Turrhenos * Etruſcos appellari ſolitos ait Verrius, à Turrheno duce Lydorum, à cuius gentis præcipua crudelitate etiam tyrannos dictos.

PAVLVS.

Tuſci à Tuſco rege filio Herculis ſunt dicti, vel à ſacrificando ſtudioſe, ex Græco θυσκόοι; velut Tuſculum dictum, quod aditum difficilem habet, id eſt δύσκολον.*

θύσκολον.
FESTVS.
** vnice ſtudioſi)*

*Tuſcos* quidam dictos aiunt à Tuſco *rege Hercu*lis filio. alij quod vnici ſtudiſi * ita *ſacrificiorum* ex Græco velut θυσκόοι. *Vnde Tuſculum* ab eadem cauſa ſacrificiorum, *vel quod aditum dif*ficilem habeat, id eſt δύσκολον.

** diſcedente)*

Tuſcum vicum *caeteri quidam omnes ſcrip*tores dictum aiunt ab *eo, quod Porcena rege* deſcendente * ab obſidio*ne remanſerint* Romæ locoque his dato *ibi habitauerint veie*ntes fratres Coeles, & Vibenn*a vnde poſt eiecti quod* Tarquinium Romam ſecum max*ime reducere cupie*rint. M. Varro quod ex Coe*lio in eum locum deducti* ſint.

PAVLVS.

Tuſcus vicus Romæ eſt dictus, quod ibi habitauerunt Tuſci, qui recedente ab obſidione Porſena remanſerunt.

Tutulum dicebant Flaminicarum capitis ornamentum vitta purpurea innexa crinibus, & in altitudinem extra-ctum. Ennius: Fictores, Argeos, & tutulatos.

Tutulum vocari aiunt Flaminicarum capitis ornamentũ, quod fiat vitta purpurea innexa crinibus, & extructum in altitudinem. quidam pileum lanatum forma *metali* figuratum, quo Flamines, ac Pontifices vtuntur, eodem nomine vocari. Ennius Libaque, fictores, Argaeos *&* tutulatos.



Tutum frequenter dicitur maxime: Varro in Europa: Tutum ſub ſede fuiſſent.

TYRIA maria in prouerbium deductum eſt; quod Tyro oriundi Pœni adeo potentes maris fuerunt, vt omnibus mortalibus nauigatio eſſet periculoſa. Afranius in Epiſtula: Hunc ſerrium autem maria Tyria conciet.

*Tribunitia rogatione le*x curiata fertur, quo Hannib*al anno in conſpecto* Romæ cum eſſet, nec ex præſid*iis diſcedere liceret*, Q. Fabius Maximus Verruc*oſus id eſt TR. PL. &* Marcellus Cos facere in*ſtituerunt, vt nota*uit Aelius in XII. *ſignificationum verborum.*

PAVLVS. VACERRAM dicunt ſtipitem ad quem equos ſoleāt religare. alij dicunt maledictum hoc nomine ſignificari magnæ acerbitatis, vt ſit vecors, & veſanus.

FESTVS. Vacerram Verrius, * & alij complures vocari dicunt ſtipitem, ad quem equos ſolebant religare. Ateius vero Philologus maledictum hoc nomine ſignificari magnæ acerbitatis, vt ſit vecors, & veſanus teſte Liuio, qui dicat: vecorde, & malefica vecordia.

* & Aelius.

PAVLVS. Vadem ſponſorem ſignificat datum in re capitali.

Vagorem pro vagitu Ennius poſuit.

FESTVS. Vagorem pro vagitu Ennius libro ſextodecimo: Qui clamor * oppugnantis vagore volanti. Lucretius libro ſecundo: Et ſuperantur, item miſcetur funere vagor.

Vagulatio * in lege " duodecim tabularū ſignificat quæſtionem cum conuicio. Cui teſtimonium defuerit * is tertiis * diebus ob portum obuagulatum " ito.

Valgos Opilius Aurelius, aliique cōplures aiunt dici, qui diuerſas ſuras habeant. Plautus in Milite glorioſo, qui talos vitioſos habeat. Maiorem partem videas valgis talis. * & (in Sitelitergo.) Sit " ea mihi inſignitos pueros pariat poſtea, Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut paetum, aut brocchum * (filium.) è contrario vari dicuntur incurua crura habentes.

*cui clamas
*Valgulatio
" libro
*defugerit
*certis
" obualgulatum.
* ſaniis
*ſin)
* boccum

PAVLVS. Valgos Aurelius intelligi voluit, qui diuerſas ſuras habent. ſicut è contrario vari dicuntur incurua crura habentes.

Valleſcit, perierit, à vallo militari, quod ſit circa caſtra, quod qui eo eiiciuntur, pro perditis habentur.

FESTVS. Valuoli, folliculi fabæ.

Valuoli folliculi fabæ appellati ſunt, quaſi valliuoli, quia vallo facti * excutiantur.

*ſuſtib.

Vapula Papiria, in prouerbio antiquis fuit. de quo Sinnius Capito ſic refert, tum dici ſolitum eſſe, cum vellēt minantibus ſignificare ſe eos neglegere, & non curare, fretos iure libertatis. Plautus in Feneratrice: Heus tu in barbaria quod dixiſſe dicitur liberta ſuæ patronæ, ideo dico, liberta ſalue. vapula Papiria. In barbaria eſt, in Italia. Aelius hoc loco vapula poſitum eſſe ait pro dole. Varro pro peri, teſte Terentio in Phormione:



Non tu . . . . .

& Plauto in Curculione: Reddin, an non mulierem prius, quam te huic meæ machaeræ obiicio maſtigia? vapula ergo te * vehementer iubeo ne me territes.

*vapulare ergo)

Vaſtum pro magnum. ponitur tamen & pro inani. Attius: Iam hanc vrbem ferro vaſtam faciet Peleus. Pacuuius: Quales, ſcabtes, quod * inculta vaſtitudine? vnde vaſtitas, & vaſtitudo.

*quam que)

PAVLVS. Vaſtum pro magnum. ponitur tamen & pro inani. Attius: Hanc vrbem ferro vaſtam faciet. vnde vaſtitas, & vaſtitudo.

Vaticanus collis appellatus eſt, quod eo potitus ſit populus Romanus vatum reſponſo expulſis Etruſcis.

FESTVS. VE victis, in prouerbium veniſſe exiſtimatur, cum Roma capta à Senonibus Gallis aurum ex conuentione, & pacto adpenderetur, vt recederent, quod iniquis ponderibus exigi à barbaris querente Ap. Claudio Brennus rex Gallorum ad pondera adiecit gladium, & dixit, Ve victis. quem poſtea perſecutus Furius Camillus cum inſidiis circumuentum concideret, & quereretur contra fœdus fieri, eadem voce remuneraſſe dicitur.

PAVLVS. Ve vobis dicebatur ab antiquis, & ve nobis.*

* vi nobis, vel vi vobis,

Vecors eſt turbati ac mali cordis.

Vecticularia vita dicitur eorum, qui vectibus parietes alienos perfodiunt furandi gratia. Cato: vecticulariam vitam viuere, repente largiter habere, repente nihil.

FESTVS. Vectigal, æs dicitur, quod ob tributum, & ſtipendium, & equeſtre, & ordinarium populo debetur.

Vegrande ſignificari alij aiunt male grande; vt vecors, veſanus, mali cordis, maleque ſanus. alij paruum, ſiue minutum, vt cum dicimus, vegrande frumentum. & Plautus in Ciſtellaria: qui niſi iteres nimium is vegrādi gradu.

PAVLVS. Vegrande ſignificat male grande. vt vecors, veſanus, mali cordis, male ſanus. alij paruum, ſiue minutum intelligunt, vt vegrande frumentum.

FESTVS. Vehere,portare,vel trahere.

PAVLVS. Veia † apud Oſcos dicebatur plauſtrum. vnde veiarij* ſtipites in plauſtro, & vectura veitura.·*·

†Veha) *veiari ·*·velatura) "coniunctio *ſed non

Vel,conligatio " quidem eſt diſiunctiua,ſcilicet * earum rerum, quæ natura diſiunctæ ſunt, in quibus aut coniunctione rectius vtimur,vt,Aut dies, aut nox. ſed earum,quæ non ſunt contrariæ, quæ eligatur, nihil intereſt,vt Ennius: vel tu Dictator,vel equorum, equitumque Magiſter Eſto,vel Conſul.

*Velites, quaſi velati

Velati * appellabantur veſtiti,& inermes, qui exercitum ſequebantur,quique in mortuorum militum loco ſubſtituebãtur. ipſi ſunt & ferentarij qui fundis, ac lapidibus pugnabant,quæ tela feruntur,non tenentur. Cato eos ferentarios dixit, qui tela, ac potiones militibus pugnantibus miniſtrabant.

Velitatio dicta eſt vltro, citroque probrorum obiectio, ab exemplo velitaris pugnæ. Plautus: Neſcio quid velitati eſtis inter vos.

FESTVS. Venditiones olim dicebãtur Cenſorum locationes,quod velut fructus publicorum locorum venibant.

PAVLVS. Venerari verbum compoſitum ex venia,& orando.

Ventabant dicebant antiqui. vnde præpoſitione adiecta fit aduentabant.

FESTVS. Ventabant antiqui dicebant ſine præpoſitione, pro aduentabant.

PAVLVS. Ver ſacrum vouendi mos fuit Italis.magnis enim periculis adducti vouebant, quæcunque proximo vere nata eſſent apud ſe animalia,immolaturos. Sed cum crudele videretur pueros, ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant,atque ita extra fines ſuos exigebant.

Verberitare idem Cato frequentatiue ab eo, quod eſt verbero,dixit.

FESTVS. *Veredas) Veredis * antiqui dixerunt,quod veherent rhedas, id eſt ducerent.

*Virgiliæ PAVLVS. Vergiliæ * dictæ, quia earum ortu ver finitur, & æſtas incipit.

Vergiliæ dictæ,quod earum ortu ver finem facit.

Vermina dicũtur dolores corporis cum quodam minuto motu, quaſi à vermibus ſcindatur. hic dolor Græce στρόφος



στρόφος dicitur.

Vernæ appellantur ex ancillis ciuium Romanorum vere nati,quod tempus anni maxime naturale feturæ eſt.

FESTVS. Vernæ,qui in villis vere nati,quod tempus,duce natura, feturæ eſt: & tunc rem diuinam inſtituerit Marti Numa Pompilius, pacis, concordiaue obtinendæ gratia inter Sabinos, Romanoſque, vt vernæ vincerent. Romanos enim vernas appellabant, id eſt, ibidem natos. quos vincere pernicioſum arbitrium Sabinis;qui coniuncti erant cum populo Romano.

PAVLVS *Meſſalæ) Verniſera menſalia]* auguria.

Verſuram facere, mutuam pecuniam ſumere, ex eo dictum eſt,quod initio, qui mutuabantur ab aliis, non vt domum ferrent, ſed vt aliis ſoluerent, velut verterent creditorem.

Verſuti dicuntur, quorum mentes crebro ad malitiam vertuntur.

Verticulas cum dixit Lucilius, articulos intelligi voluit.

Veruncent, vertant. Pacuuius:Dij monuerint meliora,atque amentiam aueruncaſſent tuam,id eſt auertiſſent.

Verata pila dicuntur,quod veluti verua habent præfixa.

Veſcor,paſcor.

Veſculi,male curati,& graciles homines. ve enim ſyllabã rei paruæ præponebant, vnde Veiouem, paruum Iouẽ, & vegrandem fabam,minutam dicebant.

Veſcus,faſtidioſus; ve enim pro puſillo vtebantur. Lucretius veſcum dixit edacem,cum ait: Nec mare quæ impendent veſco ſale ſaxa pereſa.

*veſpilones) Veſpæ,& veſpiliones * dicuntur,qui funerandis corporibus officium gerunt,non à minutis illis volucribus, ſed quia veſpertino tempore eos efferunt,qui funebri põpa duci propter inopiam nequeunt. hi etiam veſpilones* (*veſpulæ) vocantur. (Martialis : Qui fuerat medicus, nunc eſt Veſpilo Diaulus.)

Veſperna apud Plautum cena intelligitur.

Veſperugo,veſper ſtella.Plautus:Nec veſperugo,nec vergiliæ occidunt.

Veſpices fruteta denſa dicta à ſimilitudine veſtis.

Veſticeps puer, qui iam veſtitus eſt pubertate: econtra inueſtis,qui necdum pubertate veſtitus eſt.

Veſtis generaliter dicitur,vt ſtragula,forenſis, muliebris. veſtimentum pars aliqua,vt pallium, tunica,penula.

Veteratores callidi dicti à multa rerum gerendarum vetuſtate. Cannius:* mulieri non aſtutæ facile veterator perſuaſit.

*Gannius Samnius Granius) C. Annius) . Annius) C anius)

Veterinam beſtiam iumẽtum Cato appellauit à vehẽdo, Opilius veterinam dici putat,quaſi venterinam,vel vterinam, quod ad ventrem onus religatum gerat.

Veternoſus dicitur,qui graui premitur ſomno. Cato Veternoſum hydropicum intelligi voluit,cum ait: Veternoſus quam plurimum bibit,tam maxime ſitit.

Vexillum deminutiuum eſt à velo.

VIATORES appellabãtur,qui magiſtratibus parebãt.eo quod plerũque ex agris homines euocabantur à magiſtratibus, & frequens erat eorum ab agris ad vrbẽ via.

FESTVS. Viatores appellãtur,qui magiſtratibus apparent,eo quia initio omnium tribuum cum agri in propinquo erant vrbis, atque aſſidue homines ruſticabantur, crebrior opera eorum erat in via, quam vrbe; quod ex agris plerumque homines vocabantur à magiſtratibus, & frequens eorum erat ab agris ad vrbem via.

PAVLVS. Vibices plagæ verberum in corpore humano dictæ, quod vi fiunt.

Vibriſſæ pili in naribus hominum,dicti, quod his euulſis caput vibratur.

Vibriſſe eſt vocem in cantando criſpare. Titinius: Si erit tibi cantandum,facito,vſque ex vibriſſes.

FESTVS. Vici appellari incipiunt ex agris,qui ibi villas non habẽt, vt Marſi aut Peligni. Sed ex vicis partim habent rempublicam,& ius dicitur;partim nihil eorum,& tamen ibi nundinæ aguntur negotij gerendi cauſa,& magiſtri vici,item magiſtri, paucique * *pauci quo*tannis fuerit. Altero cum id genus ædificij,quæ continentia ſunt,iis, oppidiſque itineribus,regionibuſque diſtributa diſtãt, nominibuſque diſſimilibus diſcriminis cauſa ſunt diſpartita. Tertio cum id genus ædificiorum definitur, quæ in oppido priue in ſuo quiſque loco proprie ita ædificat,vt in eo ædificio peruium ſit, quo itinere habitatores ad ſuam quiſque habitationem habeat acceſſum,qui non dicũtur vicarij,* ſicut ij,qui aut in oppido vias,*aut hi,qui in agris ſunt,vicarij·*·appellãtur.

*pagi

PAVLVS.



*oppidi ciuis) *vicant)

Vicinia,vicinorum conuerſatio.

FESTVS. Victimam Ælius Stilo ait eſſe vitulum ob eius vigorem. alij autem quæ vincta adducatur ad altare: aut quæ ad hoſtis victos * immoletur. *hoſtibus victis)

PAVLVS. Viduertas calamitas dicta,quod viduet bonis.

Viere,alligare,vnde vimina,& vaſa viminea.

Vietus languidus,ſine vi, & naturalibus priuatus viribus.

Viget dictum à vi agendo. ſed ·*· in agendis hoſtilibus rebus; verum iis, qui * concitato animo ad bonũ tendunt. *non) *qua)

FESTVS. Viget dictum videtur à vi agendo,ſed non in agẽdis, hoſtilibus rebus,verum his quæ celerrimo, concitatoque animo ad bonam tendunt frugem.

Viginti quinque pœnæ ſignificat viginti quinque aſſes.

Viminalis porta,& collis appellabãtur, quod ibi viminũ ſilua fuiſſe videtur, vbi eſt & ara Ioui Viminio cõſecrata.

PAVLVS. Viminalis porta & collis appellabantur,quod ibi viminũ fuiſſe ſilua videtur.

Vinalia diem feſtum habebant, quo die vinum nouũ Ioui libabant.

Vinciam* dicebant continentem. *Viciam

FESTVS. Vindex ab eo quod vindicat, quominus is, qui prenſus eſt,ab aliquo teneatur.

Vindiciæ appellantur res eæ, de quibus controuerſia eſt, quod potius dicitur ius,quia fit inter eos,qui cõtendũt M. Cato in ea,quam ſcripſit L.Furio: De aqua . . . Prætores ſecundum populum vindicias dicunt . . . & Lucilius: Nemo hic vindicias, neque ſacra, neque numen vereretur. De quo verbo Cincius ſic ait: Vindiciæ olim dicebãtur illæ,quæ ex fundo ſumptæ in ius adlatæ erant. At Ser.Sulpicius . . . iam ſingulariter formato vindiciam eſſe ait . . qua de re controuerſia eſt, ab eo quod vindicatur . . . . & in duodecim: Si vindiciam falſam tulit . . . ſi velit is, .. arbitros tres * dato. eorum arbitrio . . fructus *duplione damnum decidito. *tot arbitros aeris *fructi

Vineæ,vt Verrius præcipit,quod vini feraces ſint. etiam militares quædam machinationes à ſimilitudine appellantur.



...CA UNIVERSITA...

PAVLVS. Vinulus dicitur molliter ſe gerens, & mini[...]e quid viriliter faciens (Plautus: Oratione vinula, ac venuſtula.)

*virenti. Viritanus ager dicitur, qui viritim* populo diſtribuitur.

Viritim dicitur dari, quod datur per ſingulos viros. Cato: præda, quæ capta eſt, viritim diuiſa.

Vitiligo in corpore hominis macula alba, quam Græci ἄλφον vocant, à quo nos album. ſiue à vitio dicta, etiam ſi non lædit. ſiue à vitulo, propter eius membranæ candorem, qua naſcitur inuolutus. Lucilius: Hæc odioſa

*num mihi vitiligo eſt. non * dolet inquit.

" vt partu Vitulans, lætans gaudio, ut prato vitulus." Ennius: Habet is coronam vitulans victoria.

Viuatus, & viuidus à vi magna dicuntur.

FESTVS. Viuatus, & viuidus à poetis dicuntur, à vi magna.

PAVLVS. Viuiſſimus, ſuperlatiuus à viuido.*

*viuo Vls Cato pro vltra poſuit.

Vmbrae vocabantur Neptunalibus caſæ frondeæ pro tabernaculis.

FESTVS. Vnciaria lex dici cœpta eſt, quam L. Sulla, & Q. Pompeius Rufus tulerunt, qua ſanctum eſt, vt debitores decimam partem . . .

PAVLVS. Vngulatos vngues magnos, atque aſperos Cato appellauit.

Vngulum Oſcorum lingua ſignificat anulum.

FESTVS. Vngulus Oſcorum lingua anulus vt . . . ſi quid monumenti nacta eſt, qui eorum requireret, eſt vngulus, quem ei detraxit è Lirio. Pacuuius in Iliona: Repugnanti ego porro hunc vi detraxi vngulum. & in Atalanta: Suſpenſum in læuo brachio oſtendo vngulum.

PAVLVS. Vnguſtus fuſtis vncus.

FESTVS. Voiſcram auem, quæ ſe vellit, augures hanc eandem

*fucillantem fecilitram * appellant.

Vola, veſtigium medij pedis concauum. ſed & palma manus vola dicitur.

*plagam Volones dicti ſunt milites qui poſt Cannenſem cladẽ* vſque ad octo millia, cum eſſent ſerui, voluntarie ſe ad militiam obtulerunt.

Volturnalia Volturno deo ſua ſacra faciebant, cuius ſacerdotem Volturnalem vocabant.



Vopte pro vos ipſi Cato poſuit.

Vrbanas tribus appellabant, in quas vrbs erat diſpartita à Ser. Tullio rege, id eſt Suburrana, Palatina, Eſquilina, Collina.

Vruat, Ennius in Andromeda ſignificat circundat, ab eo ſulco, qui fit in vrbe condenda vruo aratri, quæ ſit* forma ſimillima vncinia curuatione buris, & dentis, cui præfigitur vomer. ait autem: circum ſeſe vruat ad pedeſterra occ . . . * caput. FESTVS. *ſit *occultat

Vxorium pependiſſe dicitur, qui, quod vxorem non habuerit, aes populo dedit.

# INDEX RERVM OBITER DICTARVM.


A

ABARCET 16.40
Accenſus 141.14
Acies 4.3
Acilius ædem Pietati vouit 164.18.
Ἀκόνη 4.3
Acron 139.30
Acuere 4.3
Acumen ibid.
Acus ibid.
Adcenſi ibid. 29
Adeptus 15.27
Adgregare 3.20
Adoleſcens 5.26
Ἀδολεσχῶ 5.25
Adonis 280.10
Adultus 5.25
Aedes Aeſculapij 78.23
Aedes Honoris, & Virtutis à Mario facta 280.40
Aedes Martis 92.3
Aedificare 7.23
Aediles plebej 166.33
Aegæa amazonũ regina 7.29
Aegæus pater Theſei 7.30
Aelia gens 68.4
Aemilius & Fuluius cenſores 88.4.
Aequinoctiale 8.6
Aerarium P. R. 8.12
Aerumnæ 8.19
Aeſculapius 78.23
Aes contrarium 41.5
Aes pararium 151.13
Aes reſignatum 216.33
Aes Taurium 291.12
Africa vnde dicta 15.25
Ager limitatus 84.37
Ager Nemorenſis Ariciæ 93.15.
Ager noualis 125.12
Ager occupaticius 135.38
Ager peregrinus 158.40
Ager Remurinus 213.24
Ager reſtibilis 217.20
Ager ſolonius 168.27
Aginatores qui 8.40
Agitare 3.40
Agna præcidanea 172.35
Agnæ pennatæ 157.39
Agonalia 9.12
Agonia hoſtia dicta 9.8
Agonia ſacrificia 9.19
Αἰών 7.20
Albenſes Marſi 9.19
Allia fluuius 10.20
Allicere 82.10
Alpes vnde dictæ 9.33
Altare 5.26
Ambarualia 13.9
Amburbium ibid.
Ameci & Amecæ 12.17
Amens 20.17
Amiciri 13.9
Amita maior 89.25
Amnis feminine 162.29
Amplexus 13.9
Amuſſis 56.16
Ancile 91.25
Anclabria vaſa 13.28
Anclabris 55.27
anculare pro miniſtrare 13.24
Anculi dij & Anculæ 13.26

Ancus Marcius 167.32. & 200.28
Angeronalia 14.1
Angina 14.3.9
Annales maximi 97.9
Antæ 14.23
Antemnæ 12.30
Antiochus rex Syriæ ſuperatus 123.13
Antiqui non geminabant cõſonãtes 14.38.63.30.297.18
Apere & aptus 15.18
Apiſci 15.27
Appendices 13.3
Appia via 78.32
Appulia 47.30
Aquæductus 16.2
Aquariuum vas 113.18.114.3
Aquila auis 10.13.16.5
Arca 16.35
Arcula thuraria 3.34
Arcula & arcella 16.28
Arcus 16.38
Ardeatina via 217.39
Ἄρχει 5.9
Argeus ager 84.29
Armi 18.10
Artes vnde 18.24
Arunca 21.12
Arx 16.31
Aſcanius 9.37.77.18
Aſinaria via 218.1
Aſſes ſextantarij 254.35
Aſſir ſanguis 18.37
Aſſulæ 63.33
Aſtura 273.2
Atricapillæ aues 98.22
Atrum, nigrum 19.9
Atticum talentum 128.20
Attius Nauius 115.33
Audaculus 19.39
Aues oſcines 146.3
Aues præpetes 174.21
Aues remores 213.17
Aues ſiniſtræ 257.14
Augures ſpectionem habent 264.17
Augurium 20.10
Auidus & auiditas 20.5
Aulicoqua exta 20.21
Auſelij 20.29.164.24
Auſon 21.8
Auſpicari peremne 19.10
Auſpicia pedeſtria 155.19
Auſpicia peſtifera 161.18
Auſpicia piacularia 163.6
Auſpiciũ facientes aues 146.5
Auunculus maior 89.29
Axies mulieres 22.8
Axit 22.8

B

BALARE 23.32
Belle 24.10
Beneuentum 21.9
Bibeſia 158.30
Bidens ouis 11.25
Bidentes hoſtiæ 24.30
Bigati nummi 70.5
Bona dea 47.18
Bos patalis 152.30
Boues fordæ 64.6
Brenda 26.3
Brutiani 26.7
Brutij 24.38
Bubo 27.7
Bupædæ 26.25
Buſycon 26.26
Buteo 10.12.146.6

C

CA B antiquis G vocabatur 143.31.181.22.



Cæcades Troianus 28.18
Cæcilia familia 28.17.100.29
Cæcilia vxor Tarquinij Priſci 173.9.174.19
Cælare 13.17
Calabra Curia 44.33
Calcei flaminicæ 105.15
Cales 21.10
Calculi 29.36
Cameli 25.11
Camillus 62.40
Campus ſceleratus 244.24. & ibid.35.
Cancelli 29.36
Candelabra 34.24
Canes rutilæ 228.40
Caniculæ ſidus 31.40
Caniſtra 29.32
Capena porta 78.32
Capitolium liberatum 96.28
Capræ palus 30.28
Capus 30.7
Cardo 48.9
Carina 31.3
Carmentali porta egredi cur religioſum 209 40
Carmina Saliaria 21.35
Carthaginienſes 71.18
Caſilinum à Pœnis obſeſſum 126.25
Caſmenæ 52.40
Caſtella 65.5
Catillones 61.21
Cenſores 75.35
Cẽſores L. Iulius. P. Licinius 207.33
Cenſus 172.19
Centumuiri 33.15
Cẽturiæ prærogatiuæ 174.35
Ceres Libyſſa 84.31
Cereris feſta 69.22
Cereri porca cur immoletur 272.36
Ceruſmanus 96.5
Cetus 23.11
Chaos 76.29
Cilo 34.14
Cimbri & Teutoni 12.4
Circenſia ſpectacula 64.32
Circum 11.12
Circus flaminius 63.7
Ciſpius mons 251.15
Ciſtophorum 288.21
Ciuica corona 133.11.ibd.18
Claſſis procincta 180.12
Clauator 29.18
Cliui 36.21
Cliuus Publicius 187.35
χνέφας 37.4
Cocio 17.32
Cocus nundinalis 128.35
Coda 157.15
Coelius mons 95.5.251 10
Coercere 17.2
Cœſinas 157.38
Cohors prætoria 176.29
Colliciæ tegulæ 79.5
Colligere & deligere 83.39
Collina porta Agonenſis dicta 9.15
Collis Vaticanus 303.13
Coloni 6.4
Color burrus 26.34
Columbaria 115.9
Columella bellica 24.7
Comis 39.2
Comitialis morbus 183.10
Comitium 38.14
Comperendinata res 215.15
Compeſcere 51.18

Compilare 165.3
Compitalia 82.33
Compitaliciæ feriæ 39.5
Compluuium 75.33
Conbennones 24.22
Concinnere 39.11
Congruere 70.16
Conlatina porta 40.3
Conſcripti 5.14
Conſcripti patres 195.5
Conſiua 139.22
Conſualia 106.5
Conſus 40.32
Conſonantes non geminabant antiqui 14.38.63.30
Conſul maior 89.37.40
Conſules Claudius, & Fului⁹ 236.24
Cõſules Ti. Gracchus, P. Valerius Falto 239.38
Conſules L. Sulla. Q. Pompeius 308.20
Conſules P. Sulpicius. Cn. Fuluius 236.15
Cõſules nunc qui initio Prætores 176.35
Cornicines 8.1
Cornix 146.5
Corona ciuica 133.12.& 18
Corona graminea 69.20
Corona obſidionalis 133.1.15
Coronæ oleaginæ 138.30
Corona oualis 147.36
Coronæ triumphales 298.23
Sub corona venire 273.13
Cortina 15.4
Coruus 146.5
Crepæ 30.25
Crinibus ſenis ornantur nubentes 250.11
Cumulus 19.32
Cupedia 44.10
Curculio 78.17
Curiæ xxx. 44.37
Curiæ nouæ 125.5
Curiæ veteres ibid.16
Curiæ Forienſis, Rapta, Velitenſis Velitia ibid.10
Curia Tifata 294.29
Curia Titia 294.40
Curio maximus 97.16
Curis haſta 32.28.& 45.13
Cures vrbs 45.16
Curiales flamines, & menſæ 45.4
Cyprus inſula 8.15

D

D pro L 47.2
Δαὶς 47.2
Δαμία, & Δαμίας 47.20
Daptice 47.26
Dapticum negotium 47.27
Dautia 47.3
Deamare 48.16
P. Decius 133.6.
Decretum ſenatus quid differat à S. C. 250.7
Decumana ſcuta 9.21
Decurionatus 141.24
Dedicare 48.32
Denarius 70.2
Diales flamines 9.25
Dialis flamen 51.29.53.9.81.26.144.16
Diana 81.32
Dicæarchia 101.6
Dies religioſi 211.19
Dies ſtatus 267.11
Dies terſus 293.16
Dij infernales 10.27
Dij manes 96
Dij ſuperi 10.4
Dij terreſtres 10.25
Diſcus 17.37
Diſſipare 79.32
Dius Fidius 173.11
Dolium pertuſum 161.6
Draco in tutela Aeſculapij 78.26
Duodecim na 67.33

E

Edor 5.30
Egeſta 248.38
Egregius 3.12
Emere 3.8
Enni⁹ prim⁹ in Latino ſermone litteras geminauit 260.20
Equiria 95.6
Equites Troſſuli dicti 298.30
Equitum centuriæ 249.33
Equus october 137.3
Erigones & Icari feſta 145.23
Eructare 55.21
Exorditæ togæ 144.13
Expenſa 51.14
Exta muta 110.3
Exta regalia 208.19
Exuerræ 55.40

F

Faba refriua 208.39
Fabij 64.36
Fabius, qui ſuperfuit trecentis ad Cremeram 127.16
Q. Fabius Eburnus, Pullus Iouis 188.36
Facilitas 59.20
Facul 1591.9
Falco 30.38
Fana ſiſtere 258.11
Fauere 60.26
Februa 61.2
Fenum 61.14
Ferentarij 6.9
Feriæ nouendiales 125.35
Feriæ priuatæ 178.2
Feriæ ſementinæ 249.15
Feriæ ſtultorum 171.19
Feronius 146.7
Feſtuca 61.17
Ficus ruminalis 227.21
Fidicula 62.15
Figuli ſalinum cum ſale in menſa cur nõ ponãt 235.17
Flamen Dialis 53.9.54.38.59.2.62.28.
Flamen Palatualis 149.27
Flamines curiales 45.3
Flamines maiores 90.3
Flamines xv. 97.3
Flameum 129.32
Flaminicarum capitis ornamentum 300.37
Flaminum menſæ 6.20
Fœdus Gabinium 36.40
Forienſis curia 125.10
Forum cupedinis 44.20
Forum Flaminium & Iulium 64.23
Forum olitorium 82.14
Foſſæ Quiritium 200.24
Fraterculare 262.19
Fronte recto 206.2
Fulgur 65.28
Fulgur dium 51.30
Fulgur prouorſum 186.30
Fulgur renouatiuum 209.40
Fulgur triſulcum 213.40
Fulgura adteſtata 6.33
Fulgura peremptalia 159.14 171.29
Fulgura poſtularia 171.28
Funera ſimpludearia 257.10

Fur 82.28
Furcillæ 8.17

G

GALLIA Togata 25.28
Gallinæ paſſales 152 20
Gallus fluuius 67.12
Ganymedes 11.10
Germani 68.12
Gingrinæ tibiæ 68.26
Gladiatores Thræces 294.17
Gladius 17.37
Gloria 5.35
Græcia maior 89.27
Grues 39 34
Gynæceum 13.36

H

HALO 53.38
Haſta donati 71.2-
Herculus pellem vnde dicitur habere 156,18
Herculis filij 35.2
Hibris 24.33
Hinnitus equorum 25,31
Hiſpanienſes qui 42.7
Honoris, & Virtutis ædes a Mario facta 380.40
Horatius Trigeminus accuſatus paricidij apud Duumuiros 26.30
Hordicidi 73.14
Horrea Sempronia 249.28
Hoſtiæ 9.9
Hoſtiæ Ambarules 11.18
Hoſtia maxima 97.7
Hoſtia optata, vel optima 141.4
Hoſtiæ prodiguæ 181.25
Hoſtia pura agnus 9.3
Hoſtia ſuccidanea 278.11

I

IANVS 34.10
Ianus Curiatius 263.1
Iduum poſteri dies nuptiis alieni 124.3
Ientaculum 256 6
Ilignea corona 35.25
Ilecto 81.11
Illurcis 69.12
Imbulbita ire 26.14
Immiſſulus 146.6
Immuſculus auis 10.13
Implorare 54,12
Inclutus 36.37
Increpitare 42.38
Indicare verbis 8.36
Iniquus 6.28
Inops 140.40
Inquirere 6.29
Inquinamentum 13.32
Integrare 6.31
Interamnæ verbes 12.30
Irrigare 17.30
ἰσημερίαν 8.71
Iudex ſubditus 274,17
Sub iugum miti 273.20
Iulium forum 64.23
Iulius menſis 81.25
L. Iulius. P. Licinius Cenſores 207.33
Iulus & Aemilius Aſcanij filij 7.38
Iuno Curis 32.16
Iuno Februata 60.36
Iuno Fluonia 63.19
Iuno Iuga 81.14
Iuno Lucina 95.9
Iuno Opigena 239.11
Iuno ſiſpes, uel ſoſpes 258.1
Iuno Sororia 262.21



Iuppiter Herceus 72.7
Iuppiter Opitulus & Opitulator 140.2
Iurgari 8.3
Iuraturi per Iouem lapidem ſilicem tenebant 82.38

K

KALENDAE 179.30

L

L pro D 48 29
Lacerna 82.6
Lacerum 82.7
Lacinia 50.33, 82.5
Lacrymæ 47.2
Lacto 82.10
Lacus Seruilius 253,1
Lama 82.16
Lamella ærea ad ſimilis ſtellæ adfigitur locis inauguratis 267.23
Lanius 82.4
Lares 82.34.164.30
Latina via 84.8.& 214.1
Latinæ Coloniæ Priſcæ 177 29
Latinorum imperium vſque ad P. Decium Cos. 176.20
Latini Priſci 77.31
Latrones 268.15
Lauerna dea 83.20
Lauernalis porta 83.22
Laumedon 11.8
Laurus 83.25
Lax 82.9
Legati 141.12
Leges funebres 61.11
Leges promulgari 183.38
Legio 253.30
Leopardus 24 33
Lex quid 222.25
Lex minucia 167.10
Lex muneralis 107.37
Lex optima 141.6
Lex tapula 290.3
Lex vnciaria 308.19
Liber pater 42.15.71.25
Liberalia 73.11
Lictor flaminius 63.10
Limites prorſi 185.7
Linea poſtica 170.35
Λιταί 85.9
Literæ ab antiquis non geminabantur 3.22
Liticen 85.13
Lotophagi 85,26
Lucellum 17.34
Lucerenſes 86.6
Lucerus Ardeæ rex 85.39
Lucina Iuno 281.32
Lucifer 81.8
Lucrio 33.30
Lucus Albianorum 9.23
Ludij ſtatua 267.6
Ludiiu CircoMaximo 106.5
Ludi Romani 89.12
Ludi ſæculares 233.24
Ludi Taurij 290.33
Runa 50.22
Lupercalia 60.38
Luperci 43.3
Lurcones 86.20
Luſtratio 86.15
Luxurioſus 89.34
Lyphati 87.6

M

MACELLVM 44,21
Mæandrus amnis 88.11
Maenius 88.13
Magiſtratus 88.24
Magiſtratus abacti, qui 3.1

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Magiſtratus plebeius 617.3
Magiſtratus maior 89.30
Magiſtri 88.21
Maialis 30.7
Maius menſis 88.16
Malandrea 53.27
Maleuentum 24.18
Malluuiæ 90.18
Malo cruce 95.20
Mamercus Pythagoræ filius 7 35
Mamertini 90.27
Mamilia turris 137.7
Manalis lapis 15.40
Mane 92.11
M Manlius 93.23
Mantilia 93.37
Marcipor 194.38
Marcellus a Marco 10.32
Maria Tyria 301.9
C. Martius 151.34
Martialis flamen 144.18
Mars Gradiuus 79.16
Mater Matuta 95.32
Mater ſtata 267.2
Materia 3.17
Maturus 96.2
maxima multa 106.20.148.17
T. Menenius Lanatus cos. 154.25
Menſæ gliſceræ 68.27
Mercurius 45.40
Mercurij Maleuoli ſignum 90.13
Meretrices alicariæ 10.5
Meretrices proſtibulæ 10.7
merulamergi aues 99.39.99.30
Mezentius rex Cæritũ 145.29
Milites Rorarij 225.33
Minerua 81.6
Minucia lex 147.10
Mirmillo 217.26
μνηστῆρες 281.7
Mola ſalſa 5.31
Mons Auentinus 109.4
Mons Murcus 108.5
Mons ſacer 220.37.39
Morbus ſonticus 262 1
Mos receptus 205.10
Mugitus boum 25.31
Multa maxima 148.17
Multa ſuprema 154.17
Multandi ratio antiqua 148.9
Muli Mariani 8.19
Mulus 24.34
Munifices 24.14
Municipium & municipiorũ plura genera 108.4
Murriola 109 28
Murus Muſtellinus 110.24
Muſæ Pegaſides 156.8
Muſæ Pierides 164.13
Muſæ Pimpleides 165.21
Mutire 13.12
Myoparo 151.35

N

N LITTERA quid ſignificet in faſtis 118.39
Nacæ 112.7
Ναί χαί ὀχέ 115.26
Næuius 112.40
Narnienſes 121.11
Natinatores 114.12
Νέτον 112.14
Naucum 123.32
Nauius Attius 115.33
Neapolitanum talentũ 288.33
Nectar 109,27
Nefaſti dies 60,16
Nefaſtus dies nundinarum 128.40
Neptunus equeſter 72.34
Nequitur 121.22
Nem 112.15
Nexum facere 128.25
Nictit 122 24
Noctua 146 5
Nomadæ 128.13
Nomenclatores 60.15
Nonarũ poſteri dies nuptiis alieni 124.3
Noua nupta 59.9,79.12
Nouimen 123.38
Nouiter 129.10
Nox 55.12
Nubens a quibus deducatur 153.24
Numa Pompilius rex 91.24
Numiſina 128.19
Nummi quadrigati & bigati 70.5
Nuncupare lingua 128.26
Nuncupare vota 128.28
Nundinæ 61.34
Nuntiatio in auguralibus 264.26
Nictegreſia 53 22

O

OBLECTAT 82.11
Obtuitu 134.29
Obſatulient 134 18
Obſequium 185.23
Obſidium 1.33.21
Occator 134.37
Cn. Octauius 136.38
Ogygus 138.27
Offectores 77.34
Olla 20.19
Olli 139.1
Oloes 3.22
Operarij 23.6
Opes antiquorum in pecoribus 3.14
Opicum 146 14
Opitulator Iupiter 140.21
Opis 139.19
Oppius mons 147.10
Opſci 146.29
Optima hoſtia 141.4
Opulenti 139.24.140.15
Orata Sergius vnde dictus 142.6
Orator mutus 110.16
Oratores 5.34.14.35
Oreades nymphæ 144.35
Orichalcum 28.7
Oricolæ 142 4
Orion ſtella 81.18
Oſci qui 88.16
Oſculari 21.5
Oſculum 147.5
Oſtentum 104.37
Oſtienſis via 168.27
Otacilius Maleuẽtanus 127.18
Oues paſcales 152.12
Oues paſſales 152.20
Ouis Idulis 74.12
Ouſens fluuius 148.3

P

PALAEMON 170.17
Palatuar 251.8
Paleæ de frumendo acus dicuntur 4.18
Palmata tunica 163.47
Palus primneſius 177.24
Parra 146.7
Pangere 75.10.149.19
Pantomimi 69.27
Papirius 110,40
Πάπτος 21.25
Parentalia 59.4

Parici quaſtores 151.22
Paricida 151.23
Paſiphæ 102.16
Paſtorale baculum 9.7
Patagiarij 152.27
Patres 5.14
Patres conſcripti 199.5
Patrimus pater 152.39
Patris familiæ nomẽ cur percunctatum 158.24
Patruus maior 89.24
Pauire 132.25
Pecinates 156.15
Peculia 3.15
Pecunia 154.31
Pecuniæ 3.15
Peligni 156 16
Penas 157.2
Penes 15.30
Penetralis deus 72.8
Penita offa 157.34
Perduellis 52.22.73.26
Peremptalia fulgura 159.14
Perplexa 167.15
Perplouere pateram 152.35
Peſnas 157.38
Petronia aqua 31.31
Petulci 162.35
Piamenta 163.24
Picus Martius 146.7
Picus rex 164.11
Pinarij 172.9
Piſtor 41.32
Pœnas pendere 157.7
Pœnica pauimenta 153.36
Politiones 49,22
Pomerium 185.25
Pomonalis Flamen 97.5
Pompeius Bithynicus 229.11
Pondera publica 187.13
Pontia vrbs 168.33
Per pontem ſuffragia ferebantur 254.28
Pontifex maximus 97.18 144.23
Porca 75.39.
Porca præcidanea 172.36,40
Porcet 16,40
Porculus & porcellus 16.29
Porta agonenſis 9.15
Porta Capena 78.32
Porta Catularia 31.39
Porta Collatina 40,3
Porta Collina 6,14
Porta Flumentaua 633.17
Porta Fontinalis 6.40
Porta Lauernalis 83.21
Porta Minucia 102.19
porta Mugionia 105.37
porta Piacularis 163.13
porta prætoria 175.34
porta principalis 177.27
porta Querquetularia 197.7
porta Quintana 198.16
porta Quirinalis 199.35
porta Ratumena 203.26
porta Roduſculana 221.38
Porta Romana 224.36
Porta Salutaris 236.33
Porta Scelerata, quæ & Carmentalis 243.11
Porta, & Collis Viminalis 112.36
Portentum 104.33
Porticus Octauiæ 361.36
Portum Perſicum 160.20
Portumnus 35.39
Potitij Sacerdotes 19.6
Prægnans 70.7
Præneſtini Nuculæ 126.25







Præſipere 6.27
Prætor Maior 89.38
Prætor Maximus 97.11
Prætor vrb. M. Calpurnius Piſo 232.16
Prætores initio erant qui nunc Conſules 176.35
Prata Quintia 198.25
Pri antiqui pro Præ 178.15
Princeps 48.20
Priuata 178.19
Priuilegium 178.20
Procinctus 54.16
Procurator 37.31
Prodigium 104.32
Publicii Malleoli 187.33
Pudicitiæ plebeiæ ſacellum 166.25
Pudor & pudicus 13.5
Pugio 17.39
Pugna Oſculana 146.38
Pulla prætexta 175.34
Puſula 72.23
Puteoli 50.17.102.3
Putus 76.8
Putus pro puro 13.5
Pyrrhus rex 104.28

Q

QVADRANS ratitus 203.10
Quadrigati nummi 70.5
T. Quinctius Dictator 298.7
Quinquatrus minuſculæ 102.39
Quirinalia 272.18
Quirinalis flamen 144.16
Quirinalis mons Agonius dictus 9.15
Quirinus Romulus 45.13
Quirites Romani 45.14

R

RANAE quaxat 192.18
Rapta curia 125.10
Reate orti 232.15
Regina ſacrificans 76.18
Religioſi dies 207.19
Rependere 8.35
Reſpondere 265.38
Rex in conuiuiis ſupra omnes accubat 144.17
Rex ſacrificulus 233.4
Rheginũ talentum 288.24
Rhodium talentum 288.21
Roma quadrata 194.9
Romanenſes qui 42.6
Romulus Altellus 10.28
Rorarij 6.10
Rumen 5.40
Rutiliæ 29.5
Rutilius Rufus 227.1

S

S PRO aſpiratione Græcorum 252.20.&.284.33
S pro R 16.24
S interſerebant antiqui 52.38
S ſilentij nota 256.12
Sacellum plebeiæ Pudicitiæ 166.25
Sacer homo 231.8
Sacerdotum ordo 144.14
Sacra municipalia 188.15
Sacra peregrina 158.33.1
Sacra popularia 169.3
Sacra publica 187.28
Sacra ſolemnia 261.3
Sacrauienſes 137.6
Sacrificia ſtata 266.39
Sacrificiũ propter viã 184.36
Sacrificium penetrale 157.28
Sacrificium pecunia quomodo fieret 154.35

Sacrificium Veſtalium 109,9
Saga 234.14
Sagittarij 18,17
Salaria via 85.33
Salij ſacerdotes 21,35
Salutis augurium 97.13
Sanqualis 146,6
Sanqualis auis 10,12
Saturnalia 61,34
Saturnij verſus 242.2
Scæuola 82.25
Scapus libræ 84.26
Scilicet 43.39
Scriba naualis 115.4
Scutum 17.39
Segeſtria 49.32
Segregare 3,11
Sementinæ feriæ 39.5
Sanator pedarius qui 155,15
Senatores præteriti 275,23
Senatuſconſultũ quomodo impediatur 127.10
Septenatrus 197.35
Sepulchra 27,4
Ser. Tullius rex 124,39.153, 21.309.3
Seruus receptitius 205.5
Seſtius Capitolinus 154.25
Sexagenarii de põte 254.27
Sexatrus 197.35
Sica 17,39
Sicilienſis qui 42,7
Siciliſſat 19.28
L, Sicinius Dentatus 133,8
Signa adulterina 7,9
Signa militaria 102,13
Siniſtimum 50,20
Sobrino propius 184,30
Socer magnus 89,10
Socer maior 89.31
Socrus magna 89,11
Socrus maior 89,32
Socii Romanorum 21,31
Sodes 43,38
Solis ſtatua 38.5
Solonius ager 168,27
Sonticus morbus 79.37
Spolia opima 139.18
Sponſalia. Feſt. voce Prima
Statæ feriæ 61,31
Sthenius Mettius 90,30
Stips teres 22,4
Stiria 269,26
Stripe ſupremo 206 4
Strues 61,21
Strutomellum 152,22
Subſidium 175,16
Suburanenſes 137.6
Suburæ regio 91,11
Sub vitẽ haſtas iacere 273,32
Sub vos placo 274.10
Succuſanus pagus 277,18
Suffitio 15,38
Sumptu priuato ſe alebant milites Rõ. Feſt. voce Priuato
Sulc9 primigenius Feſt. voce Primigenius.
Supercilium 34.27
Syracuſanum talentũ 288,23

T

TABERNACVLA 7,1, 41,7
Tabula lectilis 22,5
Tabulata aedificia 6,39
Talentum 55,30
Talentũ Alexandrinũ 288,22
Tanaquil 67,3
Tarpeia lex 154.27
Tarquinius Priſcus. Feſt. voce Priſcus
Tarratia 164.19
Tarracina 14.40
Taxatio 291.17
Tecta caſtrenſia 6.40
Teſtamentum procitũ Feſt. voce Procitum.
Tectum pectenatum 154 3
Tela 17.40
Temerarium tributũ 297.39
Tempeſtas 80.11
Templum 40.38. 101.38
Tempus ſubſtillum 277.4.
Teruntium 124.32
Thuraria arcula 3.35
Tiberis 9.28
Tibiæ funebres 65 37
Tibiæ impares 75.15
Tigillum ſororium 262.29
Titia curia 294.40
Titi prænomen 295.10
Toga picta 163.34
Tolumnius 139.31
Transfuga 159.25.28
Triatrus 197.34
Tribunus primanus 177.14
Tribus xxxv 33.13
Tribus Cruſtumina 43,25
Tribus Lemonia 84.7
Tribus Lucerum 85,38
Tribus Mæcia 88.12
Tribus Oufentina 148.3
Tribus Papiria 150.30
Tribus Quirina 199,16
Tribus Romulia 225.21
Tribus Sabatina 230.2
Tribus Scaptia 243,8
Tribus Stellatina 267,25
Tribus Titienſis 294.39
Tribus Tromentina 298.29
Tribus vrbanæ. Suburana, Palatina, Eſquilina, Collina 309.3
Tricenariæ cærimoniæ 49.12
Triens 24.25
Tripudium 146.11.189.5
Tritum 6.35
Troſſulum oppidum 298 30
Trua 14.35
Truant ibidem
Trulla 23.5
Tumidum 7.34
Tunica Palmata 163,40
Turris Mamilia 137.7

V

V pro O 143.34
M. Valerius 141.8
Valeſii 164.24
Vallis 41.13
Vaſa cœlata 13,15
Veſtigalia publica 82,18
Velati 6,7
Velienſis curia 125.10
Velites 7.3
Velitia curia 125.11
Venus 46.14.23
Verba friuola 65.19
Verberum iniuria. Feſt. voce Pro ſcap.
Verſus Saturnij 242.2
Veruex 11.21.30.8
Veſperna 28.32
Veſpilones 305.29
Veſtalia 158.10
Veſtæ ædes rotunda 226,15
Veſtæ ſacerdotes ſex 253.36
Veſtæ ignis 74.21
Via Appia 78.31
Via Ardeatina, Aſinaria, Latina 31.16
Via Caſſia 31,16

Via Flaminia 63,7
Via Latina 84,8
Via Oſtienſis 168.27
Via ſacra 231.19
Via ſalaria 85.33.234.38
Vicus patricius 153. 20
Vicus ſceleratus 243.38
Vicus ſobrius 258.25,30
Viminalis porta 112,36
Vinalia feſta 29,22
vinalia ruſtica 228,18
Vindemia 138,35
ſub Vineam iacere 273,27
Vinum rorarium 225.37
Vinum ſpurcum 266,5,7
Violarii 62,26
Virdumarus 139,32
Virgines Saliæ 235,10
Virgo ſacrificans 18,1
Vita vecticularia 303,26
Vituli 81,4
Vltimus 35,19
vouēdiver ſacrū mos 304,26
Vox raua 204,5
Vragus 143,34
Vſtrina 27.3
Vua taminia 289,26
Vulturius auis 10,13.146,7

Z

ZEVSIS pictor 164,3

# SCRIPTORVM QVIA FESTO CITANTVR NOMINA.

AELIVS 47.13.101.12.28.126.4.129.31.142.38.180,7.191.10.208.2.234.30.258.26,300.3.302.5.29.
Sex.Aelius 301,18
Aelius Gallus 108.4.118,25.122.3.159.23.162.14.170.20 205.20.209.39.211, 22.212..222, 26.231. 8.250.7.251' 29.258.20.
Idem libro I. ſignificationū verborum, quæ ad ius pertinent 171,15
Libro II.218 9.236.5.296.40
L.Aelius Stilo 93.3.10 4.29.111.12.117.31.129 39.134 8.143.1. 161.26.170. 7. 235.11.263,1.277,9.289,28
Idē in explanatione carminum Saliariorum 93,3.104.11,161.10
L.Afranius 39,38.109,37.132,31.212.33. 229,5,259.11.268,30.289.29,31.295, 5, 297,24
In Abducta 250, 20
In Brundiſina 234.2
In Conſobrinis 291.40
In Emancipato 142,25.212,15
In Epiſtula 197,19,202,39 263,30,283,13.16, 301,11,
In Ida 162,39
In Priuigno 255,5
In Prodito 212,19
In Promo, vel primo 292, 17
In Repudiato 214,25
In Simulante 128,11
In Suſpecta 128,8
In V . . . 299,24
In Virgine 104,7.282.11
In Voſpico 295,5
Agathocles Cyzicenarum rerum conſcriptor 223, 26
Alcimus 222.36
Alfius lib, I, belli Carthaginienſis 91,9
M, Annaeus Lucanus 23, 28
T, Annius Luſcus aduerſus Ti, Gracchum 241,20.309,3
Antigonus Italicæ hiſtoriæ ſcriptor 222,39
Q Antiſtius Labeo 105,11 139,2,156,40,169,1,172, 13.184,5,185,29,188, 28, 213,5.246,28,247,30,251.7,
Idem libro IX, commentarij iuris pontificij 180,27
Libro X. 266,8
Libro XI. 186,34
Libro XV. 258,12,274,32
Apollodorus in Euxenide 222,34
Ariſtophanes 100,4
Artorius, 180,8,292,16,296, 14,
Ateius 89,3,93,3,119,15,299,16
C, Ateius Capito 169.16,184 39,218,16,229,1,255,16,257 30,31,267.22
Idem libro VI. Pontificali 107,4

.·. Ateius Prætextatus Philologus 115.11.129.37.143.27.271.6.302.6
Idem in libro gloſſematorum 136.37
L. Attius 107.1.194.21.215.4.216.7.263.35.303.6
In Amphitryone 133,38,206.33.252.11.13
In Bacchis 147.24
In Chryſippo 221.23.282.1
In Diomede 123.20.138.28
In Helenibus 103.34,179,17
In Io 292.22
In Menalippo 126.15 204.2.221.20
In Neoptolemo 287,32 295.23
In Oenomato 128.6
In Phinidis, ſiue Phoeniſſis 296.12
Idem Annali xxxvii. 100,28
M. Attius Plautus, ſiue Plotus Sarſinas Vmber 167.27.34
Idem in incerta Comoedia 8.17.10.11.24.9.28,13.30.3.35.21.36.34 4.12.34.41.30.42.9.43.16 21.45.19.51.4.53.26.62 8.71.40.75,1.78.21.94.9.107.38.109.25.112.29.113.36.115.6 12131.135.21.23.137.37.152.30.158.12.28.30.160.20.25 26 175.18.188.8.35.208.28 263.12.276.20.277.12.278 19.285.25.294.19
In Amphitryone 305 36
In Artemone 116.38.204.32.282.18
In Aſinaria 30.3.78.39 141.17.303 6
In Aſtraba 205.32.276.11
In Aulularia 128,35.171.33.204,15,20.215,36.245.11.291,35
In Bacchidibus 42.37.191 14.292,40.293,1
In Carbonaria 264.36
In Caſina 31.12.48.40.120 20,23.212,17,26, 226.21.
In Ciſtellaria 204,15,30.303,35
In Condalio 178,36
In Curculione 40,6 77.4 137,37.155.26.158.28,30.19 4.4.303,2
In Dyſcolo 129.15
In Epidico 175,18.104,20
In Feneratrice 302.36
In Friuolaria 262.19.270 15.280.23
In Hortulo 273.18
In Menæchmis 19.27.195.9.265.15.272.5.278.18
In Mercatore 252.1
In Milite glorioſo 23,17.36.13 38.25. 265.1.282,5.302.19
In Moſtellaria 14.9.79.20.115.19
In Neruolaria 103,36.136,20.147.5.181.13.244.31.274.37
In Paraſito pigro 115.17
In Perſa 262.16.274.35.39
In Phaſmate 282.7
In Poenulo 185.21.244.31
In Pſeudolo 123.18.23 137.28.37.158.13.182.3.5.195.11
In Rudente 92.31.280.24.291 24
In Saturione, vel Satyrione 32 4.121.25.219.36.38.277.35
In Sitelitergo 302.21
In Syro 278.26,295.11 14.
In Trinummo 28.2.289.15
In Truculento 115.20.137.28.34.273.8
Aufuſius 67.40
P. Aurelius Opilius 47.13 63.35.93.3.104.13.116.34.118.19.129.38.196.27.237.35.248 31.265.30.288.28.294 13.302.18.25
Cæcilius Statius 23.24.200.37.220.5 298,32
In Aethrione 128.10 141.32.250.24
In Androgyno 270.10 287.29
In Carine 212.1.276.31.33
In Dauo 179 18
In Epiſtula 93.33
In Gamo 297.23
In Hymnide 122.11.181.11.250.14
In Hypobolimæo 126.17.204.13.270.8.299 26
In Obeloſtate 256.26.35
In Pugile 122.14.
In Triumpho 277.36.39
M. Calidius 279.11.16
Callias, qui res geſtas Agathoclis ſcripſit 223.26
Cannius 306.4
Cephalon Gergithius 222.30
Cherylus 289.12
L. Cincius Alimentus 68.6.112.4.115.11.129.31.134.9.186.18.208.4.235.10 257.30.274.28.299.6.307.32
Idem de comitiis 153.18
Idem de conſulum poteſtate 176.17
Idem lib. ij. de ... 238.13
Idem lib. Myſtagogicon 298.9
Idem lib. de Officio iuriſconſulti 128.23
Idem lib. ij. de verbis priſcis 244.12
In libro incerto de verbis priſcis 159.3.205.36.211.29
Cloatius Verus 134.8.146.20.163.14.277.11
In libris ſacrorum 104.9
Ap. Claudius Cæcus in ſententiis 272.33
Ap. Claudius Pulcher 146.4.271.36
Idem lib. j. auguralis diſciplinæ 271.6
L. Cœlius Antipater, lib. vij. 296.19
Cornelius lib iiij. 247.1
P. Cornelius Paulli F. Scipio Africanus Aemilianus 206 15
Ad populum 101 21
Pro æde Caſtoris 215.10
De imperio D. Bruti 171.37
Poſtquam ex Africa rediit 196 6
.. Cornificius 101.32.129.30.143.5.145.25.283.26
Critolaus 235.31

Curiatius 112.2.129.30.300.11
Q. Ennius 5.8. 11.16.18.7. 24.38.40.22.42.23.32.47.6. 79.25.83.11.100.23.207.17. 209.25.213.15.220.2.251.1. 260.21.263.25.27.37.269. 2.289.40
Idem lib.j.Annalium 141.40. 206. 4. 212.7. 9. 240. 32. 241.2.263.15.23.270.6.280. 30.32.35
Lib.ij. 122.35. 135.5.194 25. 220.4.264.31. 280. 34.195. 24
Lib.iij. 181.29.261.28.263. 16
Lib.v. 135.7.206.4.269.17
Lib. vj. 117. 25.245.29.281. 10
Lib. vij. 113 30. 240.35. 241.3.295.37
Lib.viij. 135.8
Lib.x. 122.18.25
Lib.xj. 162. 11. 199.11. 220.18
Lib.xij. 195.13.
Lib.xiiij. 131.15
Lib. xvj. 181.34. 195.11. 199.13.209.18.240.30. 264. 28.32.265.3.302.12
Lib.xviij.vel xvj. 134.12
Libro incerto Annalium 15,1.42,32.67,26.85,14.97, 29.100,34. 131, 6.146,29. 188,3.,194,12. 204, 1.206, 4,5.217,17,19.220,2.245, 255,10,23,263.21.23.265,27 280,30,32. 281,40.282, 13. 283,19.285,34,290,17.293, 11.12.295.31.35.296.2.24. 300.40.297.5.304.8
Idem in Achille Ariſtarchi 183.18.20.274.23.26
In Aiace 299.34
In Alexandro 270.7
In Andromacha 281.2
In Andromeda 194.29.31. 309.5.
In Ar.... forte Armorũ iudicio 246.38
In Aſota 295.40
In Creſphonte 194.28. 206.36
In Hectoris lytris 206.37
In Iphigenia 131.17.155.40.
In Præ . . . forte præceptis 189.25
In Telamone 133.22
In Telepho 110.34
In Thyeſte 275.24
Incerta tragœdia, vel comœdia 101. 1. 106.31. 107. 2.109.33. 34.115.22. 133.24. 152.6.236.3. 277.16.289.7. 298.16.304.8
Idem Sotadico verſu 46. 17.19
Euhemerus 285.38
Q. Fabius Pictor 188.28
Galatas 223.40
. . Granius Flaccus Licinianus 159.14.219. 16.306.34
Heraclides Lembus 223.31
Heſiodus 34.8
Hippocrates 20.39
Hoſtius bello . . forte Hiſtrico 293.30
C. Iulius Cæſar Strabo in Adraſto 184.26
L.Iulius Ceſar 89.37
. . Iunius Gracchanus 187. 14
C.Lælius pro ſe apud populum 133.27.241.22
C.Licinius Imbrex 74.32. 134.14
L. Liuius Andronicus 5.3.13. 29.47.2.49. 10.52.37. 69.3. 119.10.136.29.180.30.183.7. 198.8.15.246.21.261.17.269 11.272.6.284.39.302.8.
In Odyſſea vetere 121.16, 123,34,36,139,5.296,27
Idem lib.1.(Annalium forte.) 190.37
Lib.ij. 190.38
In Centauris 162.12
In Gladiolo 155.29
In Lydio 244.13
In Virgine 123.21
C.Lucilius 26,13,31,5,43,19, 49, 28, 94,12,97,23,102,7, 120,39,121,5, 155, 13, 31,161. 24.32.166,2,188,6,195,37, 197,32.35,204,12,206.11,17 212, 28,32, 218, 36, 221, 26. 227,19,240,3, 247, 9, 257, 26.261,11, 26, 264,3,7,266, 21,25,270,1, 272.1. 273,33, 37 274, 1,284, 35, 287, 38, 289,21,290,5,294,12,305,18 307,29,304,9
Lib.ij. Satyrarum 123,25
Lib.xxv. 67.8
T.Lucretius 47,6,134,16, 148,6, 151,1,159, 13, 194,39. 243,3,7,289,21,305,26
Lib.ij. 118,30,234,4,299,7, 11
Lib.iiij. 112.9
Lib.v. 275,34
Cn.Marcius vates 119,35, 122.33
. . Manilius 254,1
Q.Mucius Scæuola 119.14
C.Næuius 9,37,15,12,23,17, 24,36,27, 8,39, 17,41,33,84, 22,128,2,152,6, 157, 35,160, 27,161,35,165,25.26,227,32 34,40,238,39,40, 262, 3,6, 272, 35,37, 281,3,8.283,789, 6,295,1,3,296,16
In freto 173.39
In Gladiolo 155.29
In Hariolo 144.27
In Lycurgo 134.1
In Nautis 283.8
In Perſonata 160.35
In Satyra 197.14
In Tarentilla 5.22
In Tunicularia 115.21 157.20
Idem in carmine Punici belli 197.12.239,20.23. 242.2
Nicoſtratus de Senatu habendo 249.31
Nouius. 289.6
In duobus Doſſenis 291.37
In funere 291.38
In Lupo 206.31
In Macho copone 122.12
In Phœniſſis 245.12
In Pico 228.33
In Surdo 291.39
In Togularia 200.38
. . Oppius 143.38.203.13
P.Ouidius Naſo 234. 28
M.Pacuuius 67.27.76. 30.32

94,3,105,40,121,23,133,38, 183,24, 214.30, 216,3, 234, 29,33,259,8,265.26,296,25. 297,26
In Antiopa 296.35
In Armorum iudicio 205, 2,216,10,297,12,14
In Atalanta 255.6. 308.29
In Chryſe 206.12,264,29 305.19
In Duloreſte 264,22,25
In Hermiona 208,11,288,4
In Iliona 160,9,214,37, 308,27
In Medo 147,21,282,8, 296,10
In Niptris 252,5,276,5,10
In Teucro 59,14,160,13, 167,12,182,39,183,3,206,12 40,288,3,303,7
Paulus Apoſtolus 23,20
Polemon 235,28
Sex.Pompeius 127,30
L.Pomponius 230,28
In Decima 291,36
M.Portius Cato 8,14,10,10, 19,38.28,10,36, 24,37,24, 38,37,43,30,61,6.38,64,10, 65,23.66,5,83,10,88,37,40, 101,11, 26, 105,27,106, 25, 108,35,116,20,119. 38,130,5, 152,5, 12, 13, 155, 3,9, 156,30, 174,11,185,31,205. 24,271, 18,303,27,304,13,32,306,6, 9,308,4,16,22
Idem lib. I. Originum 121,26, 142,22,144,32
Lib,ij. 275,20
Lib.iij. 144.29
Lib.iiij. 94,39
Lib v. 175,9,12
Lib.vij. 206,11,228,12
Idem libro iiij . . . . cnorum 99.33
Idem in epiſtulis 93,28,173, 14,16
Idem de re militari 159,4 180,36,184,13,273,14
Idem in commentariis iuris ciuilis 107,7
Idē in M.Aciliū quarta 157,3
In Annium 282,10
In M. Cæcilium 35,15
In M.Cœlium 179,7,10
In M. Cœlium ſi ſe appellauiſſet 113,8,264,9,12
In Cornelium 215,5,8
In M. Fuluium Nobiliorem, cum ediſertauit eius cenſuram 217,37,218,3
In L.Furium
In Q. minutium Thermum 203,6
De ſuis virtutibus 142,18 144.2.177.16.214.20
De decem hominibus 133,39. 231.33
In Oppium 194.6
In L. Veturium de ſacrilegio commiſſo 183.11. 266.35,39
Pro L.Cæſetio 280,21,35
Pro C . . . 269,29
Pro . . . . vij. 248.10, 19
De . . . ſeptem hominibus 265.6
In diſſuaſione ne lex Bæbia derogaretur 222.13
De feneratione legis Iuniæ 185.13
In ſuaſione ne legi Orchiæ derogaretur 133.31.158.25
In ſuaſione legis Voconiæ 205,5
In diſſuaſione de rege Attalo, & vectigalibus Aſiæ 170.9
In diſſuadendo . . . 254,1,4.
Ne quis Cos. bis fieret 153. 37
Aediles Plebis ſacroſanctos eſſe 233.20
De ſpoliis ne figerentur, niſi quæ de hoſtibus 216.16
De Auguribus 179.25
De indigitibus 251.38
Ad litis Ceſorias 152. 1.159.34
De coniuratione 177.3.4
In diſertatione Conſulatus 206.2
In Conſulatu 97.35 38
De fundo oleario 188.32
De re Hiſtriæ militari 189. 17.19
De ſignis & tabulis 206.20
Apud equites 141.25
M.Porcius Cato Nepos 89.4.
L.Quinctilius Varus 24.5
. . . Quinctius Atta 19.23 188.11
T.Quinctius Dictator 298.7
C.Salluſtius Criſpus lib. 1. hiſtoriarum 133.29
Libro IIII. 278.9
Libro qu . . . 275.16
In Catilina 287,7
Santra 7.14.129. 28.145. 24.196. 28.206.5
Libro ij. de verborum antiquitate 128.31.205.15
C. Sempronius Gracchus 159.14
De lege P. Ennij, & peregrinis 217.14
De lege Minucia 147.9
De legibus à ſe promulgatis 147.27
Cum circum conciliabula iret 171 38
In P. Popillium pro roſtris 135 25
In P. Popillium, & Mathonem. 95.25
In P. Popillium poſterior 95.21
P. Seruilius augur 267.23
. . Sinnius Capito 11.2.93. 17.104.30. 117. 36. 120.39. 127. 35.149. 4. 201. 13. 26. 230.11. 236. 23. 239. 38 32. 257.30.292.10
L. Siſenna 98.2
Ser. Sulpicius Rufus 126.12. 147.1.155.17.170.35.237.34. 239.14.255.31.307.33
Pro Aufidia 111.7
Seruius Sulpitius filius 108.9
P. Terentius 5.4.14.20
In Adelphis 67.18.182.37. 183.1.268.4
In Agnorizomene 281.4.14
In Andria 249.3.6.259.4.6
In Hecyra 142.24
In Heautontim. 245.28
In Phormione 38.27.186. 26.228 6.245.26.289.34
M. Terentius Varro 44.22.55 11.139.33.169.20.22.210.6. 225. 23. 227. 25.230.5.285. 38.288.10.13.291.7

Idem lib. j. antiquitatum 109.21
Lib. vj. rerum humanarum 174.35.179.1
Libro vij. 280.1
Libro x. epiſtulicarũ quæſtionum 106.20
Lib. v. 257.25
Lib. iij. rerum ruſticarum 4.15
P. Terentius Varro Atacinus in Europa 301.7
∴ Titinius 30.5.103.10.105.4.134.20.155.24.159.31.219.2.278.1.222.25.289.8.292.19
In Barathro 261.21.25
In Barbato 292.12
In Epiſtula 278.22.27
In Gemina 153.32
In Prilla 246.15
In Quinto 146.17.23
In Setina 106.15.144.26.207.21
C. Titius 138.17
M. T. Cicero 226.27.289.36.293.21
Lib. I. de gloria 140.33
Lib. I. in Verrem 207.27
Lib. IV. 214.8
In Piſonem 250.32
De Senectute 134.38
∴ Turpilius in Demetrio 118.1.4
∴ Valerius in explanatione xij. Tabularum. 238.14
C. Valerius Catullus 167.36.202.11.283.25
M. Valerius Corninus pro Liburnia 287.10
C. Valerius Flaccus. 226.28
M. Valerius Martialis 305.33
M. Valerius Meſſalla Augur 269.6.252.27.259.37.266.4.273.6.305.10
∴ Valerius Valentinus ioco ſo carmine 200.5
C. Valgius Rufus 248.27
∴ Veranius 109.10.138.18.33.150.4.177.6.181.27.256.21.
Idem in libro auſpiciorum de de comitiis 207.32
P. Vergilius Maro 47.7.294.22
iiij. Ecloga 275.36
v. Ecloga 156.5
vj. Ecloga 159.30
vij. Ecloga 16.26
Lib. I. Georgicorum 275.26
Lib. I. Aeneidos 118.18
Lib. vj. 55.8.146.35
Lib. viij. 63.17
M. Verrius Flaccus. Habes alibi.

## LEGVM, ET ALIORVM MONVMENTORVM INDEX.

Romuli & Tatij leges 167.20
Numæ Pompilij leges 135.32.151.25.156.26.293.5
In ſecunda tabula, ſecunda lege 218.18



Ser. Tullij leges 167.20
Duodecim tabulæ 109.20.23.113.14.117.37.126.16.128.25.155.17.170.12.202.21.218.4.237.30.238.1.15.239.14.237.17.258.1.271.20.274.8.288.22.294.33.307.35.
Tribunicia lex prima 231.5
L. Paririj lex 232.5
Siliorum lex 187.16
Annaria lex, quæ 14.14
Cenſoria lex 181.39
Vnciaria lex 308.19
Prætoris edictum 270.26
Latinum fœdus 113.13
Laurentum leges 18.2
Saliaria carmina 21.35.46.5.157.36.161.10.172.23.183.30.242.4
Augurales libri 150.4
Rituales libri Etruſcorum 220.20
Commentarium ſacrorum 118.35
Nelei carmen 127.40.272.32.40.296.15.32
Ianualij Iunonij, & Mineruij verſus 21.38

## INCERTA.

Incertus ſcriptor 55.12.63.4.98.6.100.37.132.21.134.4.141.2.161.15.364.217.26.270.35
Cumanæ hiſtoriæ compoſitor 223.2
Hiſtoriarum ſcriptor 238.16
Agnorizomene 281.4.14 Terentij
Alexandri 191.27 Ennij
Erechtheus 120.2 Ennij
Fullonia 283.4 Titinij vel Laberij
Medus 182.35 Pacuuij
Pantaſilea 132.3
Philoctetes 293.35 Attij
Priuignus 182.25 Afranij
Telephus 266.17 Ennij vel Attij
. . . lius in Demetrio 290.1 forte Turpilius
. . . nius lib. ij. 239.7 forte Ennius
. . . cilius 198.23 forte Cæcilius vel Lucilius.

## NOTARVM EXPLANATIO.

IN margine poſita cum cruce, vel alia nota ſignificant variam ſcripturam ex aliquo libro. quod ſi in fine addatur ſemicirculus; ſignificatur ex docti alicuius viri coniectura ita poſſe emendari. Vbicunque adduntur tria puncta; ſignificatur verba quidem eſſe Feſti, ſed non ex antiquo libro ſumpta. Duobus ſemicirculis incluſa in contextu: reijcienda eſſe; licet in omnibus libris reperta fuerint.

IN

# SEX. POMPEI FESTI

## DE VERBORVM

### SIGNIFICATIONE.

LIB. XX.

## *ANNOTATIONES.*

*ex editione Veneta.*

DE

# M. VERRII FLACCI, ET SEX. POMPEI FESTI LIBRIS.

SEX. POMPEIVS Feſtus his viginti libris, quos de verborum ſignificatione, ſiue priſcorũ verborum cum exemplis inſcripſit: libros Verrij Flacci eiuſdem argumenti in breuiorem formam redegit. Abſtulit enim verba nimis antiqua, intermortua iam, & ſepulta, vt ipſe Verrius dicebat; quæque nullius erant vſus, & auctoritatis. apertius quoque & breuius de eiſdem verbis tradidit minori volumine librorum priſca verba referendo, exempla etiam in aliis libris reperta recenſuit. Sæpius autem Verrij errores notauit: & cur id faceret, non minus docte ſemper reddidit rationem. Accidit vero huic libro, vt multis modis ab antiquitate laederetur. Nam neque quis hic Feſtus fuerit, neque quo tempore hæc ſcripſerit, potuimus inuenire. Vix etiam voluminis huius aliqua mentio reperitur in Chariſij, & Macrobij vno, atque altero libro. Cumque liber ipſe totus extaret Caroli Regis tempore; Paulus, neſcio quis, operaepretium fore ratus eſt, ſi epitomē quandam efficeret eorum quæ ipſi magis placuerunt. Is liber indoctis vi-

*Ex Pauli epiſt. ad Carol.*

*Ex Feſto verbo Profanum.*

*Ex Chariſ. lib. II. & Macrob. lib. III. Satur.*

*Ex Pio in annot. poſt. cap. xvi.*

ris adeo placuit, vt pro Feſto in omnibus bibliothecis ſubſtitueretur. Vnus adhuc liber extabat totius cladis ſuperſtes, ſed qualis victis commilitonibus & occiſione occiſis, miles truncis naribus, altero oculo effoſſo, mutilo altero bracchio, cruribus fractis repit alicunde. Eius libri aduecti vt ferunt ex Illyrico, habuit aliquas pagellas Pomponius Lætus, vt Pius, vt Politianus ſcripſerunt; maiorem libri partem Manilius Rallus. Ab his Angelus Politianus librum accepit, agnouit, & exſcripſit, & ex eo in centuria verſum Catulli emendare tentauit. Ab eodem Politiani exemplo Petrus Victorius aliquot locis in variis lectionibus vulgares Feſti libros emendare doctiſſime, vt ſolet, coepit. peruenerunt ipſæ reliquiæ libelli ad Aldum Manutium, qui conatus eſt cum Pauli epitome eas coniungere, & vnum corpus ex duplicibus membris conſicere. Sed tam multa omiſſa ſunt, tam multa aliter edita, vt alios emendatores res deſideraret. Simili ratione ex vtroque libro confectus alter liber extat apud Achillem Maſeum Bernadini Cardinalis fratrem, qui Aldino locupletior eſt. Ita tres eiuſdem libri editiones, omnes autem imperfectæ extiterunt. Vetus ille liber Feſti dimidiatus, cuius ante M. litteram nihil extat, ab ea vero littera ad finem vix dimidium eſt, quod ſupereſt, eius, quod antea fuerat. Alter liber eſt Pauli epitome, quæ quam negligenter facta ſit, ex collatione verborum Feſti, & Pauli, quod hac editione oſtendimus, vel indoctiſſimus quiſque agnoſcere poteſt. Tertius eſt ex vtroq; cōfectus,

*Ex Politia. cent. I. cap. lxxiii.*
Ex Petro *Vict. lib. xvii. cap. ii.* Var. *lect. & li. xviii. cap. vii. & alibi.*



quales ſunt Aldi, Maſei, & noſter. Sed nos hoc amplius fecimus, quod illi neglexerunt, vt lectores admoneremus, quæ Feſti, quæque Pauli eſſent. Omnia quoque fragmenta Feſti deſcribi curauimus, ne quid deſirarari poſſet. in quibus interpretandis quam operam poſuerimus, ex his, quæ in commentariis adſcripſimus, iudicare lector poſſit. Habuimus autem hoc monumentum antiquitatis, ex locupletiſſima bibliotheca ampliſſimi viri Rainutij Farneſij Cardinalis, cui propter ſingularem bonarum litterarum amorem, ingeniúmque præclarum, atque in vtraque lingua maximos progreſſus, & non vulgarem eruditionem, à Michale Siluio Cardinali ex teſtamento relictum eſt. In hac editione mutatus eſt verborum ordo Verrij, Feſti, & Pauli: vt lector facilius, quid de quaque re ſcriptum ſit, reperiat. Nam veteres neſcio quo modo primam litteram indicaſſe contenti, omnia verba ab eadem inchoata in vnum locum conferebant. noſtri melius omnibus ſyllabis ordinem adhibuerunt litterarum. ita facile verba reperies, quæ tamen ſi obiter dicta ſint, præſto erit quærenti index obiter dictorum. Diuiſio librorum Feſti omiſſa eſt, propterea quod ea, quam Aldus confecit, vt ſingulæ litteræ libros ſingulos contineant, Feſti non eſt. nam in his pagellis, qnas habuimus liber XVIII. & liber XIX. in medio verborum, quæ ab R & S, inchoātur, incipiunt. Initio vero O litteræ liber XVI. & initio Q. liber XVII. incipiunt, vt ex quibuſdam litterarum veſtigiis

agnoſcere potuimus. Verba, quorum initium eſt P. littera, credimus in duos libros fuiſſe diuiſa. Vltimum librum ante finem T litteræ inchoaſſe arbitramur. Ita ante O. litteram libri XIII. ab ea littera ad extremum libri ſeptem. Sed & Macrobius lib. III. refert Feſtum ſcripſiſſe lib. XIII. de verborum ſignificationibus, Mos eſt inſtitutum patrium, &c. Hæc quia nimis incerta ſunt, & minus vtilia, prætermiſimus. Sed quia ad manus noſtras non peruenerunt omnia Feſti fragmēta, notā addidimus iis, quæ Feſti eſſe arbitrabamur: ad ea vero, quæ ſcimus eius eſſe; cognomen eius adſcripſimus. Reperietur hoc in M. O. P. T. V. litteris. Ea ex Aldi, & Mafei libris ſumpſimus. in quibus poterit hæc editio ab iis, qui eas pagellas habent, emendatior fieri. Et quoniam Verrius Flaccus primus huius operis auctor fuit: quæcumque eius opera extant, quæque de eo ab aliis referantur, initio collocauimus.



# ANNOTATIONES in Feſtum.

A*Boloes*] Oli, pro olli, & olli pro illi: oloes autem illoes eſt, & pro illis accipitur Græca terminatione. vide Loebeſum, & ollic.

*Acerra*] Paulus libenter vtitur his verbis, ſolebat, incendebantur, reponebat: ne videatur cum Feſto in religione conſentire.

*Acus*] Ex vno tantum libro hæc ſumpta ſunt, mihi valde ſuſpecta, & quæ referuntur, non reperi lib. III. Varronis, ſed hæc: in cubilibus, cum parturient, acus ſubſternendum, & poſtea: Condunt in furfures, aut acus. Et libro primo: Ita fit, vt quod leuiſſimum eſt in eo, atque appellatur acus, euannatur foras extra aream. Et poſtea: Parietes, & ſolum opere tectorio marmoratū loricandi, ſi minus ex argilla mixto acere è frumēto, & amurca. Hæc fortaſſe ſunt, quæ Paulus, ſiue quis alius referre voluit. Vide Aceratum, & obacerare.

*Addubanum Danubium*] DANVVIVS in denariis Traiani ſubſcribitur fluuio nobiliſſimo qui Iſter quoque dicitur. Ideo Dubium malim hoc loco quam Danubiū legere, licet plures libri Danubium habeāt: poſſet etiam ita accipi, vt duo verba ſeparata ſint, ad, & dubanum, & ſignificet ad Danuuium.

*Adlecti*] Totus hic locus de Senatoribus nimis præciſus eſt a Paulo. Sunt enim ſenatores patres, ſenatores patricij generis, & patriciorū auctores. ſunt ſenatores conſcripti a L. Iunio Bruto ex primoribus equeſtris ordinis, vt Liuius ſcribit, adlecti. Hi igitur adlecti dicebātur, quod propter inopiā Senatorij ordinis ex equitibus adſūpti ſunt. Idem factum eſt poſt pugnam Cannenſem adlectis a Dictatore M. Fabio Buteone iis, qui magiſtratū obtinuiſſent, neque in ſenatū lecti eſſent, item qui ſpolia domi, aut ciuicā habuiſſent. Idem, Feſtus verbo Qui patres, alios auctores ſecutꝰ, a P. Valerio cos. cōſcriptos refert. Dionyſius vtriuſque conſulis cōſiliū fuiſſe ait, & Bruti & Publicolæ. Tacitus cum Liuio conſentit, præterquam quod eos minorum gentiū appellat, quod Liuius

centum Senatoribus a Priſco rege adlectis tribuit. Vide etiam Feſtum verbo Conſcripti.

*Adorare*] Vide Nec coniunctionem.

*Adſerere*] Vide Sertorem.

*Adulari*] Locus ſuſpectus. Nonius canum eſſe proprium affirmat, vnde ἀπὸ τῆς οὐρᾶς fortaſſe origo nominis tracta eſt, quod canes accedendo, & adludendo cauda mota blandiantur.

*Aeditimus, ædis intimus*] Inepte dictum eſt. melius Ser. Sulpicius, vt Cicero in Topicis refert, in finitimo, legitimo, æditimo, non plus ineſſe timum, quam in meditullio tullium, ſed productionem eſſe verbi vult. Hic, vt Varro ait lib. I. de re ruſt. & lib. II. de ling. Latina, apud Gellium lib. XII. cap. X. poſtea æditus appellatus eſt, non ab ædibus tuendis, vt Varro, Feſtus, & alij exiſtimant: ſed quia æditumus prius diceretur, & vna littera eliſa ſit. Sic teſtamentum non a mente ducitur, ſed productio verbi eſt. vt in veſtimento, & pauimento. Gell. lib. VI. cap XII. Vide Chariſ. lib. I.

*Aedituus*] Videndus Varro in libris de lingua Latina, & Paulus, & Iuſtinianus ſub titulo de tutelis: & ea, quæ antea ſcripſi.

*Aeſtimata poena*] Hæc multa eſt, vt Gellius notat lib. XI. cap. I. & Feſtus verbo Multam, & ouibus, & peculatus.

*Agaſones*] Minandi verbo pro agendo, vel ducendo vtitur Paulus, nam Feſti vſum ignoramus, ſic paulo poſt Agere, ante ſe pellere, id eſt minare: & verbo inigere vtitur in eadem ſignificatione vetus interpres ſacrorũ librorum & vna littera mutata Itali omnes menare dicunt.

*Agonium*] Agonium, id eſt ludum, locus mendoſus. Varro præter dies Agonales, quos dictos eſſe ait ab agone, quod per eos rex ſacrorum in regia arietem immolet: Agonia appellata eſſe ait etiam Liberalia in libris Saliorum Agonenſium. Ouid. lib. I. Faſtorum, cur Agonalia dicantur plures reddit cauſas, quarum vltima hæc eſt:

Fas etiam, fieri ſolitis ætate priorum
    Nomina de ludis Græca tuliſſe diem.
Et prius antiquus dicebat Agonia ſermo:
    Veraque iudicio eſt vltima cauſa meo.

Si ludicrum pro ludo legeremus minus laboraremus.



*Alica*] Vide incerta Verrij Flacci.

*Ali rei*] Plaut. in Milite: Qui niſi adulterio ſtudioſus, nulli aliæ rei eſt improbus. fortaſſe ex hoc loco Feſti ſcribendum eſt, ali rei.

*Alites*] De Sanquali, & immuſculo, vel immuſtulo ſuis locis videto. & Plin. lib. X. cap. VIJ.

*Allex*] Hallus inferiori loco idem appellatur. mirandumque eſt Feſtum, & in hoc, & in aliis varie ſcribere: vt ederam, & hederam; Caiam, & Gaiam. Paulo vero id adſcribendum non eſt; cum ante eum Feſti liber litterarum ordine eſſet preſcriptus.

*Almities*] Interpretatur a Chariſio lib. I. εὐπρέπεια. ſic intelliges Plauli verba, quæ mihi mendoſa eſſe videbãtur.

*Am*] Seruus ambactus fortaſſe ſignificat ſeruum libertatem eſſe conſecutum. Perſius Saty. V.

——Quibus vna quiritem
Vertigo facit· hic Dama eſt non treſſis agaſo.
Verterit hunc dominus: momento turbinis exit
Marcus Dama. Vide Manumitti.

*Ambactus*] Cur lingua Gallica dicat ignoro. vt enim ſupra ſcriptum eſt, id recte Latine dicitur: & mos Romanus ſignificatur.

*Ambaruales*] A duodecim fratribus ſcriberem, non a duobus, ex Plin. lib. XVIII. cap. II. Gellio lib. VI. cap. VII. & Fulgentio de obſcuris, vt intelligatur de duodecim fratribus arualibus. ſed quæ ſequuntur Macrobius refert lib. III. vti a Pompeio Feſto conſcripta: & in his nulla mentio fratrum. ideo videndum eſt, an aruis, & frugibus emendare oporteat.

*Ambo*] Vide incerta Verrij Flacci.

*Ambidens, ſiue bidens*] Varie bidentem interpretantur. Vide Gellium lib. XVI. cap. 6, & Macrob. lib. VI. atque Seruium Vergilij interpretem. qui Nigidio conſentiunt bidentes dici bimas hoſtias, ſiue quaſi biennes, ſiue quod emineant ea ætate bini dentes. Vide Bidental, & Bouem bidentem.

*Ambegni*] Varro lib. VI. de lingua Latina. Ambegna bos apud augures, quam circũ aliæ hoſtiæ conſtituuntur. Fulgen. Placiades de obſcuris. Bæbius Macer, qui faſtalia dierum ſcripſit, ait. Iunoni eas, quæ geminas pare-

rent oues ſacrificare cum duobus agnis altrinſecus alligatis, quas oues ambignas vocari, quaſi ex vtraque parte agnos habentes. Vides hanc ambignas, illum ambiegnas, noſtrum ambegnas dicere.

*Amœna*] Vide incerta Verrij Flacci ex Iſidoro.

*Anclabris*] Vide Eſcariæ, & Exanclare.

*Angiportus*] Anguſtus portus, id eſt aditus in portum obſcurius dictum eſt, niſi addas hoc eſt in domum. Varro libro quarto, ab angendo, & portu, & quinto, quia in eo nihil poteſt agi. Feſtus portum pro domo in duodecim poſitum omnes conſentiunt. & Vlpianus: Portus eſt concluſus locus quo importantur, & inde exportantur merces, vnde angiportum dictum eſt. Donatus in Adelp. Angiportum eſt anguſta, & curta via, quaſi anguiportus. alij, quod inter portus ſit locus anguſtus, hoc eſt inter domos.

*Angor*] Plaut. in Moſtell. paucis immutatis. In anginā ego nunc me velim verti, vt veneficæ illi fauces prehendam.

*Anticum*] Vide poſticum.

*Antroare*] Vide, an idem ſit quod paulo ſuperius andruare: & quod hic trua dicatur, illic drua appelletur.

*Apua*] ἀφύῃ Græci dicunt, ſed Latini tenui pro aſpirata vtuntur, vt in aliis. Vide Album.

*Aqua*] Varro minus dure: Aqua quod æqua ſumma. quanquam neutrum implet aures meas. De aqua, & igni, quæ accipiunt nuptæ, idem Varro videndus libro iiii. & Plutarch. in Problem. & infra Facem.

*Aquilius prænomen*] Aquilia familia duplex: patricia, & plebeia, vtraque cōſularis. Ideo Aquillius nomē malim, nam prænomen Aquilius, vel Aquillius nunquam extat, quod ſciam. Aquillium autem ſcribendum eſſe non Aquilium docent faſti Capitolini, & nummi.

*Arbutus*] Verg. Ecloga vii.

*Arculum*] Vide Ceſticillus.

*Aſſa*] Nonius aſſam vocem interpretatus meram, & ſolam vocem ſine organico inſtrumento ex, Varrone. & Pedianus in diuinatione: Cani remigibus celeuma per ſymphoniacos ſolebat, & per aſſam vocem, id eſt ore prolatam, & vt in Argo naui per citharam. Hæc igitur Pauli verba, non Feſti eſſe credendum eſt.



*Aſtutus arte tutus*] Non recte. melius ab aſtu dictus: vt paulo ante.

*Atra bilis*] Animi vitio, mendoſe.

*Atticiſſat*] Plaut. in Menæch.

*Aureas*] Vide Oreæ.

*Aureliam*] A ſole Auſelij, origo dura, forte ab aureo ſole: nam aurum dicebant auſum Sabini, vt mox videbimus ſic a Corneo Cornelius, a Cereo Cerelius.

BARBARI] Plaut. in Milite: Nam os columnatū poetæ inaudiui eſſe barbaro, Quoi vini cuſtodes ſemper totis horis accubant. idem in Aſinaria: Marcus vortit barbare. Locum Apoſtoli ex epiſt. ad Rom. i. nemo credat Feſti fuiſſe, ſed Pauli, qui epitomen confecit.

*Bardus*] Lucan. lib. i. qui cum alio loco non referatur a Feſto, ſuſpectum hunc facit.

*Beneuentum*] Vide Segeſta. Liu. lib. ix. Plin lib. iii. cap. xi. & Steph. de Vrbibus.

*Blennos*] Plaut. in Bacchid.

*Bouinatur*] Bouinator, tergiuerſator. Gell. lib. xi. cap. vii.

*Brutiani*] Videndus Gell. lib. x. cap. iii.

*Bubleum*] Theocritus Eidyll. xiv. Byblini vini facit mentionem.

CACVLA] Plaut. in Trinum.

*Calaſis*] Vide Aclaſſis.

*Camara*] Vide incerta Verrij ex Chariſio.

*Centenariæ*] Circumſcripta verba ſemicirculis videntur a Paulo adiecta, aut mendoſa eſſe.

*Centumuiralia*] illa verba, quæ, & curiæ dictæ ſunt; non eſſe Feſti exiſtimo. Vide Curia.

*Centuriata*] Si recipere volumus illa duo verba, item curiata: oportet, vt ſcribamus per centurias. & curias diuiſus erat.

*Cermalus*] Varro lib. iv. Germalum a germanis Romulo, & Remo, quod ad Ficum ruminalem hi inuenti. Plutarch. in Romulo, Germalum olim a germanis, poſtea Cermalum dictum eſſe ſcribit. Vide Septimontium, & Matrem Matutam.

*Cerrones*] Vide Gerræ.

*Ceſticillus*] Vide Arculum.

*Claudere* ] Portumnum portubus præeſſe ❘otat Seruius li.vj.Aeneid.ex illis Vergilij verſibus: Et pater ipſe manu magna Portumnus eũtem Impulit: illa Noto citius volucrique ſagitta Ad terram fugit,& portu ſe cõdidit alto. & Varro li.v.Portumnalia,inquit,a Portumno,cui eo die ædes in portu Tiberino facta,& feriæ inſtitutæ. In æreis nummis Neronis, portus Oſtienſis agnoſcitur,cum huius Dei imagine. Vide Ouid. lib.vi.Faſtor.

*Clientam* ] Plaut. in Milite: Habeo ecce illam clientam meam,meretricem adoleſcentulam.

*Clivia*] Viden. Plin. lib. x. cap. xiiij. Cliuinam auem ab antiquis nominatam animaduerto ignorari. quidam clamatoriam dicunt, Labeo prohibitoriam.

*Clunes*] Vide incerta Verrij.

*Coctiones*] Vide arilator.

*Coloſſus*] Plinius lib.xxxiv.cap.vii. Ante omnes in admiratione fuit ſolis Coloſſus Rhodi, quem fecerat Chares Lyndius Lyſippi diſcipulus.ſeptuaginta cubitorum altitudinis fuit.

*Comitiales*] Non omnibus diebus comitialibus cõueniebant; neque ſemper in comitio.comitiales tamen dies ſunt,quibus comitia haberi poterant.

*Comœdice*] Plaut.in Milite: Euge εὐσχημόνως Hercle adſtitit,& dulce, & comœdice.

*Comparſit*] Terent.in Phorm.

*Conatiuum ventrem*]Plaut.in Curcul.

*Cotiliæ lacus* ] Malim Cutiliæ, vt apud Varronem lib. iv. de lingua Latina,& Plin.lib.iij. cap.xij.

*Creduas*] Plaut.in Bacchid.

*Cruſtumina*] Dionyſius lib.ij.Plutar. in Romulo.Steph.de vrbibus: Cruſtomeriam Sabinorum vrbem appellant. Liuius lib.i.Cruſtuminium,& Cruſtumerium,& lib.ij. Cruſtumeriam Latinorum. Verg. lib.vii. Aen. Cruſtumeros. Silius lib.viii.Cruſtumii, Seruius Cruſtumium, & Cruſtumerium. Cicero pro Plancio, & pro Balbo Cruſtuminam tribum. Verg. lib. ii.Georg. cruſtumia pira. Columella lib. v. cap.x. & lib.xii. cap. x. & Plin. lib. xv. cap. xv. & lib. xxiiii. cap. vii. & Cloatius apud Macrobium lib.iij. Saturn. Cruſtumina. prima ſyllaba



c l v. in monumentis aliquot videmus; in aliis c r v. pro tribu. Eligat ex his lector, quod ſequatur. mihi Cruſtumina tribus placet, & Cruſtumeria vrbs Latinorum.

*Culiola*] Eadem dicuntur verbo Gulliocæ.

*Curia*] Quod ait additas eſſe quinque, vt in ſua quiſque curia ſacra publica faceret: eſt ni fallor vel mendoſum, vel falſum. Licet verbo centumuiralia, xxxv. curias eaſdem eſſe, exiſtimet tribus; quod contra Romanarum rerum memoriam eſt. Videndum eſt, an recte amoueri poſſint illa verba: quibus poſtea additæ ſunt quinque: quæ fortaſſe Pauli ſunt. His amotis cetera vera ſunt, præterquam quod de nominibus curiarum ſcribit; quod non nullis falſum eſſe videtur.

*Curionem* ] Plaut.in Aulul.

*Cypariſſæ*] Vide Cypariſſiæ. idẽ enim aliis verbis dicitur.

D ELIQVVM] Plautus in Caſina: Sine amet, ſine quod lubet, id faciet, quando tibi nil domi deliquum eſt.

*Delubrum*] Duplex eſt huius nominis ſignificatio: nam & pro Dei ſimulacro, & pro loco Deo conſecrato ponitur. Varro apud Macrob.lib.iii. Seruius lib.ii. & iiii. Aen. Aſconius hanc Feſti interpretationem reprehendens in Diuinat.

*Depontani*] Vide Sexagenarios.

*Dici*] Hæc erant ſcribenda infra litteram Q. eſt enim interpretatio illius verbi Quiritibuſque. Sed nos Feſti, & Pauli errores hac in re ſecuti ſumus, [illegible] tamen adiecto eorum verborum, quæ obiter explic[illegible].

*Diffarreatio*] Diſſolutio matrimonij confarreatione contracti, diffarreatio dicebatur. Cicero in Topicis: Genus eſt vxor, eius duæ formæ, vna matrum familias, hæ ſunt, quæ in manum conuenere. altera earum, quæ tantummodo vxores habentur. Addit Seuerinus: Tribus modis vxor habebatur vſu, far[illegible]tione, coëptione, ſed confarre[illegible] ſolis po[illegible]ificibus [illegible]ueniebat, quæ autẽ in manum per coem[illegible]tio[illegible] cõuenerant, hæ matres f. vocabantur; quæ [illegible] vſu, vel farrearione, minime. Et Vlpianus tit. [illegible] inſtitut. Farre conuenitur in ma-

mum certis verbis,& teſtibus decē præſentibus & ſol-
lemni ſacrificio facto,in quo panis quoque farreus ad
hibetur. Dionyſius lib.ij. à Romulo rege inſtitutū eſſe
ſcribit,vt farreatione matrimonia fierent, ab ea re di-
cta,quod far,quo tunc pane vtebātur, communionem
vitæ oſtenderet. De eodem genere matrimonij Taci-
tus ſcribit lib.iv. annalium. Plin.lib.xviij.cap.iij.

*Dilectus militum*] Ita ſemper, non delectus, in veteribus libris eſt. Sic in Pandect. Floren. titulo de re militari,ca. I v. ita etiam ſcribendum eſt, titulo communi diuid.ca. xx. vbi delictum ſcripſerunt. Vide Lacus Lucrinus, & Neglegens.

*Diſpenſatores*] Vidēdus Varro lib. iv. de ling.Lat.& Plin. lib.xxxiij.cap.iij. Vide Pendere.

EDERAM] Vide Hedera. De iis, quæ Diali erant prohibita, vel conceſſa, vide Equo vehi,& Fabam, & Funebres & Iurare,& Gell.lib.x.cap.xv.& Plutarch. in Problem. Sed quid hæc ad verborum ſignificationem, qua de re agitur?

*Elacatena*] Plin.lib.xxxij.cap.vlt. helacatenes piſcis nomē eſſe ait. De melandrya vero Varro lib. I v. de ling.Lat. Plin.lib.ix.cap.xv. Athen.lib.iij.cap.xx.

*Emere*] Vide Abemito.

*Endoitium*] Endoplorato, Endoprocinctu. Sic in xij. tab. manum endoiacito, pro iniicito.& Ennius,apud Auſonium in monoſyllabis: Endo ſuam do, pro in ſuam domum. Hac de cauſa vt arbitror in kalendario Auguſti tempore confecto E N pro Interciſo notatum eſt, quaſi endoterciſum. Vide Sub vos placo,& Struere.

*Erebum*] Vergil.lib.vj. Aeneid. vtrumque. Sed non flumen eſſe ait Erebum, ſed tranaſſe amnes illius loci, qui Erebus dicitur.

*Eſcaria*] Vide Anclabris.

*Eſcit*] Vide Nec coniunctionem,& Supereſcit.

*Euboicum*] Talentum Babylonicum eſt ſeptuaginta minarum Euboicarum, vt Herodotus ſcribit lib. iij. & Atticarum minarum ſeptuaginta duarum, vt Aelianus affirmat lib.I.cap.xxij. de varia hiſtoria. Omne autem talētum eſt ſexaginta minarum; minæ autem ſingulæ centenas drachmas cōtinent; vt Africanus,& Iulius Pollux ſcribunt. Sic fit vt Euboicū talentum ſit ſexaginta minarum Euboicarum, vt Atticū eſt ſexaginta Atticarū. hoc autem cōtinet ſex millia drachmarum Atticarum, & totidem millia denariorum, vt verbo Talentorū Feſtus ſcribit: quod etiam Plin. ait li.xxxv.ca.xj.& Athen. lib.IV cap.VI.& Pollux lib.ix. Itaque ſi LXX. minæ Euboicæ æſtimantur LXXII. Atticis.& eadē proportio eſt in drachmis, ſiue denariis: triginta quinque drachmæ Euboicæ æſtimātur Atticis drachmis triginta ſex. Talentum vero Euboicū æſtimatur drachmis Atticis, ſiue denariis centum & ſeptuaginta vno ſupra ſex millia. Mendoſe igitur Feſtus ait quatuor millibus denariorū æſtimari. Quod vero ad ciſtophoros attinet, nihil à me certi ſtatui poteſt. Non ignoro Pollucem dicere Babylonicum talentum ęſtimari ſeptē millibus drachmarum Atticarum, ſed mihi veriſimilior videtur Aeliani opinio, vt Euboicæ minæ ab Atticis differant.



*Euelatum*] Ventilabra appellat Columella lib.ij. cap.x. & Varro lib.x. de ling.Lat.

*Exgregiæ*] Vide Abgregare.

FABIANI] Vide Quintia prata.

*Faceſſere*] Pacuui.in Teucro apud Nonium: Faceſſite omnes hinc, parumper tu mane.

*Faſtorum*] Faſti enim dies feſti ſunt. Hoc falſum eſt, ſunt enim faſti dies, quibus fari licet prętori iuridica verba. Varro, Ouid. Macrob. ab his diebus faſtorum libri appellantur. quibus eos dies cognoſcimus, & tranſlaticie faſtos conſulum appellamus, quibus Conſules ſingulorum annorum continentur.

*Fauiſſæ*] Vide Gell.lib ij.cap.x.

*Felices*] Enumerat Verannius apud Macrobium lib. iij. arbores felices,& infelices, in quibus eſt ficus atra. Vide Plin.lib.xvi. cap. XXVII.

*Ferctum*] Viden. Cato de re ruſt.

*Fœdus*] Verg.lib.viij Aen. Fetiales autem dici apparet in veteribus monumentis,& à Gręcis Dionyſio,& Plutarcho ita appellantur, à feta fortaſſe cæſa. Vide Porci.

*Fordicidiis*] Varro libro V. non à fetu, ſed quia fert in vē-

tre fordam dici exiſtimat. Ouid. lib. IIII. Forda ferens bos eſt, fecundaque dicta ferendo: Hinc etiam fetus nomen habere putant. Feſtus hordam etiam dici, & hordicidia oſtendit littera H.

*Frater* ] Nigidius hoc apud Gell. lib. XIII. cap. III.

*Fratrare* ] Vide Sororiare,

*Frontem* ] Vide Corius.

*Frutinal* ] Si liceret in prima littera erratum librarij exiſtimare in hoc nomine, vt in aliis quibuſdam: Erucinal potius ſcriberem templum Veneris Erucinæ. id fuiſſe duplex Romæ, in Capitolio, & ad portam Collinam, teſtatur Liuius lib. XXII. XXIII. XXX. XL. Extat etiam denarius C. Cõſidi Noniani cum templo; in quo ERVC ſcriptum eſt. Illud vero, quod in Sicilia Erycinæ Veneri erat dicatum, laudatores non deſiderat. Sed nil temere affirmandum eſſe reor.

*Fundus* ] Cicero pro Balbo ita fieri populum fundũ ſcribit: ſi cum iuſſiſſet populus Rom. aliquid, ſi id adſciuiſſent ſocij populi, ac Latini; & ſi ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquam in fundo reſediſſet, vt tum lege eadem is populus teneretur. Significare autem auctorem ex ſententia accuſatoris Balbi crediderim. Negat, inquit, ex foederato populo quemquã potuiſſe, niſi is populus fundus factus eſſet, in hanc ciuitatẽ venire. Et poſtea: Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, quoniã hoc magnopere delectare verbo, ſi tum ſit fundus, cum ſcita, ac iuſſa noſtra ſua ſententia comprobat: cum hoſpitium fecit? Plautus in Trinummo: Nunc mihi is propere conueniendus eſt, vt quæ cum eius Filio egi; ei rei fundus pater ſit potior eo. Adde Gell. lib XVI. cap. XIII. & lib. XIX. cap. VIII.

*Furnalia* ] Varro lib. v. de lingua Lat. Furinalia, & lib. IV. & VI. Furinalis flamen, & Furinales feriæ. In faſtis marmoreis VIII. K. Aug. FVRR. hoc eſt Furrinalia. Ita credendum eſt deam ipſam Furrinam eſſe appellatam.

GAIA] Pauli errorem potius quam Feſti, vel Verrij credere in hoc genere ſcripturæ: in quo poſt Conſtantinum omnes pene librarij, & marmorum inciſores errabant. Notum eſt illud Quintiliani Caium, & Caiã ſcribi:



dici vero Gaium, & Gaiam. Paulum non erraſſe arbitror, cum viderim antiquiſſimum Feſti fragmentũ ordine litterarum ſcriptum; & Verrius eundem ordinem ſecutus fuerit, in libris de verborum ſignificatione. Secuti igitur ſunt ſonum, non figuram litteræ: vel cum ipſi alio loco ſcripſerint, imperiti mutarunt, erratum librariorum eſſe putantes. Quod ad rem ipſam attinet: viden. Plutar. in Problem. Plin. lib. viij. c. xlviij. Iulius Paris in epitome Valerij Maximi de prænominibus. Sed & obſeruatum eſt omnes mulieres, quæ alio prænomine carerent Caias dictas, earumque libertos Caij prænomine plerumque appellatos: ſeque Caiæ libertos dixiſſe. Viden. Cicero pro L. Murena, & Velius longius de Orthogr.

*Gallam* ] Lucil. lib. xv. apud Nonium: Quæ gallam bibere ac rugas conducere ventri Farre aceroſo, oleo decumano, pane coegit Cumano. Sic enim ſcribendi ſunt hi verſus.

*Ganeum* ] Terent. in Adelph. Vbi ego illum quæram?

*Gens Aelia* ] Hoc non proprium eſt Aeliæ gentis, ſed Corneliæ, & Iuliæ, & Claudiæ, & aliarum.

*Gentils* ] Scæuola pontifex apud Ciceronem in Topicis: Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem nomine ſunt; qui ab ingenuis oriundi ſunt; quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit; qui capite non ſunt deminuti.

*Gnæus* ] CN. hoc prænomen ſignificari dubitat nemo. & licet ſonus G litteræ audiatur, CN ſcribitur. vt in Pandectis Florentinis apparet Gnæum, & Gaium ita ſcribi vt pronũciatur. corporis autem inſigne neuus dicitur, vnde Neuia familia nomen deduxit. additur autem C. antiquo more, vt cum frucmentum, ferctur, forctis, cnatura dicebatur: ex Valerio à Iulio Paride relato. qui enumerat triplicem huius prænominis ſcribendi rationem. CN. GN. N.

*Grallatores* ] Plautus in Pœnulo: Vinceretis ceruum curſu, vel grallatorem gradu. Sic etiam apud Varronem lib. VI. de lingua Lat.

*Grauaſtellus* ] Plaut. in Epid. Sed quis eſt hæc muliercula, & ille rauiſtellus qui venit? Vide Raui coloris.

*Graue æs* ] Vide Plin. li. xxxiii. ca. iii. Feſtũ verb. Sextãtarij.

*Gullioc æ*) Vide eadem,verbo Culiola.

HALLVS] Vide Allex.

*Hedera*) Vide Ederam.

*Heredium*) Varro lib.I.cap.x.de re ruſt. Antiquus noſter ante bellum Punicum pendebat bina iugera, quod à Romulo primum diuiſa dicebantur viritim. quæ quod heredem ſequerentur,heredium appellarunt.

*Heus*) Locus mendoſus.

*Horda*) Vide Fordicidiis.in Faſtis XVII.Kal. Mai. FORD. ſcriptum eſt,non HORD. Varro tamen lib.II.cap.v.de re ruſt.Hordicalia eſſe in Faſtis dicit.

*Hortus*) Duriuſcula originis ratio. quæ ſi vera eſt, ortus ſcribendum eſt,non hortus.

*Hoſtia*) Oui.lib I.Faſtor. Victima,quæ dextra cecidit victrice,vocatur:Hoſtibus à domitis hoſtia nomẽ habet.

*Hoſtis*) Viden. Cicero lib.I. Offic. Varro lib.IV. de ling. Lat. Caius cap. CCXXXIIII. de verborum ſignificatione, lib.L.Digeſt.

IMBREX) C, Licinius Imbrex, quem quarto loco Volcatius collocauit.ex Gellio lib.XIII.cap.XXII.& lib. XV.cap.XXIIII.& Feſto,verbo Obſtium.

*Immunis*] Plaut. in prin. Trinummi: amicum caſtigare ob meritam noxiam Immane eſt facinus.In Plauti libris editis,& Ciceronis à quo hi verſus referuntur lib.I. de Inuent.Immane ſcriptum eſt, non Immune: ſed Feſtus immune legerat,vt ex hoc loco apparet.Vaticanus liber habet, immene.quod idem eſt,quod immune. nã & alibi dicit in Bacchidib. Pergamum diuina mœnitũ manu:pro munitum.

*Immuſculus*] Eadem auis Immuſtulus, ni fallor, mox dicitur. de eadem vidimus verbo Alites. Plin. Immuſculum vocat lib.x.cap.VII.

*Improlus*] Locus obſcurus,&,vt arbitror,mendoſus.

*Incillæ*] Vide Inlices,& Elices,& Inlicium.

*Incomitiaire*] Plautus in Curc.

*Infit, incipit*] Infit,inquit,magis proprie dicitur.

*Infra claſſem*] Nõ dubium eſt,quin loquatur de claſſe prima,in qua cenſebantur ij, qui centum millia æris, aut



ſupra eam ſummam poſſidebant. ex Dionyſ. & Liuio. Plinius tamen CX. niſi mendoſus liber ſit, ſcripſit lib. XXXIIJ.cap.III. Aſconius cẽtum millia ſeſtertiorum lib. III. in Verrem. Gellius CXXV. millia æris lib.VII.cap. XIII.Feſtus CXX.Hæc ita varie traduntur,vel quia immuta eſt æſtimatio; vel quia numerorum notas librarij varie interpretati ſunt.

*Inhibere*) Viden. Cicero lib.XIII. ad Atticum.

*Iniurium, periurium*] Malim contra ius, vel iniurioſe factum interpretari. iniuratus autem eum, qui non iurauit,ſignificat.

*Inlex*) Plaut.in Aſinar.

*Inſanum*) Plaut.in Moſtell. Quoiuſmodi gynæceum? quid porticum? inſanum bonam.

*Inſipere*) Vide Supat.

*Inſuaſum*) Vide ſuaſum.

*Iouiſtæ*) Locus mendoſus.

*Irpices*] Viden. Varro.lib.IV.de ling.Lat.

*Irquitallus*) Vide Hirquitalli.

*Italia*) Licet à vitulis,vel ab Italo rege multi dicant Italiã eſſe appellatam.de Attelido nihil aliud accepi.Thucyd. lib.VI.Varro lib. II. cap. v. de re ruſt. Columel. lib. VI. in prin. Verg. lib.I. Æneid. Dionyſ. lib. I. Antiq. Gell. lib.XI. cap. I. Apollodorus in Bibliotheca. Steph. de Vrbibus.

*Iunium*) Multa de his Ouid.lib.VI. Faſt.& Macrob.lib. I. Saturn.

LACVNA) Vide Luſtra.

*Lingula*) Martialis lib.vlt. Quamuis me ligulam dicant equiteſque patreſque, Dicor ab indoctis lingula grammaticis.

*Loebeſum*) Vt ex Græco exemplo apparet OE pro EI vſurpatum fuiſſe dicebat fortaſſe Pompeius.Itaque Loebeſum,pro Leibeſum,ſiue Leiberum,& Loebertatem pro leibertatẽ ſcribebant.poſtea Leiberum, & Leibertatẽ, ad extremum liberum, & libertatẽ. Extat apud me denarius C.Caſſij,in quo ſcriptum eſt. LEIBERTAS. ſic in aliis T.DEIDI.L.OPEIMI.C.SERVEILI. Quis autem vſus fuerit huius diphthongi docuit Lucilius

apud Quintilianum,& Scaurum, Nigidius apud Gellium,& Longum,atque Terentianus.Sed & Cotta apud Ciceronem lib.iii. de oratore reprehenſus eſt, quod Iota tolleret,& E diceret plenum. Vide Ab oloes.

*Lucerenſes*] A Lucumone vel à verbo Etruſco. Varro lib. iv. de lingua Lat. à Lucumone,vel Lucretino, vel à Luco, Aſconius lib.iii. Verrin. Lucerum nominis, & originis cauſa incerta Liuio lib.i. Lucerenſes à Luco aſyli Plutarc.in Romulo. Feſtus hic à Lucero,ſed verbo Lucomedi à Lucomo. Vide etiam verbo Lucumones; de eiſdem enim,vt arbitror,loquitur.

MAENIANA) In aliquo libro eſt à Mænio Cenſore. Fuit autem C.Mænius P.F.P.N.Cenſor cum L.Papirio Craſſo anno CDXXXV. Hic triumphauit de Antiatibus,aliiſque priſcis Latinis; quamobrem ei columnam datam eſſe Plin.ſcribit lib.XXXIV.cap.v. cum Feſto conſentiunt Nonius,& Iſidorus.

*Magiſterare*] Verba Feſti, quæ hæc præcedunt, ad hoc verbum referenda ſunt.

*Magiſterii*] Verba Feſti ex his Pauli verbis intelliges,addebantur tamen alia de magiſterio,vt opinor, ludorum Apollinis ex oratione neſcio qua, quæ contra orationem inſcribebatur alterius oratoris.

*Magni....*] Catonis, Atei, & nepotis M. Catonis, vt opinor,ſententia obſcura eſt,his paucis exceptis, quæ Paulo debemus.

*Maiora auſpicia*] Ex libro M. Meſſalæ Auguris de auſpiciis primo apud Gellium lib. XIII. cap. XIIII. hæc Feſti verba intelliges. Patriciorũ auſpicia in duas ſunt poteſtates diuiſa, maxima ſunt conſulum, prætorum, cenſorum: reliquorum magiſtratuum minora ſunt auſpicia. ideo illi minores,hi maiores magiſtratus appellãtur. Maiora autẽ dicũtur auſpicia habere, inquit Gellius,quia eorum auſpicia magis rata ſunt,quã aliorum.

*Maledic....*] Præter Hiſpaniæ mentionem, cetera ex Pauli epitome intelliguntur.

*Maleuoli*] Ianus in Turdellis,quis ſit plane ignoro.

*Mamertini*) Ex ſpatio litterarum,quę deſunt,ſcribi poteſt ita: Mamertini appellati ſunt Meſſanenſes hac de cauſa.Sunt alia,quæ diuinare non potuimus: ſed hiſtoriæ cognitionem non impediunt. Vide Strab.lib.vi.



*Mamiliorum*) De Octauo Mamilio Turculano Superbi genero, qui Latini nominis princeps, & à Telegono Vlyſſis, & Circes filio genus ducere dicebatur, Liuius lib.i. Dionyſ. lib.iv. primus ciuis Romanus ex hac familia L Mamilius,C.Nautio, L. Minucio cos.lib. III. Vide October equus.

*Manalem lapidem*) Fulgen. Placiades de locis obſcuris. Labeo,inquit, qui diſciplinas Etruſcas Tageris, & Bacchetidis xv. voluminib.explanauit, ita ait: Fibræ iecoris ſandaracei coloris,dum fiant, manales tunc vereri opus eſt petras,id eſt,quas antiqui ſolebant in modum cylindrorum per limites trahere pro pluuiæ commutãda inopia.

*Manalis fons*) Obſcurus locus,& fortaſſe mendoſus.

*Manare*) Feſtus videtur à manãdo deducere mane:poſtea à mature,vnde Matuta dicta eſt. Alio loco à Diis manibus:ſiue quod mana bona dicerentur. vnde Matuta, & matura dicuntur. Varro lib. v. Diei principium mane, quod tum manet dies ab oriente: niſi potius quod bonum antiqui dicebant manum. Vide Mater Matuta.

*Manes dii*) Feſti verba mutila ex Pauli epitome ſarciri poſſunt paucis exceptis.

*Manum & mentum*] Vide Gell.lib.XIII.cap.XVII. & interpr. Lycophr. in Iambicis, & Euſtath. in I. Homeri Iliad. qui nihil de Chalcante, ſed de aliis dictum referunt. Vide prouerbiorum interpretes.

*Manumitti*) Pauli verba interpretis vice fungentur verbis Feſti,quæ reliqua ſunt,quibus addi poteſt, quod ex Caio lib.i. Inſtitut. refert Boetius lib.III. Topic. Vide Ambactus,& Am.

*Mars pedis*) Filium Martis ſignificare putarem:niſi me auctoritas Meſſalæ moueret.

*Maſculina*) Videtur deeſſe. ἀρσενικὰ ἢ θηλυκὰ dicunt.

*Mater matuta*) Ex his Pauli verbis ſarcienda ſunt,quæ ſequuntur Feſti verba. vna tamen littera diuerſa eſt,manis enim pro manes eſt ſcriptũ, librarij, vt opinor, errore.

*Matronæ*) Ex his verbis, quæ ſequuntur Feſti verba, poterunt recte conſcribi. Et videndum eſt, an ad hæc perti-

neant, quæ de Veſtali Claudia produntur, quæ patrem complexa de curru ſe detrahi paſſa non eſt, Cicero pro Cœlio. Valer. Max. lib. v. cap. IIII. Suet. in Tiberio ca. II.

*Matronis*) Verba Feſti ex Pauli epitome cognouimus. Itẽ ex Liuio lib. v. apparet bis matronas aurum contuliſſe, Veiis à Camillo captis, & vrbe à Senonib. capta præter Capitolium. Apollini autẽ donum Delphos cratera aurea portata eſt ob decumam voti, quo ſe damnauerant Veiis captis. Matronis aurum reſtitutũ dicit lib. VI. Plutarch. in Camillo doni Apollini dicati meminit. Plin li. XXXIII. cap. I. id aurum in Iouis cœlla collatum manſiſſe ſcripſit ad Pompeium Magnum. Vide Pilentis.

*Maximæ*] Vide ordo ſacerdotũ, & decẽ Flaminum nomina ponit Varro lib. IV. & VI. de lingua Lat. Dialis, Martialis, Quirinalis, Volcanalis, Volturnalis, Palatualis, Furinalis, Floralis, Falacer, Pomonalis. Adde Carmentalẽ ex Cicerone in Bruto, Portumnalem ex Feſto, Perſillum Virbialem ex marmoreis monumẽtis. itẽ Diui Iulij, & Diui Auguſti ex eiſdem, & eorum temporum hiſtoria.

*Maximus pontifex*) Cuperem Feſti verba videre. neque enim facile Paulo credo aſſerenti pontificem fuiſſe vindicem contumaciæ magiſtratuum, & priuatorũ. Vide Dionyſ. lib. I V.

*Maximum prætorem*] Sic in carmine Marcij vatis: His ludis faciundis præſit is prætor, qui ius populo, plebique dabit ſummum. Liuius lib. XXV. Macrob. lib. I. Saturn. De Salutis augurio Cicero lib. I. de Diuin. Tacitus lib. XII. Dion. lib. XXXVII.

*Mediocriculo*] Obſcurus locus, &, ni fallor, mendoſus.

*Mend . . . .*) Ex iis, quæ Paulus ſcribit Mendicum dici Verrius &c. hæc ſupplenda ſunt. Scriptum autem fuiſſe videtur: mente eius, quam fefellerit fortuna: nõ quem.

*Menſæ*) vt Feſti verba intelligas, præter Pauli epitomem lege Macrob. lib. III. Saturn. dum Vergil. VIII. Æn. verſum interpretatur: In menſam læti libant, diuoſque precantur.

*Mentecaptus*) Huc pertinent verba Feſti, quæ ſequuntur.

*Meritauere*) Catonis verba relata à Feſto non aſſequimur.

*Meta . . . .*) Interpretatione indiget.

*Metaphoram*) Si quis Quintiliani cap. VI. de tropis libri



octaui legerit attentius; verba Feſti facile intelliget, & manca reſtituet.

*Meta . . . ſtices*] Metaphraſtices ſcriptum fuiſſe videtur; ſed mendoſe: pro Metaphraſtice, vel Metaphraſi, vel pro Metaſtaſi, vel Metabaſi. interpretari autem exiſtimamus, cum pœtæ propter neceſſitatem metri aliud pro alio ponunt.

*Migrare mens a*] Locus obſcurus interpretem deſiderat.

*Mihipte*] Verba Feſti exceptis his, quæ Paulus notat, non intelligimus. Sed exempli ſumpti ex libris Catonis ea eſſe arbitramur.

*Mina*] Diſtingui videntur inter minam ſingulariter, quã Græci mnam dicunt. & minas. Vel vſos veteres nonnunquam aſſerit mina pro minis, & Catonis exemplum affert.

*Minora templa*] Videndus Varro lib. VI. de lingua Lat.

*Minuitur*] de Caſto Cereris, mihi non liquet. tamen non licere à lugẽtibus Cerialia celebrari docet Liu. lib. XXII.

*Modo quodam*] Paulus Feſti verba refert; quæ nos dimidiata inuenimus.

*Molucrum*] Afranij verba ſunt qui ita ſcribant: Virgini tam creſcit vterus, quam grauidæ mulieri. vocatur molucrum, tranſit etiam ſine dolore. Gabriel Faernus ita: Virgini Tam creſcit vterus, quam grauidæ mulieri: Molucrum vocatur, tranſit ſine doloribus. Sunt autem ſenarij duo poſt verbum virgini.

*Monodos*] Plin. lib. VII. cap. XVI. videndus.

*Poſt Monſtrum*] Verba Feſti dimidiata intelliges ex illis Pauli, Monſtra dicuntur, &c.

*Mos eſt*] Macrob. lib. III. Saturn. refert Iulium Feſtum lib. XIII. de verborum ſignificationibus ſcripſiſſe: Mos eſt inſtitutum patrium, pertinens ad religiones, cærimoniáſque maiorũ. Nõ dubito Pompeium pro Iulio ſcribẽdũ apud Macrobiũ. Hic enim eſt locus, quẽ adfert, ex quo verba Feſti farciri poſsũt, paucis ſyllabis exceptis.

*Mulleos*] Verbum Allucinatos mendoſum eſt. lunatos placet, ſiue alutatos ab aluta; de vtroque eſt carmen Iuuen. Saty. VII. Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ. quod aliter dixit Horat. lib. I. Saty. VI. Nã vt quiſque in ſanus nigris medium impedijt crus pellibus, & latum demiſit

pectore clauum, Audit cõtinuo quis homo hic? Viden. Plutarch. in Probl. Titinij carmen mendoſum eſt.

*Multifa . . .*] Ex epitome Pauli verbo multifacere, hæc omnia facile intelliguntur.

*Mundus vt ait*] Verba illa mendoſa ſunt: ex iis qui intrauere cognoſcere potuit. forſitan ſcribendum: vt ex iis, qui intrauere cognoſci potuit. Item ex Pauli verbis addenda ſunt non nulla; vt puta tertius dies quo mundus patet. Vide Varronem apud Macrobium lib. I. Saturn.

*Muneralis*] Lex Cincia de donis, & muneribus, non omnibus prohibuit munus accipere: ſed ob cauſam orãdam, patrociniúmve præſtandum. Viden. Cicero lib. I. epiſt. vlt. ad Atticum. Tacitus lib. XI. XIII. & XV.

*Municipalia*] Paulus non intellexit, quid eſſet ante ciuitatem Ro. acceptam; & ante vrbem conditam interpretatus eſt. neque etiam municipalia ſacra, ſunt vrbis Romæ ſacra; ſed municipiorum.

*Munificior*] Ex his Pauli verbis intelliges Feſti verba.

*Murciæ*] Vide Varron. lib. IIII. de ling. Lat. & Plutarch. in problem.

*Muta . . .*] Interpretationem deſiderat.

*Mutæ*] Feſti verba ex iis, quæ Paulus conſcripſit, intelligimus. ordinem tamen videtur mutaſſe. namque illa duo verba Feſti, mutum dicimus; referẽda ſunt ad oratorem, aut tragœdum. Siquis tamen velit nihil mutare; addere poterit ea, quæ Feſtus ſcribit iis, quæ Paulus retulerat. Mihi prior opinio placet.

*Muta exta*] Ex verbis Feſti cognoſcere poteris; qualia exta non muta dixiſſet; vt ſi ab incendio, veneno, aut alio tali periculo aruſpex cauendum eſſe reſpondiſſet; aut ſi finium deminutionem portendi dixiſſet. Hæc Paulus omiſit vti inania, & iure religionis veræ contemnenda.

*Mutini*] Vide an ita ſcribi debeat: in angiportu; de quo aris ſublatis balnearia ſunt poſtea facta domus CN. Caluini. cum manſiſſet ab vrbe condita ad principatũ Auguſti. Cetera non aſſequimur. ſed addi poſſunt, quæ Paulus refert de mulierum ſacrificio. Videndus etiam Tertulianus in Apolog. cap. XXIV. Arnob. lib. IV. contra gentes. Firmian. lib. I. cap. XX. Aug. lib. IV. cap. XI. de Ciuit. Dei.



NÆNIA] Magna pars verborum Feſti intelligitur ex Pauli epitome. Cetera ſunt exempla, quibus oſtẽdebatur verum eſſe, quod dicebat. Plauti eſt fortaſſe in Truculento: hera apud nos dixit Næniam de bonis.

*Næuia ſilua*] Varro lib. IV. de lingua Lat. Sequitur porta Næuia, quod in nemoribus Næuiis. Næuius enim loca, vbi ea ſic dicta, coluit. Ex his, Feſti verba intelliges. referebatur M. Catonis locus, ex Oratione in Cœlium ſi ſe appellauerit. Prouerbium autem, quod Verrius referebat, ignoro.

*Napturas*] Vide Nectere.

*Naſſa*] Plaut. in Milite: Numquam Hercle ex iſta naſſa ego hodie eſcam petam.

*Naſsiterna*] Vide Fulgen. Placiad. de antiquis vocibus.

*Natio*] Præter ea quæ Paulus ſcribit, ex verbis Feſti tantum elicitur Cincium eſſe huius ſententiæ auctorem.

*Natinatio*] Feſtus refert verba Catonis ex Originibus, vt arbitror; qui ſcripſerat: audito tumultu Macedoniæ, Etruriam, & cæteros natinari, id eſt, tumultuari.

*Nauali corona*] Plin. lib. XVI. cap. IIII. Cedunt & roſtratæ ciuicis, quamuis in duobus maxime ad hoc æui celebres M. Varrone è piraticis bellis, dante Magno Põpeio, itémque M. Agrippa tribuente Cæſare è Siculis, quæ & ipſa piratica, & poſtea dedit hanc Auguſtus coronam Agrippæ, ſed ciuicam à genere humano accepit ipſe. Idem lib. VII. cap. XXX. M. Varroni Magnus Pompeius piratico ex bello naualem dedit. Ex his intelliges Feſti verba, paucis exceptis, quæ plane ignoro. Adde Gell. lib. V. cap. V.

*Naucum*] Mendoſum eſſe videtur; quod in oleæ nucis quod intus ſit. Paul⁹ oleæ, aut nucis nucleo forte quod in olea, nucique intus ſit. De nuce iuglande vide Macrob. lib. III. Satur.

*Nauia*] Hæc hiſtoria de cote nouacula præciſa ab Attio Nauio à multis refertur. Sed de ficu Nauia nihil aliud accepi. Cicero lib. I. de Diuinat. cotem ait, & nouaculam defoſſam in comitio, ſupráque impoſitum puteal. idem ait Dionyſ. lib. III. addens ſtatuam æneam eidẽ illic ſtatutam. quod etiam Liuius ſcribit, & Plin. lib.

xxxiv. cap.v. Val.Max.lib.i. cap. iv. D. Attium Nauium augurem appellat. De ficu ruminali Plin. lib. xv. cap. xviii. Quaerendum igitur eſt, qua ratione ea, quae deſunt, ſarciri poſſunt.

*Poſt Nauia .... tas ſecundum*] Nauitas pro nautas dixiſſe Catonem refert, &, vt arbitror, ille locus eſt, quem Plinius laudat lib. xiv. cap. xiii. Cato cum in Hiſpaniã nauigaret, vnde cum triũpho rediit; non aliud, inquit, vinum bibi, quam remiges. Vide Penatores.

*Nautea*] Citatur Plautus in Artemone, quæ comœdia non extat. Credo etiam ex Curcullione illum afferri verſum: Nam omnium odor vnguentum præ tuo nautea eſt. & ex Caſina: Ei pro ſcorto ſupponetur hircus vnctus nautea.

*Nautiorum*] Multo plura Feſtus ſcripſerat. quam Paulus referat. Initio de Palladio à Naute Aeneæ ſocio conſeruato, à quo Nautij dicti ſunt. Idẽ Dionyſ. ſcribit lib. vi. & Seruius lib. iii. & v. Aen. Hiſtoria poſtea narratur mihi incognita de bello aduerſus Bruttios geſto poſt cædẽ L. Cæcilij. de quibus fortaſſe Florus lib. xii. Fuit eiſdẽ temporibus cõns. Sp. Nautius. De quo nihil accepimus, quod ad hui⁹ loci interpretationẽ pertineat.

*Nec coniunctionem*] In verbis duodecim tabularum relatis Aſt ei cuſtos neceſcit. item, ſi adorat furto &c. Crederẽ ſcribi oportere, nec eſit; & verbum adorat ſignificare agat; vt idem Feſtus ſcribit verbo Adorare. Varro lib. viii. de ling. Lat. Sum quod nunc dicitur, dicebatur eſum, & in omnibus perſonis conſtabat quod dicebatur eſum es, eſt: eram, eras, erat: ero, eris, erit. Vel eſit ſignificat erit, vel ſit: & vtroque caſu videtur deeſſe ſi, Aſt ſi ei cuſtos nec eſit. Sed Eſcit quoque ſignificat erit. vt in litera E, & Supereſcit.

*Nectar*) Verg. lib. i. Aen.

*Nectere*) Vide Napuras.

N*efaſti*) Quantam iacturam fecerimus, tum ex Pauli epitome nimis cõciſa, & breui, tum ex huius libri. qui extat, pæne dicam, clade: ex his, quæ ſcribam manifeſtum eſt. Ego enim ex dimidiatis verſiculis Feſti coniicio, cũ principio nominis interpretationem afferre, quã Varro, Ouidius, & Macrobius dilucide oſtendunt. vt nefaſti



dies ſint per quos dies nefas ſit fari prætorem Do, Dico, Addico. Addidit poſtea, vt Paulus notat, quibus literis hi dies notentur in Faſtis. vt cum totus dies nefaſtus eſt N. notetur; cum vero priore parte diei, tum N. & P. ita enim interpretor illud (nep.) & illud (riores ſunt) quod ipſum in faſtis Achillis Maſei editis à Paulo Manutio, idẽ Paulus, & ante cũ Octauius Pantagathus acutiſſime animaduerterunt. Ad extremum dicebatur, quid nefaſtis diebus fieri poſſet.

*Nefrendes*) Ex Feſti verbis intelliges primam opinionem Mucij fuiſſe, alteram Aterij, qui Liuij carmine ſe tuebatur. Cetera ex Paulo nota ſunt. Viden. Fulgen. Placiades de antiquis vocibus. & Feſtus, Rienes.

*Negumate*] Verba Cn. Marcij interprete egent.

*Neminis*) In verbis Catonis, quæ Paulus refert, verbum corde nihil ſignificat, at ſi addas, lapideo, ſẽſus elicitur. Sed videntur eſſe pœtæ alicuius; vt illa, & quis dicere cum ſit. fortaſſe Ennij in Erechtheo. de qua tragœdia Gell. lib. vi. cap. xvi. & Macrob. lib. vi. Saturn.

*Nemora*] Reliquiæ Feſti oſtendunt illum originem Græcam deduxiſſe ἀμφὶ δὲ νομοὶ ἔσαν ἐν αὐτοῖς. exemplóque vſum Græci pœtæ ἐν νέμει σκιερῷ.

*Nemut*] Exemplum omiſit Paulus; Catonis fortaſſe, qui hoc verbo vſus eſt.

*Nepa*) Plautus in Caſina. Receſſim cedam ad parietem, imitabor nepam.

*Nepotes*) Maximam partem horum verborũ Feſti ex verbis Pauli interpretaberis, præter id, quod de Tuſcis initio dicitur: quodque in fine πόδεσιν ſcriptũ eſt. De Tuſcis nihil aliud habeo, quam me opinari Tuſcos eo nomine vſos. Græcum autem eſſe cognoui, cum mihi Fuluius Vrſinus eius linguæ peritiſſimus, à quo multa in hoc libro emendata ſunt, oſtendit Apollonium lib. iv. & Theocr. Idyl. xvii. in hac ſignificatione hoc verbo vti. Euſtathius quoque idẽ affirmat, in Δ Odyſſ. Fieri etiam poteſt, vt Apollonij carmen retulerit Feſtus, cuius finis eſt: Τεοῖσι νεπόδεσσι ἐθίμεν. Quem vero ſignificet illis ſyllabis (chus inter) an Ariſtarchum, vel Callimachum, aliúmve; nobis incertum eſt.

*Nequinont*] In carmine Liuij non eſt verbum nequinont.

& vereor, ne pro neque nunc nequinont ſit ſcribendum. Ratio autem carminis valde incerta eſt: quacũque ratione ſcribatur. Homeri verſus ex Odyſſea, quã Liuius vertit.

*Nictare*] Ennij carmen lib. x. mendoſum eſt.

*Niger*] Hiſtoria nobis ignota.

*Ningulus*] Ennij verſus mendoſus eſt. & quia video Paulum referre verba Marcij vatis, quod a Feſto prætermittitur, arbitror deeſſe aliquot verba, in quibus Ennij verſus finis, & Marcij orationis initium ſit.

*Nonarum*] Hæc erant ex libro quarto Verrij de verborum ſignificatione, vt Gellius ſcribit lib. v. cap. XIII. Videndus etiam Liuius lib. VI. Ouid. I. Faſtor. Plutarh. in problem. Macrob. lib. I. Saturn.

*Non omnibus*] Ne quis dubitet Cipium ſcribere, vt in vetuſtiſſimo libro Feſti eſt, & ita ſcribendum eſſe lib. VII. epiſt. Ciceronis, non Capius: ſciat hanc familiam fuiſſe Romæ, & extare denarios in quibus legimus M. CIPI. M. F. Hi a Cipo fortaſſe orti, cui cornua eſſe nata finxerunt. Ouid. XV. Metam. Val. Max. lib. V. cap. VI. Plin. lib XI. cap. XXXVII. Sed hunc Valerius ex Genucia familia videtur nominare, & prætorem fuiſſe: quod ne Plinius quidem credidit.

*Nothum*] Illud, Spurio patre natus, falſum eſt. malim Spurius incerto patre natus, vt Iulius Paris notat in epitome. Sed videtur Spurium pro incerto accipere: & Seruium facit Spurij filium. Vide Quintil. lib. III. Plutarch. in Problem. Iuſtinian. lib. I. Inſtit. tit. de nuptiis. De matre Ser. Tullij in Lugdunenſi TI. Claudij imp. oratione dicitur. Seruius Tullius ſi noſtros ſequimur captiua natus Ocreſia, Si Tuſcos, Cœli quondã Viuennæ ſodalis. Liuius ſerua natũ nõ credidit, ſed Seruio Tullio, qui princeps Corniculanorum fuit. Dionyſ. lib. IV. Tullio Corniculano, & Ocreſia natum, Seruij prænomen nato filio matrem impoſuiſſe, quod in ſeruitute natus eſſet. Plinius, ſiue quis alius, in libro de viris illuſtr. Seruius Tullius P. Corniculani, & Ocreſiæ captiuæ filius, cuius verba facile mutari poſſunt in Sp. & Ocleſiam.

*Nouæ curiæ*] Triginta curiarum nomina non extant. ſed & hoc loco ſeptem nominantur, & quatuor tantum nomina redduntur. Sunt etiam duarum curiarum nomina ſub littera T. Curia enim Titia, atque Tifata explicantur. & apud Liuium Faucia Curia lib. IX. Ceterarum nomina non accepi.



*Nouali*] Duo verſiculi dimidiati pertinẽt ad ea, quæ Paulus refert. Cetera aliena eſſe videntur, neque adhuc reperi, quid ſignificent. apud Dionyſ. VIII. T. Sicinius cos. de Volſcis triumphauit. Referuntur autem in fine nomina quorũdam illuſtrium virorum, quia intra ſuperiores. XV. annos Conſules fuerunt. Opiter Verginius Tricoſtus, Poſtumus Cominius Aruncus. P. Veturius Geminus, A. Sempronius Atratinus. Sex. Fuſius Fuſus inter hos Læuinus nominatur, quod cognomen eſt Valeriorum, item .... llius Tolerinus, quem arbitror fuiſſe Manium Tullium, qui tunc etiam cos. fuit. At Scæuolã, & Ver... non agnoſco. Credidi aliquãdo fuiſſe hæc nomina eorum virorũ, qui intra vrbem ſepulti, vel combuſti ſunt, quod in xij. tab. id reperitur prohibitum: & hi ante xij. fuere. Cicero lib. ij. de Legibus, cum recitaſſet legis verba: Hominem mortuum in vrbe ne ſepelito neve vrito: Quid, inquit, qui poſt duodecim in vrbe ſepulti ſunt, Claros viros credo T. fuiſſe, aut eos, quibus hoc ante hanc legem virtutis cauſa tributum eſt, vt Publicolæ, vt Tuberto, quod eorum poſteri iure tenuerunt, aut eos, ſi qui hoc, vt C. Fabricius virtutis cauſa conſecuti ſunt. Plutar. in Problem. Publicolæ, & Fabricij meminit ſed affirmat triumphalibus conceſſum, vt oſſa eorũ intra vrbẽ deferri poſſent. Sed quid, certi ſit, iudicent doctiores. illumque locum quærant, proxime circum, qui ſit lapide albo conſtratus.

*Nouendiales*] Liuius ſcribit deuictis Sabinis a Tullo Hoſtilio Rege nunciatum eſſe in monte Albano lapidibus pluiſſe, miſſis, qui id viderent. renuuciarunt audiſſe vocem ex luco, vt patrio ritu ſacra Albani facerent. Romanis nouẽdiale ſacrum publice ſuſceptum, ſeu voce coeleſti ex Albano monte miſſa, ſeu aruſpicum monitu. manſiſſe ſolemne, vt quandocumque idem prodigium nuntiaretur, feriæ per nouẽ dies agerentur. Ex his verbis maxima pars verborum Feſti intelligi poteſt. poſtremi verſiculi interpretẽ deſiderant. Adde Liu, lib. xxxviij

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

*Nuces*] Ex his verbis Feſti elicitur, auſpicium ſoliſtimum ex nucibus cadentibus in nuptiis fieri. Id diſciplicet Plinio lib.xv.cap.xxii. & Varroni apud Seruium viii. eclog. Ambo hæc de nucibus iuglandibus intelligunt. Huc pertinent illa Catulliana: Concubine nuces da,& Vergillij: Sparge marite nuces.

*Nuculas*] Liu.lib.xxiij.ſcribit,Præneſtinos quoſdam fuiſſe Caſilini in præſidio:famemque toleraſſe.in qua Romanos milites nuces in flumen, qui medius erat inter Romana caſtra,& oppidũ,profudiſſe, eaſque fuiſſe cratib⁹ exceptas. Macrobius lib. iii. Saturn. refert Varronem exiſtimaſſe,Præneſtinas nuces eſſe dictas, quod iuxta agrũ Præneſtinũ eſſent, Carſitanas, ἀπὸ τῶ καρυῶν dictas.

*Nudius tertius*] Ex verbis Feſti quædam videntur eſſe referenda ad aliud verbum mihi ignotum.

*Numam*] Vide Plin.lib.xiii, cap.xiii.ex cuius verbis hæc ſarcientur melius, quam ex ijs, quæ eadem de re Liuius ſcribit lib.xl. & Plutar.in Numa.

*Numerius*] Idem ait Iulius Paris in epitome Valerij Maximi de prænominibus. Cur autem dicatur Numerius, M.Varro in Catone, ſiue de liberis educandis, ita ſcribit: Vt qui contra celeriter erant nati, fere Numerios prænominabat. quod qui cito facturum quid oſtẽdere volebat, dicebat numero id fore, quod etiam in partu præcabantur Numeriæ, quam deam ſolent indigetare etiam Pontifices. Hæc mẽdoſe Nonius, ſed nos emendate, vt opinamur, conſcripſimus.

*Numero*] Multa hic obſcura, &, mendoſa in verbis Feſti. Viden. Nonius de varia ſignif. ſermonum.

*Nundinalem*] Plaut.in Aulul. Coquus ille nundinaliſt: in nonum diem ſolet ire coctum.

OBACERARE] Vide Acus, Aceratum.

*Obſidionalis*] Viden.Plin.lib.xxii.cap.iii.iv. v.&vi. item lib.vii.cap.xxviii.Dionyſ.lib.x.& xi.Val.Max.li.iii.cap.ii.Gell.lib.ii.cap.xi. & lib.v.cap.vi.Fulgẽ.Placiad. de antiquis verbis. Hic eſt L. Sicinius Dentatus, quem aliqui ex ſupraſcriptis L.Siccium appellant, de cuius tantum cæde Liuius ſcribit lib.iii.

*Obſonitauere*] In verbis catonis mẽdum eſſe opinor,& poſt



verbum,antea,ſcriberem denis, vel aliquid huiuſmodi.

*Occare*] Locus Ciceronis relatus a Feſto,eſt in libro de ſenectute iuxta editionem Petri Victorij,&vt citatur a Nonio Marcello,non vt vulgo circumfertur.

*Occentaſſint*] Reperitur hoc verbum in duodecim tabulis, vt referebat Cicero lib.iiii.de Repub.teſte Aug.li.ii.cap.ix. de Ciuit. Dei.vltima verba mendoſa ſunt, in veteri libro , vna littera tantum diuerſa. Candus enim illic pro cantus ſcriptum eſt. Gabrieli Faerno optimo emendatori omnium librorum videtur eſſe ſcribendum:inde cantilenam dici querellam non cantus iucunditatem puto.

*Occupaticius*] Verba Feſti ex hiſtoria mihi ignota eſſẽt ſarcienda. Videtur autem poſt deuaſtatos agros ab Hannibale benemeritis nõ fuiſſe reſtitutos ſuos,ſi erant ab aliis occupati, ſed alios occupaticios traditos. Vide Poſſeſſiones.

*October*] Menzana quæ ſic apud Sallentinos,quęrendũ eſt.

*Oculatum*] Plaut.in Pſeud. Eme die cæca Hercle oliuum, id vendito oculata die. Idem in Truculen. Pluris eſt oculatus teſtis vnus &c.

*Oculiſſimum*] Plaut.in Curcul.

*Oliuetam*] Illa verba mendoſa ſunt,quam nullam eius ſignificationis cauſam haberemus. In alio libro eſt: quam nullum eius ſignificationis. cetera duo verba deſunt. pro quibus fortaſſe ſubſtitui poſſet, cum haberemus.

*Ommentans*) Deeſt Liuij nomen, qui Odyſſeam Latinam fecit de qua Cicero in Bruto: Odyſſea Latina eſt,tamquam opus aliquod Dædali, & Liuianæ fabulæ non ſatis dignæ,quæ iterum legantur. Reperitur autem hic verſus lib.i.Homeri Odyſſ.

*Opalia*] Varro lib.i.de ling.Lat.& Macrob.lib.i.Saturn.vnum tantum diem tribuunt opalib.is erat xiv.kal. Ian. quod etiam in faſtis notatum eſt.

*Opima*] Carolus Sigonius,a quo multa in hoc libro emendata ſunt,quod deeſt poſt illa verba intra annos,ita poſſe ſarciri exiſtimat. vt intra annos paulo minus Dxxx tantum trina contigerint, etc.Sumitur autem id ex Faſtis Capitolinis in quibus anno Dxxxi.kal. Mart. M. Claudius Marcellus cos. de Gallis Inſubribus trium-

phauit,& idem ſpolia opima rettulit duce hoſtiũ Virdumaro ad Claſtidiũ interfecto. Quod vero poſt illa verba duci hoſtium deſideratur: ita idem doctiſſimus vir ſcribendum eſſe arbitratur: duci hoſtium detraxerit. Quod autem omnia ſolita non ſint ad ædem Iouis &c. Hanc emendationem iuuat, quod poſtea dicitur ſecunda ſpolia in Martis aram. tertia Iano Quirino ferẽda. Sed mihi hoc non ſatis probatur: Cum non in libris Pontificum, ſed in lege Numæ de ſecundis, & tertiis ſpoliis, quod retulimus, ſit. Eidem placet quod ad extremum de opima, vel optima lege dicitur, coniungendum eſſe cũ ijs, quæ ab illis verbis optima lex, inchoantur. Mihi vero id quidem ita probatur, ſi ex hoc vterque locus reſtitui poſſet. Quod vero ad interpretationis rationem attinet, vehementer probo eius opinionem. Sunt tamẽ ſatis mendoſa, & mutila, & hæc, & illa.

*Oppidorum*] Viden. Varro lib. IV. de ling. Lat.

*Optima lex*] De primo dictatore omnes hiſtorici varia ſcribunt. Fuiſſe qui M. Valerium M.F. Voluſi. N. prodiderint, affirmat Liuius lib. ij. Huius opinionis fuiſſe Feſtũ vel Verrium apparet, niſi quod Manium cum appellat, non Marcum. Hunc magiſtratum ſolum ſine prouocatione fuiſſe omnes affirmant. datam poſtea eſſe prouocationem ſolus Feſtus, vt arbitror, auctor eſt: quãquam id elici poſſit ex verbis legis Horatiæ, & Duiliæ apud Liu. lib. III. & Dionyſ. lib. XIII.

*Orare*] In verſu Ennii deeſt initio ſyllaba, puta: Tu face vero &c.

*Orata*] M. Varro lib. III. de re ruſt. propter piſces ait eſſe appellatos Sergium Oratam, & Licinium Murænam. Idẽ ait Macrob. lib. III, Saturn. His C. Sergius Orata fuit, de quo Cicero lib. II. de Fin. & lib. I. de Oratore, & li. III de Offic. Val. Max. lib. IX. cap. I. Plin. lib. IX. cap. LIIII.

*Oratores*] Multa deplorata ſunt. Terent. in prologo Hecyræ: Orator ad vos venio ornatu prologi, Sinite exorator ſim,

*Orcheſtra*] Explicatur a Vitruuio melius li. V. cap. VI. & VII.

*Orchitis*] Ateius Philologus huius opinionis auctor citatur. Cetera Feſti verba ex epitome intelliges. De orchite Verg. lib. II. Georg. Plin. lib. XV. cap. I. & XII.

*Oreæ*



*Oreæ*] Titinij, & Næuij verba mendoſa ſunt.

*Oſcillum*] Quod in fine deeſt, poterit addi ex iis, quæ ſcribit Higinus fabula CXXX. & lib. II de ſignor. cæleſt. hiſtoria: verbo Arctophylax. & interpres Arati Latinus verbo Canis. Hi oſcillum ita fieri ab Athenienſibus ſcribunt, vt tabula interpoſita pendentes funibus ſe iactarent, & vento mouerentur. Nonnihil hac de re Macrob. lib. I. Saturn. & Seru. I. Georg..

*Oſtentum*] Attij verſus mendoſus eſt.

*Oualis*] Viden. Plin. lib. XV. cap. XXIX. Gell. lib. V. cap. VI. Vide etiam Myrtea.

*Ouantes*] Plutar. in Marcello ab oue ducit nomen. Dioniſ. lib. V. ἀπὸ τῆς εὐάσ[illegible]ης.

*Ouem*) Vide Gell. lib. XI. cap. I. & Feſtum verbo Ouib.

*Ouibus*) Vide Multam, & AEſtimata,

PAEAN] Quod remedians morbis, &c. mendoſa verba, vel maxime inepta.

*Palatium*) Viden. Varro lib. IV. de ling. Lat.

*Palatualis*) Palatea dea apud Varronem lib. VI. de ling. Lat. eadem fortaſſe Palatia Latini vxor, de qua idem lib. IV.

*Pales*) Vide Parilibus.

*Panibus*) Vide October.

*Pantices*) Plautus in Pſeud. Vino modo cupidæ Eſtis, eo vos voſtros pãticeſque adeo madefacitis, quõ ſim ego hic ſiccus. Martial. lib. VI. Quid cum panticibus laxis, & compede grandi.

*Panus*) Nonius Panullam.

*Papiria*) Interpretem deſiderat.

poſt *Pappi*) Fragmentum Feſti pertinere arbitror, ad verbũ parare, pro quo ſæpius Liuius cõparare ſcribit. Conſules aut ſortiantur, aut inter ſe cõparent. quibus ſignificatur, vt conueniat inter eos de prouinciis, quã quiſque habiturus ſit, aut ſortito eas aſſequantur. Liu. initio lib. XXX. Conſules cum de rep. belloque ad ſenatum rettuliſſent, cenſuerunt patres, vt Conſules inter ſe compararent. ſortirenturve: Vter Bruttios aduerſus Hannibalem, vter Etruriam, ac Ligures prouinciam haberet. & lib. XXXII. Decreuerũt patres vt prouincias Macedoniã, atque Italiam Conſules compararent inter ſe, ſortiren

C

turve. & lib. xxxvii. Cum Senatus aut ſortiri aut comparare inter ſe prouincias Conſules iuſſiſſet.

*Parilibus*] Ita ſcriptum in faſtis x i. kal. Maias. Alij Palilia appellant a Pale. Viden. Varro lib. v. Ouid. lib. iv. Faſtor. Vide Pales.

*Parmulis*] Vide Bruttiane.

*Parret*] Cicero in Verrin. Diuin. Si paret eam ſe, & ſua Veneris eſſe dixiſſe. & li. iv. Si paret fundum Capenatem, quo de agitur, ex iure eum P. Seruilij eſſe. & li. v. ſi paret iugera fundi eſſe plura. & ſi paret aduerſus edictum feciſſe. & pro Q. Roſcio, ſi paret H-S I ͻ ͻ ͻ dari. Iuſtin li. v. Inſtitut. Si apparet eum dare oportere. cui formulæ addit Theophilus, condemna eum iudex.

*Paſcales*] Poſtrema verba Feſti videntur pertinere ad ludos ſæculares, qui in Terentino agro centeſimo quoque anno fiebant. Vide Terentum.

*Patellæ*] Velut capidulæ, inquit Feſtus. Vide Capis. Cicero parad. i. Quid Numa Pompilius? minus ne gratas diis immortalibus capides, ac fictiles vrnas fuiſſe, quã felicitas aliorum pateras arbitramur, & li. iii. de Nat. deor. Capidunculis his, quas Numa nobis reliquit. Varro li. iv. & viii. de ling. Lat.

*Patricios*] Cincij opinio vera fortaſſe fuit tum, cum primũ patricij a plebeiis in ipſo initio vrbis Romæ fuere diſtincti.

*Patrocinia*] De his Dionyſ. li. ii. Vide Patres.

*Pauciens*] Titinius in Gemina apud Nonium poſtquam factus maritus hanc domum abhorres, Tuam etiam vxorem pauciens videbo.

*Peculatus*] Quod Paulus ait aliquando Romanos præter pecudes nihil habuiſſe, falſum eſt. Verum tamen eſt a pecoribus pecuniam appellatam: & eiſdem eſſe primũ aes a Seruio Tullio ſignatum ouium boumque effigie. vt Varro ait li. i i. de re ruſt. & li. i v. de ling. Lat. Plin. li. xviii. cap. iii. Feſtus verbo Pecuniam. Neque etiam verum eſt Menenio, & Seſtio conſulibus, aut etiam ante legem Tarpeiam aes non fuiſſe ſignatum. Argentum tamen ſignatũ plures ferunt paucis annis ante bellum Punicum primum. Nonnulli ad Seruium referunt tã argentum, quam aes ſignatum. Lege autem Tarpeia conſtitutum eſt, vt duas oues, xxx boues multa non excederet. Lege Menenia oues decuſſi, boues centuſſi æſtimatæ ſunt. Feſti autem verba oſtendere videntur Menenium conſulẽ ante Tarpeiam legem fuiſſe: medioque tempore aes, argentumque fuiſſe ſignatum. Vide Multam, & Ouibus, & Aeſtimata. Quæ omnia inter ſe, & cum his minime conueniunt. Vide etam Gell. li. xi. cap. i. Peculatus autem nihil habet cum multa commune. Ideo totum hoc caput & Verrio, & Feſto indignum eſt.



*Pedarium*] Vide Gell. lib. iii. cap. xviii.

*Pedibus*] Plaut. in Curcul. Item genus eſt lenonum inter homines meo quidem animo, Vt muſcæ, culices, pedeſque, puliceſque, cimices.

*Pedulla*] Neque Græcum verbum extat, neque Latinum quid ſignificet conſtat.

*Pegaſides*] Fuluio Vrſino noſtro magis placet: appellatus eſt Hippocrene, vt ad fontem referatur.

*Peligni*] Pacinus, a quo pacinates: alii Pecinus, a quo Pecinates: nos Picinus, a quo Picentes: ſed vide Picena. Dionyſ. lib. i. Peucetius Oenotrij frater Peucetiam condidit.

*Penatores, qui penus geſtant*] Mendoſum eſſe opinor.

*Pendere*] Vide Diſpenſatores.

*Penem*] Codam pro Cauda vſos veteres notat Marcellus Nonius. Vide October. Et de hoc verbo Cicero epiſt. xxii. lib. ix. Vide Peniculi, & Penitam.

*Penitam*] Vide Penem.

*Pennas*] Vide Poeſnis.

*Penus*] Feſtus ait: Penus vocatur locus intimus, &c. Veſtalia ſunt v. Id. Iun. ex Faſtis, & Ouidio, ac Varrone.

*Perbitere*] Plaut. in Pſeud. Eum cras cruciatu maximo ſe perbitere. Et in Poenulo. At ne inter vias Perbiteramus eas mutuo. Illic perire, hic præteriro ſignificat.

*Perediam*] Plaut. in Curcul.

*Peregrina*] Vide Verrium ex Plinio lib. xxviii. cap. ii. de diis euocatis, de quibus plura Macrob. lib. iii. Satur.

*Peremne*] Vide Petronia.

*Peremptalia*] Vide Poſtularia, & Manubiæ.

*Pergite*] Verg. Eclog. vi.

*Permiſſus*] Vide Promiſſus, & Pro.

*Perpetrat*) Mendoſus locus, & in ipſo veteri libro R. littera notatus, vt error ſcriptoris ſignificaretur. Pacuuij verba ſunt valde mendoſa.

*Perſicum portum*] Plaut. in Amph. Cænauin ego in naui in portu Perſico? & alibi.

*Perſillum*] Quod Paulus ait, apertum eſt, ſed an idem Feſtum ſenſiſſe credendum ſit, vehementer dubito. Rudiculum picatum eſſevas, in quo ſit vnguentum, quærendum arbitror. flaminis quoque nomen ſuſpectum eſt. Rudiculum a rudere fortaſſe dictum, & globum piceum, vel picatum ſignificat.

*Perſonata*] Videndus Liuius initio lib. VII.

*Pertiſum*] Vide Redarguiſſe.

*Peſtiferum*] Vide Poſtularia.

*Petulantes*] Illa verba, & cornigeras norunt matres agnique petulci. ita ſcribenda ſunt, vt poſt Et relinquatur ſpatium aptum huic nomini Lucretius: deinde carmen ſcribatur, quod etiam refertur a Macrob. lib. VI. Saturn. ex Lucret. lib. II. Afranij quoque videtur eſſe in fine mendoſum.

*Picati*] Apud Heſichium φίκαι, φίκα, & σφίγγα. Heſiodus in Theogonia φιχ᾽ ὀλοήν. Lycophron in fine Alexandrae: φίκειοι τέρας. Picas vero pro phicas dici, vt Poenos, & Alpes, & Philippum, & triumpum, manifeſtum eſt. Hæc etiam Fuluius noſter.

*Pictor*] Sunt hic nonnulla mendoſa, quæ non facile emendari poſſunt.

*Picus*] De Pico rege in auem a Circe conuerſo Verg. lib. VII. AEneid. Ouid. lib. XIV. Metam. Hunc optimũ augurem fuiſſe, & picum auem diligẽtius ceteris obſeruaſſe, ait. Seruius ex libris Pontificalib. Viden. Plin. lib. x. cap. XVIII. Ex his Feſti, verba quæ deſiderantur, ſuſpicaberis.

*Pietati*] Eam ædẽ vouit Manius Acilius Glabrio, qui Proconſule de rege Antiocho triumphauit, dedicauit filius in foro olitorio, & illic ſtatuam auratam patris, quæ prima omnium in Italia ſtatua aurata fuit, poſuit. Liu. li. xl de filia, quæ matrem, & de altera, quæ patrem in carcere aluit. Valer. Max. lib. V cap. IV. Hig. fabula CCLIV.

*Pilæ*] Illa verba (hunc diem feſtum) in pleriſque libris non ſunt. De Cõpitalibus, & his pilis, vide Macrob. li. I. Satur.



*Pilentis*] Vide Matronis.

*Piſcatorij*) Varro lib. V. de ling. Lat. ſcribit Volcanalibus populum animalia pro ſe in ignem mitterre ſolitũ. Ea autem non menſe Iunio ſed x. kal. Sept. fiebant. Ouid. tamen lib. VI. Faſtor. ludos Tiberinos, & piſcatorum refert hoc menſe fieri. Sunt qui ſcribant nõ a PR. vrbano, ſed a populo Ro. vrbano ludos fieri. quod mendum ab indocto librario, ad doctos quoſdam viros penetrauit. In veteri quidem libro, vnde ceteri orti ſunt, ita eſt, vt hic ſcripſimus. Piſcem viuum pro anima hominis in ſacrificio oblatum, teſtis eſt Ouid. lib. III. Faſtor.

*Piſtum*). Locus mendoſus, & mancus.

*Plebei Aediles*] Quod Paulus in epitome ſcribit, verum eſſe conſtat ex Dionyſ. lib. VI. nam cum primum ſeditio inter plebem & patres ſedata eſt, & Tribunos plebis, & Aediles tum primum a plebe creatos confirmarunt. Nomina tum Aedilium non accepi, neque arbitror ea eſſe, quæ Feſtus refert. hæc enim ſcribit eorum fuiſſe, qui ſeptem quaſdam res faciendas curauerũt. Quænã vero hæ ſeptem res fuerint, nondum diuinare potuimus, arbitramur autem ſeptem tabernas fuiſſe, quæ in foro fuerunt, poſtea quinque appellatæ. De quibus Liu. li. XXXVI Interrupit hos ſermones nocte, quæ pridiequinquatrus fuit, pluribus ſimul locis circa forum incendium ortũ. eodem tempore ſeptem tabernæ, quæ poſtea quinque, & argentariæ, quæ nunc nouæ appellantur, arſere. De eiſdem in li. de regionibus vrbis Sexti Rufi mentio fit.

*Plebeiæ*] Pompeij verbis addi poteſt, quod Liuius ſcribit lib. x. Inſignem ſupplicationem fecit certamen in ſacello pudicitiæ patriciæ, quæ in foro Boario eſt. ad ædem rotundam Herculis inter matronas ortum. Virginiam A.F. patriciam plebeio nuptam L. Volumnio Cos. matronæ, quod è patribus enupſiſſet, ſacris arcuerant. Et poſtea. In vico Longo vbi habitabat, ex parte ædium quod ſatis eſſet loci modico ſacello excluſit, aramq; ibi poſuit, & conuocatis plebeis matronis, conqueſta iniuriam patriciarum: hanc ego aram. inquit, Pudicitiæ Plebeiæ dedico, &c. Eodem ferme ritu, & hæc ara, quo illa antiquior culta eſt, vt nulla niſi ſpectatæ pudicitiæ matrona, & quæ vni viro nupta fuiſſet, ius ſacrificandi

haberet. vulgata dein religio a pollutis, nec matronis ſolum, ſed omnis ordinis feminis poſtremo in obliuionem venit. a Feſto hiſtoria aliter paulo narrari videtur.

*Plena ſue*] Telluri grauida ſue ſacrificari docet Ouid.lib.I. Faſtor. Placentur frugum matres Tellusque, Cereſque Farræ ſuo grauidæ, viſceribuſque ſuis. Item forda boue Fordicidiis. Idem lib. IV. Nunc grauidum pecus eſt grauidæ quoque ſemine terræ Telluri plenæ victima plena datur. Arnob. li. VII. Ita emendandus Telluri matri ſcropha ingens imolatur forda, non feta. Cur ſus imolaretur, videtur Feſtus reddere rationem.: quia cum ſereretur, roſtro ſuo ſata corrumperet. quod Ouid. etiam explicat lib. XV. Metam. & lib. I. Faſtor.

*Plera*] Pacuuius in Teucro apud Priſcian. lib. V. Periere Danai, plera pars peſſundata eſt.

*Plorare*] Verba legis Romuli mendoſa ſunt, ſi nurus ſacra diuis parentū eſto. Et deeſſe arbitror aliquid huiuſmodi: Si nurus inceſtum paſſa, non ploraſſit, ſacra diuis parentum eſto.

*Ploximum*] Catullus ploxenum circa Padum inuenit, inquit Quintilian. lib. I. cap. X. Capſum autem in ciſio, capſave, quid ſit ignoro. Ciſium vehiculi genus eſſe duarum rotarū ſcribit Nonius, quo verbo Cicero vſus eſt in orat. pro Sex. Roſcio, & Philipp. II. Si quis cantum, pro capſum ſcribat, exiſtimans id eſſe ferrū, quo rotæ vinciuntur, ita enim Quintilianus verbum id a Perſio vſurpatū interpretatur: is quidem aliquid dixerit: me tamen ſubſcriptorē nō habebit. id enim ſi Quintilianus ſenſiſſet, non vſus fuiſſet verbo inueniendi, ſed appellandi, & addidiſſet pro eadem re, aut aliquid huiuſmodi.

*Polimenta*] In verbis Feſti initio duo verba deſiderātur: alterum eſt (Polimenta,) alterum eſſe poterit (veteres.)

*Pollucere*] Vtitur hoc verbo Cato in libro de re ruſtica. Plautus in Sticho, Caſſius Hemina apud Plin. lib. XXXII. cap. II. Eſt autem Feſti locus lacer ita ſarciendus, vt dicatur, non licere omnia pollucere alicui deo, deæve, ſed Herculi licere omnia eſculēta, & poculēta. Cato Ioui dapali pollucere ſcribit. Caſſius Numā prohibuiſſe, ne dapem polluceri ſcribit. Caſſius Numā prohibuiſſe, ne non ſquamoſi piſces pollucerentur. Nos igitur ita ſcriberemus: Pollucere Mercurio, quæ liceat ſunt: far, &c



*Popillia*] Si extaret Varronis liber de tribubus, nō deſideraremus Feſti interpretationē. nunc quid reliquū eſt? à progenitrice, inquit Paulus, traxit vocabulū; an tota tribus progenita eſt ab aliqua Popillia? hoc mihi non fit veriſimile. libentius à familia dixerim appellatā tribū; vel familiā potius à tribu. Ex Feſti veſtigiis quid aſſquimur? Popiliam vnā fuiſſe ex XXXV. tot enim fuere. fœderis publici nomine, vel quid ſimile. de Pinaria ſorore cur addatur, ignoro. Fuit quidem Pinaria familia antiquiſſima, quæ ab ipſo Hercule dicitur ſacerdotiū accepiſſe, vt Cicero pro Domo, Dionyſ. lib. V. Verg. li. VIII. Liu. lib. I. & alij referūt. Sed Pinariæ tribus nomē nuſquā reperi. neque quid habeat cū Popillia cōmune. Popillii cognomēto Lænates ſatis nobiles fuerūt Cōſulares, & triūphales viri, licet plebeii. Pinarii patricii maiorum, vt credendum eſt, gentium. Vide Potitium.

*Populi*] Populi commune eſt in legibus ferēdis cum plebe ſuffragium nam comitia centuriata ex patribus, & plebe conſtant in centurias diuiſis. Sed cū plebes ſine patribus tributis comitiis conuenit, quod plebes ſciuit, plebeiſcitum, vel plebiſcitum ea de cauſa appellatur. Hæc Pōpeius Feſtus fortaſſe ſcripſit: quod tamē affirmare nō audeo. Viden. Gell li. X. c. XX. & lib. XV. c. XXVII. Caius cap CCXXXVII. de verbor. ſign. Iuſtin. lib. I. Inſtit. titulo de iure nat. Boet. in topic. Iſid. lib. V. etymol.

*Porcas*] Varro lib. I. cap. XXIX. de re ruſt.

*Porci*] Plin. lib. X. cap. IV. Aquilam Romanis legionibus C. Marius in ſecundo Conſulatu ſuo proprie dicauit. erat & antea prima cum quatuor aliis: lupi, minotauri, equi, aprique ſingulos ordines anteibant. paucis ante annis ſola in aciem portari cœpta erat, reliqua in caſtris relinquebantur. Marius in totum ea abdicauit. Vide Minotauri. De cæſa porca in fœdere. Vide Liu. lib. I. & Varr. lib. II. cap. IV. de re ruſt. & Verg. VIII. Aen. & Quintil. lib. VIII. cap. III. Vide etiam Fœdus, & Fetiales.

*Portiſculus*] Vtitur hoc verbo Plautus in Aſinaria.

*Poſſeſſio*] Aliqua ſunt mēdoſa, & manca. ea nos ita ſcriberemus: Non enim poſſeſſio eſt, niſi in iis rebus, quæ tangi poſſunt. Auctore prætore, qui dicit ſe poſſidere, is vere poteſt dicere, &c. Q. D. A. ſignificat, quo de agitur

Illud nemo ex his, qui, deeſſe videtur verbum litigant, aut pro his qui, ſcribe reis.

*Poſſeſſiones*) Videtur contradicere ſupraſcriptis, Poſſeſſio eſt vſus agri, non ipſe ager. Sed illic ius ſignificat, quod ex poſſidendo oritur, quod in vſu conſiſtit. hic vſurpationem nominis refert, vt minus proprie ad agros extendatur.

*Potitium*) Verbum profanaſſet eſt apud Catonem de re ruſtica. item quod ait, ex familia numero duodecim, ſuſpectum eſt. Nam Liuius lib. IX. ſcribit ex duodecim familiis triginta puberes fuiſſe. & Val. Max. lib. I. cap. II. Ideo deleto ex ſcriberem: cum eſſent familiæ numero duodecim. Vide Putitum.

*Potitus*) Interpretatio eſſe videtur horum verborũ, potitus ſeruitute, vt ſignificet ſeruire. item potitus hoſtium, apud Plautum, & iuris conſultos, captiuum ſignificat. Plaut. in Capt. & in Epidico. Iuriſc. ſub titulo de captiuis. & de teſtamento militis.

*Præciamitatores*] Macrob. lib. I. Satur. Regem ſacro. Flamineſque non licebat videre feriis opus fieri. & ideo per præconem denuntiabant, ne quid tale ageretur; & præcepti negligens multabatur.

*Præfecturæ*] Illa verba mendoſa ſunt: præfecti quatuor viginti ſexuirum num pro populi ſuffragio. Fortaſſe ſcribendum eſt: præfecti quatuoruiri, & ſexuiri annui, qui populi ſuffragio, &c.

*Præfericulum*] in ſacrario Opis Conſiuæ, vt opinor, ſcripſit Feſtus. De ea Varro, & Macrobius videndi. Vide Opima.

*Præficæ*) Varro lib. VI. de ling. Lat. verſum Naeuij in Freto ita refert: Hæc quidem Hercle opinor præfica eſt: nam mortuos conlaudat. & id magis placet Gab. Faerno optimo numerorum cenſori.

*Præmetium*] Vide Sacrima.

*Prærogatiuæ*] Explicat Feſtus cur introductæ fuerint, non quæ fuerint hæ centuriæ, neque cur ita appellatæ. Mẽdum autem eſt in illis verbis, quæ rus . . . nos quod ruſtici ſcriberemus. & vtraq; opinio Varronis, & Verrij vera eſt. Fuere autẽ eæ centuriæ, quę primæ ſuffragium ferebãt centuriatis comitiis. ab eadem re ita appellatæ,



quod prius rogarentur ab eo, qui comitia haberẽt, Velitis, iubeatis hoc, aut illud. Erat autem maximũ prærogatiuarum beneficium, quod nunquam ab eis dicatur ceteros diſcrepaſſe. Vt vero eſſent prærogatiuæ ſortito eueniebat. Ceteræ appellabãtur iure vocatæ. Viden. Aſcon. lib. ij. in Verrem. Cicero pro Mure. & Philipp. ij. & lib. j. & ij. de Diuin. Liuius ſæpius.

*Præſtinare*] Plaut. in Capt. Alium piſces præſtinatum abire. & in Pſeud. Vt piſcium quid quid eſt, pretio præſtinem.

*Præteriti*] Tribuni militum conſulari poteſtate, & Cenſores eodem anno creati ſunt, vt Liuius ſcribit lib iiij. Ita nunquam luſtrum Tribuni fecerunt, neque quemquam ſenatorem potuerunt præterire. neque crediderim Feſto dicenti Conſules in cõſilio publico habuiſſe ſibi tantum coniunctiſſimos, vt Reges. Illud credam, cum luſtrum facerent, ſupplere ſenatum potuiſſe ex iis, qui ipſis forent cõiunctiſſimi. item illud tunc præteritos nulla adiecta notæ cauſa, ignominia caruiſſe. Cenſores quoque idem initio feciſſe, mihi fit veriſimile. At poſtquam cauſas enumerare cœperunt; minus honeſta cauſa notam attulit grauem. Vide Aſcon. in Diuin. & in Piſon. Val. Max. lib. ii. cap. iv. Gell. lib. iv. cap. xx. & lib. vij. cap. vlt. & lib. xvi. cap. xiii.

*Prætexta*] Verba Feſti interpretem deſiderant.

*Prætextæ*] Comœdiarum nomen eſt, ab argumẽto, veſtibuſque ſumptum. Græcæ enim fabulæ à Latinis conuerſæ, quales omnes ſunt Plauti, atque Terentij, palliatæ dicuntur. togatæ vero, & prætextæ, quæ argumento ab vrbanis rebus ſumpto, vel de togatis viris, vel de prætextatis pueris, & puellis compoſitę fuerunt. De his Horatius in arte: Veſtigia Græca Auſi deſerere, & celebrare domeſtica facta, Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas. Vide Togatarum.

*Prætor*] Totus hic locus in ceteris libris deerat, In quo illud ad caput Oetentinæ quid ſit, ignoro. Sed ex Dionyſio lib. IV. & V. conſtat Latinos populos conuentus habuiſſe Ferentini; & Liuius lib. i. ad lucũ Ferentinæ conueniſſe Latinos ſcribit, & paulo poſt ad caput aquæ Ferentinæ Turnum deiectũ fuiſſe: Sic igitur ſcribendũ eſt:

ad caput Ferentinæ,vel ad caput aquæ Ferentinæ.

*Preſau*] Non dubito,quin præcidanea ſcribendum ſit; ex iis,quæ idem Feſtus, & Paulus de præcidanea ſcribunt. Viden.Cato de re ruſt. Gell.lib.IV.cap.VI.

*Primanus*] Emendatiore, vt opinor,libro vſus eſt Paulus: nam nos in veteri,neque Catonis verba, neque ſignificationem habemus; cum tamen nihil in hac parte lacerum exiſtat. Sed & interpretatio Pauli eſt cōſideranda, nam ſi de ſtipendio attributo primæ legioni intelligamus,hic erit non tribunus militum, neque tribunus ærarij,ſed ſcribarum,vel notariorum tribunus. Varro li. IV.de ling.Lat. Quibus attributa erat pecunia,vt militi reddant,tribuni ærarii dicti. Vide Aerarij.

*Priſci Latini*] Coloniæ deductæ à Latino Siluio Albanorum Rege.Priſci Latini appellati ſunt, vt Liuius ſcribit libro I.

*Priuatæ*] Macrob. lib. I. Satur. Sunt præterea feriæ propriæ familiarum.Sunt ſingulorum,vt natalium, fulgurumque ſuſceptiones,item funerum,atque expiationū. Denecales feriæ,quæ ſint,vide in littera D.

*Priuato*] Liu.lib.IV.ſcribit XVII.anno ante captam vrbem Decreuit Senatus, vt ſtipendium miles de publico acciperet: cum ante id tempus de ſuo quiſque functus eo munere eſſet.

*Priuos*] Verba,& priuatus: vel mendoſa ſunt, vel à Paulo detruncata. nam ſi addidiſſet, cum diſtinguitur ab eo, qui cum poteſtate eſt: tum recte cetera cohærerent.

*Probrum*) Quæ Feſto deſunt, addi poterunt ex iis quæ ab hiſtoricis dicuntur de pœna Veſtalium corruptarum. Vide Sceleratus campus.

*Procinctam*] Præter Pauli epitomen, Pompeius ſcripſerat, cur procincta diceretur,quod procincti ad pugnam ire ſoliti fuerint. vnde teſtamenta in procinctu fieri dicta ſunt,quæ à militibus,fierent. Vide Gell.lib.I. cap.XI.& li.XV.cap.XVII.Cic.lib.I.de Oratore. Plutarch. in Coriolani.Iuſtin.lib.II.Inſtit.tit.de teſtamentis. Vide proximum ſuperius caput.

*Prodigia*] Minime crediderim, C, appellari ab antiquis, quæ poſtea,G, dicta eſt. licet maxima fuerit vtriuſque litteræ affinitas, vti apud Græcos media eſſe dicitur



Γ inter K & X. Sed fortaſſe Feſtus ſignificat, quæ nūc G littera prodigia dicuntur,ab antiquis C littera dicta eſſe prodicia. Sed ſi dicta ſunt à prędico,non vna litera, ſed plures mutantur.quare puto eſſe dicta à prodico.& forte ita ſcribendum eſſet apud Feſtum.

*Produit*] Hæc verba mendoſa videntur: habeto,prodito. alias prodiderit. Fortaſſe ſignificat,produit ſignificare, aut porro dederit, aut prodiderit. Prioris ſignificationis exemplum eſſe in lege Cenſoria: vbi prodito ſignificat porro dato.

*Profanum*] Hic iocus totius libri argumētum eſt. Sed miror cur tantum numerum librorū Verrij dixerit, ſeque libros paucos feciſſe: cum libro quinto Verrij initium P litteræ fuerit. At Feſti quintus decimus. Inſcriptio quoque non conuenit libris Verrii, neque etiam libris Feſti, qui de verborum ſignificatione in antiquo libro inſcribuntur.

*Profuſus*] Verſus Terentii,vt à Paulo refertur in Adelphis, quod Feſti dimidiati verſus ſignificant. Pacuuii autem nimis mendoſus eſt.

*Proletarium*] Vide Gell.lib.XVI.cap.

*Promulgari*] Addendum eſſet, antequam accipiantur, vel ferantur. Neque enim de legibus acceptis iam à populo id recte dicitur. Sed cum trinundino die propoſitæ ſunt,totoque illo tempore antequam ſuffragatum ſit.

*Properare*] Vide Verriū in Incertis ex Gell.li.XVI.cap.XIV.

*Propius ſobrino*] Frequentior vſus iuriſconſultorum patris vel matris conſobrinum ita appellat. Vide Caium, & Paulum lib.XXXVIII. Digeſt.tit.de gradibus.

*Propteruiam*] Vidēdus iocus Catonis apud Macrob. li. III. Saturn.de eo,qui bona ſua comediſſet,& domum,quæ ſibi reliqua erat,incendio amiſiſſet: eum enim propteruiam feciſſe dicebat. In eo enim ſacrificio mos fuit, vt ſi quid ex epulis ſuperfuiſſet, igne conſumeretur. Sed illic à Macrobio proteruia appellatur. Sic Laberius apud Noniū: Viſus ac nocte bidentis propteruiā facere.

*Proſedas*] Plaut.in Pœnulo.

*Proſemurium*] Tacit.lib.XII. Pomerium vrbis auxit Cæſar (de Tib.Claudio intelligitur) more priſco,quo iis, qui protulere imperium, etiam terminos vrbis propagare

datur. Nec tamen duces Romani, quamquã magnis nationibus ſubactis vſurpauerant, niſi L. Sylla, & Diuus Auguſtus. Et poſtea: quod pomerium Romulus poſuerit, noſcere haud abſurdum reor, &c. Huius rei extat memoria Romæ in marmoreo cippo. POMERIVM autem in eo ſcriptum eſt, non POMOERIVM, neque POMAERIVM. Viden. Varro lib. IV. de ling. Lat. & Gell. lib. XIII. cap. XIIII. Ex his Feſti verba intelligere, & ſarcire poteris aliqua ex parte.

*Proſpera*) Interpretem deſiderat.

*Protinam*) Terent. Phorm. Aliquid conuaſaſſem, atque hinc me conijcerem protinam in pedes. Sic Nigidius, & Donatus; non protinus.

*Pubes*) Addit Feſtus verbis à Paulo in compendium redactis impuberem eſſe puberi cõtrarium. de pluribus vero dici ſolere. cum pube præſente, id eſt teſtibus puberibus præſentibus quid actum eſſe dicitur. Vide Pube.

*Publica pondera*) Hic locus numquam antea editus eſt, cum rerum conſcriptarum eſſet vtilis cognitio. Sunt tamen quædam obſcuriora, quædam etiam mendoſa. Ex plebiſcito Siliano hic relato, cõſtat vini quadrantal octaginta põdo ſtatui. congiũ octauam partem eius eſſe, ita decem pondo. & ſextarium, quod ſexta congij pars ſit, duodequinquageſimam partem eſſe quadrãtalis. Hæc pondera ſunt liquidorũ. Aridorũ vero ſexdecim ſextarij in modio ſunt. Sextarius autem hic æqualis eſt ſextario vini, id eſt eiuſdem ponderis. Verba legis ita ſcripſim⁹, vt in antiquo libro reperimus cũ his cõiecturis, quas in margine poſuimus. D.M. ſignificat dolo malo. Quadrãtal, ſiue amphorã vini eſſe octaginta põdo apparet ex Plin. lib. XIIII. cap. IV. quo loco interpres Hermolaus Feſti auctoritate vtitur. Sextarium eſſe congij partem ſextam, & ſextarium vini vncias viginti pẽdere Fannius ſcribit. Idem ait ſextarium eſſe modij partem ſextamdecimã. Voluſius Mæcian. in libro de aſſe: Quadrantal, quod nũc pleriq; amphorã vocant, habet vrnas duas, modios tres, ſemodios ſex, cõgios octo, ſextarios XLVIII, heminas XCVI. quartarios CXCII. cyathos D. LXXVI. Adde Feſtum verbo quadrãtal, & Hemina. Illa verba vti coequatur ſedulum; neſcio, an ſignificent,



vti coæquentur ſedulo ita, vt quadrantal, &c. Illa etiam, dum minore patris familias taxat liceto: aut mendoſa ſunt, aut hoc ſignificant; minore multa, & patrem familias tantum licere multari.

*Publicius*) Ouid. lib. v. Faſtor. eoſdẽ Aediles Plebis appelat; quod mihi fit veriſimile, cũ plebeij ipſi fuerint: eoſque ait primos Florales ludos inſtituiſſe. Annuos autẽ Poſtumium, & Lænatem Conſules. Fuere hi Conſules, vt arbitramur, L. Poſtumius Albinus, M. Popillius Lænas anno vrbis DXXC. ſi faſtos Capitolinos ſequamur. At ex denario, qui extat, Seruiliorum, primus C. Seruilius C.F. Floralia fecit. Patercul. libro priore ait, triẽnio poſt Torquatum, & Sempronium Conſules, Floralium ludorum factum eſſe initium. annus is eſt in Capitolinis faſtis DXII. Interpreti Arati annus DXVI.

*Pudicitia*] Viden. Liu. lib. x. & ſupra Plebeiæ. illa mendoſa ſunt, vbi familia naædiſſet Herculis. fortaſſe vbi familia, atque ædis eſt Herculis. vel vbi familia habet, & ædis eſt Herculis.

*Puelli*) Ennij verſus melius refertur à Nonio: Ille ſuos diuis mos ſacrificare puellos.

*Pueri*] Hiſtoria ignota nobis.

*Punici dicuntur, non Pœni*) Scriberem non Pœnici, vt Punicum bellum, non Pœnicum. licet Pœni, & Punici à Phœnicibus dicantur aſpiratione ſublata. Quæ vero hic Feſtus multis verbis ſcripſit; nos aſſequi non potuimus. & fortaſſe non om[illegible]ia ad idem verbum referenda ſunt.

*Puteolos*] Viden Varro lib. IV. de ling. Lat.

*Puticuli*] Verba Feſti ſarciri poſſunt ex ijs, quæ Varro ſcribit de puticulis vltra Eſquillias lib. IV. de ling. Lat. genere tantum differunt Varro, & Feſtus. ille enim puticulas, hic puticulos appellat.

*Putitum*] Plaut. in Bacchid. Quem ego ſapere nimio cẽſui plus, quam Thalem; ſed is ſtultior es barbaro Potitio, Ex his verbis arbitror hoc loco Feſtum non Putitum, neque Putitium, ſed Potitium interpretari. Vocari autem ſtultum à Plauto, propterea quod cum ab Hercule ritum ſacrificandi accepiſſent, quinquaginta millibus æris grauis edocuerint ſeruos publicos populi Ro. ſed

intra dies triginta, familiæ duodecim interierunt. Vide Potitium.

*Putus* ] Plaut. in Pſeud. Purus putus hic ſycophanta eſt. referri hoc videtur à Feſto.

QVADRANTAL ) Vide Publica pondera.

*Quadrata* ) Diony. lib. I. Plutarch. in Romuli, Solin. cap. II. Romam à Romulo quadratam conditam fuiſſe, & inde cognomen ductum fuiſſe, ſcribunt: vt Quadrata Roma diceretur, vrbs prima in Palatini montis radicib. pomerio ducto condita. Vide Tacit. lib. XII. Ita Ennij carmen intelligerem, ſi per Pompeium liceret. Quod vero ait ante Apollinis, locum quendam ita appellari: id tranſlaticio nomine dictum fuiſſe crediderim.

*Quadruplatores* ) Viden. Aſcon. in Diuinat. & lib. IV. Verrinar.

*Quæſtores* ) De quæſtoribus paricis, ſiue parricidij, vide Parici. Horum mentionem fieri in duodecim tabulis ſcribit Pomponius ſub titulo de origine iuris.

*Quando* ] Verbis Feſti pauca deſunt. ſed omnia exempla vidētur ad tempus pertinere. ideo miror, vnde Paulus epitomen confecerit, niſi meliorem librū, quod ex aliis cognoſco, habuerit. Plauti verſus refertur ex Menæchmis: Ideo, quia menſam, quando edo, detergeo.

*Quando Rex* ) Bis notatur hic dies in Faſtis IX. Kal. Apr. & IX. kal. Iun. licet Ouidius mēſe Martio illum ponere fuerit oblitus; de hoc uero, lib. V. Faſtorum ita ſcripſerit: Quattuor inde notis locus eſt; quibus ordine lectis Vel mos ſacrorum, vel fuga Regis ineſt. Ex quibus verbis ignoraſſe videtur, quid quattuor hæ notæ Q. R. C. F. ſignificarent. Cum tamen Varro lib. V. de ling. Lat. hæc, & alia omnia, quæ in faſtis erant, fuerit interpretatus. Nos vero quid Feſti dimidiati verſiculi ſignificent, ignoramus.

*Quando Stercus* ] XVII. kal. Iul. in Faſtis, habes eandem interpretationē apud Varronē, & Ouid. Vide Stercus.

*Querque ...* ) Hæc videntur pertinere ad vtrunque verbum Quercus, & Querqueram.

*Querqueram* ) Priſcian. lib. VI. refert Plautum in Friuolaria



ſcripſiſſe: Is mihi erat bilis, aqua intercus, tuſſis, febris querquera.

*Qui ....* ] Quirites, vt opinor, ſcribendum eſt, à Quirino, cui aqua, & vino in curiis ſacra fiebāt. vel Quirinus Romulus ab haſta, quod armis erat potēs. Singulare & vſurpatur Quiris. exemplo eſt præco, qui in funeris indictione dicit: Ollus Quiris leto datus, &c. Hæc ad lectoris acumen potius excitandum dicta ſunt, quam vt vera eſſe fateamur. Varro lib. VJ. de lingua Lat. Olli valet dictum illi, ab olla, & ollus. quod alterum comitiis cum recitatur à præcone dicitur, Olla centuria, non illa: alterum apparet in funeribus indictiuis, cum dicitur, Ollus leto datus eſt. & lib. V. Quirites à Curienſibus, & ab ijs qui cum Tatio rege in ſocietatem venerunt, donati ciuitate ſunt. Ouid. lib. II. Faſtor.

Siue quod haſta quiris priſcis eſt dicta Sabinis;
Bellicus à telo venit in aſtra Deus:
Siue ſuo regi nomen poſuere Quirites;
Seu quia Romanis iunxerat ille Cures.

*Quianam* ) In verſu Ennij deeſt monoſyllabum verbum, quale eſt heu, vel o. Sic Virg. lib iij.

Heu quianam tanti cinxerunt æquora nimbi.

*Qui hoc cenſetis* ) Hæc verba dicebantur in Senatu ab eo magiſtratu, qui retulerat aliqua de re ad Senatum, vt per diſceſſionem Senatus conſultum faceret. Cic. lib. I. epiſt. 2. de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. Vide Gell. lib. XIIII. cap. VII.

*Quinquatrus* ) Pro qui fere his: ſcribe quibus feriæ: vel qui feriis. Viden. Varro lib. V. Ouid. lib. III. Macrob. lib. I.

Poſt *Quintana* ] Quintanam claſſem eſſe eam, in qua Seru. Tullius diſtribuit vltimæ claſſis viros. quinq; enim fecit, cū eas ordinauit. Cauſam, cur capite cenſi dicantur, eſſe eam, quod nihil præter ſe haberent, ſuúmq; caput, quo cenſerentur. Refertur poſtea Lucillij, vel Cæcilij carmen nobis ignotum. Hæc vel his ſimilia pompeins. Vide Gell. lib. XVI. cap. X. præter Dionyſ. & Liuium.

*Quintia prata* ) Liu. lib. III. Spes vnica imperij populi Ro, Quintius trans Tiberim contra eum ipſum locum, vbi nūc Naualia ſunt, quattuor iugerū colebat agrum, quæ prata Quintia vocantur, &c. Quæ de Lupercis Romuli

tempore dicuntur ad Quinctilianos,& Fabianos,vt arbitror pertinent. de quibus idem Feſtus verbo Fabiani. & Ouid.lib.2.Faſtor.qui eos Fabios,& Quinctilios lupercos appellat: Riſit & indoluit Fabios potuiſſe Remumque Vincere: Quinctilios non potuiſſe ſuos.

*Quipatres*] Hæc ſub litera P, ſcribi debuerunt. Vide Adlecti.

*Quirinalia*] Semicirculis incluſa,ſunt in veteri libro repetita ex eo capite,cuius initium eſt quirinalis collis:quæ vero de fornacalibus dicuntur,videntur eſſe mendoſa. Ouidius ait fornacalia non eſſe ſtata ſacra , ſed tamen eo die curiarum nomina in foro certis locis notari,in quibus cum ſæpe ſtulte quidam nomina ſuarum curiarum ignorantes, in alienis curiis ſacra facerent , ideo ſtultorum ferias dictas eſſe. Varro lib. v. Quirinalia à Quirino , quod ei Deo feriæ,& eorum hominum, qui Fornacalibus ſuis non fuerunt feriati. Adde Plutar.in problem.Emendandum igitur erit ſic:quod quidã ſuorum fornacalium ſacrorum ignari,eo potiſſimum die rem diuinam faciunt.Vide Stultorum.

*Quirinalis collis*] Vide Agonium. Varro lib. IV. Collis Quirinalis, vbi Quirini fanũ,qui à Curetibus,qui cum T. Tatio Cutibus venerunt Romam : quod ibi habuerunt caſtra.quod vocabulum coniunctarum regionum nomina obliterauit.

*Quod ſerui*) Quid Feſtus addiderit ſententiæ relatæ Capitonis nobis non conſtat : tamen probabilius videtur id eſſe dictum , vt caueremus à ſeruis. quos certum eſt hoſtes nobis fuiſſe.Hoc prouerbium arrogantiſſimum appellat Macrob.lib.1.Satur. & addit,non habemus illos hoſtes , ſed facimus,cum in illos ſuperbiſſimi,contumelioſiſſimi,& crudeliſſimi ſumus.

RABIDVS) Catullus in Atti.Abit in quiete molli rabidi furor animi. Credo Feſtum legiſſe , rabidus furor animi.

*Radere*) Cicero lib.II.de Legibus refert in duodecim tabulis ſcriptum fuiſſe:Mulieres genas ne radunto : néve leſſum funeris ergo habéto. Idẽ lib.ij. Tuſcul.Eiulatus ne mulieri quidem conceſſus eſt . & hic nimirum eſt fletus



fletus , quem XII. tabulæ in funeribus adhiberi vetuerunt. Ex his verbis apparet Feſtum hic interpretari, quid ſit radere genas in lege XII. tab.id eſt,vnguibus genas ferire, & cruentare.

*Ratitum*) In Feſti verbis multa egent interpretatione.De Tarquinio , & Oppio nihil habeo , quod ſcribam. De Antonio poſſum referre,quod Plinius ait lib.XXXIII. cap.IX. Miſcuit Antonius Triumuir ferrum argenteo denario , miſcuit æri falſæ monetæ.Viden. idem Plin. cap. III. eiuſdem libri.

*Raua*] Feſtus hic; & verbo Rauim,duos verſus Plauti refert.quos etiam Nonius adfert.Alter eſt in Aulul.Vbi ſi quid poſcamus , ad rauim poſcamus prius. Alter in Ciſtellaria : Expurgabo Hercle omnia ad raucam rauim.

*Raui*) Plaut.in Epidico : Sed quis eſt hæc muliercula , & ille rauiſtellus qui venit ? Vide Grauaſtellus , & inconſtantiam Feſti nota.

*Rauim*) Plaut.in Aulul.Vbi ſi quid poſcamus,ad rauim poſcamus prius , Quam quidquam detur.ille etiam verſus refertur , de quo verbo Raua. Citatur idem in Artemone, & Cæcilius in Hypobolimæo.

*Recepticium*] Hæc eſt Verrij opinio , quam reprehendit Gell.lib. XVII.cap. VI.

*Reciprocare*) Verba Pacuuij ſunt mendoſa.

*Reconductæ*) Malim reconderit,fecerit.

*Rectæ*) Vide Regillis.

*Recto fronte*) Ennij verſus à Nonio referuntur ſic lib.I.Inde tuetur ibi lupus femina conſpicit amneis. & lib. V. Nomine Pyrrhus , vti memorant, à ſtirpe ſupremo. & incerto libro : Ilia dia nepos quas ærumnas tetuliſti. item : Ni metus vlla tenet teneri virtute quieſcunt. & alibi:Viuam, an moriar,nulla in me eſt metus.Quintil. lib.I.cap.X. Quamquam Varro in eo libro, quo initia Romanæ vrbis enarrat,lupum feminam dicit,Ennium, Pictorémque Fabium ſecutus.Vide ante Stiricidium, & Specus,& Spicum,& Metus.

*Redantruare*) Pacuuij verſus ex Nonio ſunt , ex fabula Chryſe.

*Redhoſtire*) Attij verſus mendoſus eſt.& à Nonio Marcello corruptiſſime is quoq; refertur. Quid hic redhoſtit

D

viam cometet obiet facilius.

*Rediuiam* ] Verba Titinij mendis non caren.

*Rediuiuum* ] Cicero in Prætura vrbana, qui liber eſt tertius Verrinar. ſed primus eorum,quos conſcripſit,non vero egit.

*Refriua* ] Locus valde mendoſus (vt domum datantes teuirtico) cui quid ſubſtituam non habeo.

*Refutare* ] In Feſti verbis erat Pacuuij exemplum.& quod A in V verteretur,oſtendebatur;cum à claudo recludere ſit compoſitum. Sed hic A tollitur,non mutatur: vel non ſola mutatur,ſed AV in V longum vertitur.

*Regifugium* ] VI.Kal Mart.Regifugium fuiſſe ex Faſtis,& Ouidio lib.II. Faſt.conſtat. Macrobius tamen lib.I.Saturn. refert quoſdam extimaſſe Iunium menſem dici, quod M. Iunius Brutus exactis regibus Carnæ deæ ſacrum in Cœlio monte feciſſet. Cetera verba Feſti non aſſequimur, præter ea, quæ Paulus notat.In faſtis autem hic dies eſt totus nefaſtus. Videntur etiam nonnulla hic ad alia verba pertinere.

*Regillis* ] Vide Rectæ.

*Regium* ] Exiſtimo quædam pertinere ad regiam Numæ Pompilij: quædam ad alia verba.

*Religionis* ] Hic multa fuerunt à Feſto ſcripta,quæ diuinare non potuimus. Videntur tamen omnia pertinuiſſe ad Cenſores.In quibus vnũ eſt,quod Plinius tradit lib. XVII.cap.XXV.Romæ,inquit,in Capitolio in capite bis Iouis bello Perſei enata palma,victoriam; triumphóſque portendit:hac tẽpeſtatibus proſtrata eodẽ loco ficus enata eſt M.Meſſalæ C.Caſſij Cẽſorũ luſtro.A quo tempore pudicitiã ſubuerſam Piſo grauis auctor prodidit.M.Valerius Meſſala C.Caſſius Longinus Cenſores fuerunt anno poſt R.C.fere ſexcenteſimo,luſtrúmque fecerunt LV.vt ex Capitolinis faſtis conſtat.

*Religioſum* ] Non vtique ſacrum eſt,vt ſepulcra: quod ea non ſacra, ſed religioſa ſunt. Sic Feſti verba ſarciri poſſunt.

*Religioſus* ] Dies XXXVI. atri ſunt terni ſingulis menſibus: Poſtridie kal. Nonas, Idus. De quibus alio loco Feſtus. Mundus vero ter in anno patet, hoc eſt IX.kal. Sept.poſtridie Volcanalia,& III.Non.Octob. & VI.Id. Noueb.



Allienſis dies poſtridie Idus Quinctiles.Viden.Gell.lib. V. cap. XVII. Macr.lib.I. Saturn.

*Remant* ] Totus hic locus mendoſus eſt.

*Remeare* ] Afranij Octonarius, vt ait Faernus noſter, non patitur verbum ludum,ideo ſcribendum eſſe locum,vel tale aliquod verbum.

*Remeligines* ] Verſus Plauti,ni fallor,eſt in Caſina mẽdoſe editus: Nam quid illaec nunc tamdiu intus remoratur quaſi ob induſtriam.Afranij autem verſus mẽdoſus eſt.

*Repagula* ] Ciceronis locus relatus eſt in Verrina de ſignis, quæ quarta quidem eſt earũ, quas Cicero tantũ cõſcripſit,non egit. Sexta vero omniũ Verrin.Vide rediuiuũ.

*Repanda* ] Gell.lib.XI. cap.XVII.refert in edicto veteri cuiuſdã Prætoris ſcriptum fuiſſe: Qui flumina retãda publice redempta habent: ſi quis eorum ad me eductus fuerit,qui dicatur, quod eum ex lege locationis facere oportuerit,non feciſſe.& apud Caiũ lib.VII.de origine vocabulor.retas vocari arbores,quę aut ex ripis fluminum eminerent,aut in alueis eorum extarent:appellatáſque eſſe à retibus;quod prætereuntes naues impedirent,& quaſi irretirẽt.Idcirco ſeſe arbitrari retanda flumina locari ſolita eſſe;id eſt, purgãda.ne quid aut moræ,aut periculi nauib⁹ in ea virgulta incidẽtibus fieret.

*Repaſtinari* ] Afranij verba mendoſa ſunt.

*Repotia* ] Pacuuij verba mendoſa ſunt.

*Reque capſe* ] Verbum ſæpe bis eſt ſcriptum. mendoſum autem eſſe arbitror ſpem.

*Res comperendinata* ] Viden. Pedian. in Prætura Vrbana. Cicero pro Murena: Tot homines, tam ingenioſos per tot annos etiam nunc ſtatuere nõ potuiſſe, vtrum diem tertiũ,an perendinum; iudicem,an arbitrum; rem, an litem dici oporteret.

*Reſecrare* ) Relatum carmen Plauti reperies in Aulularia.

*Reſignatum* ) Illa verba (ne ſtipendium ei detur) in Pauli libris extant; non in Feſti.

*Rhegium* ) Feſti verbis pauca hæc aut his ſimilia deſiderantur: Rhegium appellare oportere,&c.

*Rhinocerotem* ) Viden. Plin.lib.VIII.cap.XX.

*Rideo* ] Hoc loco ĩ antiquo libro eſt Sex.Põp.Feſti li.XVIII.

*Rienes* ) Vide Nefrendes.

*Rigido* ) Multa interpretem deſiderant. Vide Surum. Ennij verſus refertur à Macrobio: Fert ſeſe campi per cærula lætáque prata.

*Robigalia* ] Interpres Arati Latinus teſtatur hunc diem à Numa rege anno vndecimo regni ſui conſtitutum fuiſſe.

*Rodus* ) Attij verba in Chryſippo mendoſa Faerno noſtro videntur.

*Roduſculana* ] Viden. Varro.lib.IV. Lat. qui Rauduſculã appellat à raudo, id eſt, aere. Vide Rodus. Ruduſculana ſcriptum eſt in marmore quodam Capitolino.

*Rogatio* ] Rogationem appellat Sex. Pompeius, quod priuilegium Cicero; eam legem, qua de vno pluribúſve hominibus, aut de vna pluribúſve rebus conſtitutũ eſt. Legis itaque genus eſſe, id eſt ſpeciem quandam, intelligemus; & vt Ælius Gallus dicebat, non omnis lex rogatio eſt, omnis tamen rogatio iuſtis comitiis rogata, lex eſt. Hæc eſt Feſti ſententia. In verbis autem eſt nonihil mendoſum. Namque ante illa verba (non poteſt non eſſe,) deeſt, vt arbitror, verbum (Rogatio.) Sed quamquam hæc ſit Feſti opinio; mihi rogationis verbum latius patere videtur; & omnes leges, de quibus ad populum feratur, cõprehendere. Leges vero latæ ſunt, cum eas populus accepit, antea promulgatæ dicuntur, cum trinundino die ſunt propoſitæ; rogatio vero fit, cum rogantur tribus, Velitis iubeatis ita fieri: ſi vti rogatæ reſponderint, tum lex eſt. Ex verbis tamẽ Capitonis à Gellio relatis lib.X.cap.XX. & ex Gelliana interpretatione ſuſpicor aliquos fuiſſe, quibus huiuſmodi priuilegia leges non viderentur; ideo credendũ eſſe eis nomen generalis illius rogationis dediſſe, conſeruato legis nomine generalibus legibus, quæ ad omnes homines, omnéſque res pertinerent.

*Romam* ] Cæximparum viri mendoſa verba ſunt. Viden. Dionyſ. lib.I. qui aliqua ex his refert, & alia aliter.

*Romani* ] Ad hunc locũ pertinere arbitror, quod Dionyſius ſcribit, Romanos ciues agriculturã & rem militarẽ tantum exercuiſſe: ſedentarias vero artes ſeruos, & aduenas, qui intra vrbem permulti erant. Hæc lib.II. & IX.

*Romulia* ] Quid Terentius, quid Verrius ſcripſerint, incertum eſt. Sed Varro lib. IV. de ling. Lat. quinta, inquit, tribus, quod ſub Roma Romilia. Hæc eſt fortaſſe Terentij opinio à Feſto relata; illa Verrij, quam Paulus ſecutus eſt.

poſt *Rorarium* ] Verba Feſti ad aliud verbum pertinent: & vt arbitror, ſcribenda ſunt loco incertorum poſt R.

*Roſcij* ] Referebatur à Feſto locus Ciceronis lib.I de Oratore. Itaque hoc iamdiu eſt conſecutus, vt in quo quiſque artificio excelleret, is in ſuo genere Roſcius diceretur. Quæ ſequuntur fragmenta verſuum, videntur pertinere ad Ruſtica vinalia.

*Roſea* ] Cæſar Vopiſcus, cum cauſam apud Cenſores ageret, campos Roſeæ dixit Italiæ ſumen eſſe, in quibus perticas pridie relictas gramen operiret. Sed non niſi ad pabulum probantur. Plin. lib. XVII. cap. IV.

*Rubidus* ) Plau. in Caſina. Vna ædepol opera in furnum calidũ condito, Atq; ibi torreto me pro pane rubido hera.

*Ructare* ] Videndum eſt, an Cicero Philip. II. ructaretur ſcripſerit, quo loco cui ructare turpe eſſet, habemus. Poſſet enim ita legi, cui ſi ructaretur turpe eſſet.

*Rufuli* ] Liu. lib. VII. Cũ eo anno placuiſſet Tribunos Militũ ad legiones ſuffragio fieri. nã & antea ſicut nunc, quos Rufulos vocant, imperatores ipſi faciebant; ſecũdum in ſex locis tenuit T. Manlius L F. Fuit annus CCCXCI. ab V. C. ſi ſequimur faſtos Capitolinos. Idem lib. IX. Duo imperia eo anno dari cœpta per populũ, vtraq; pertinentia ad rem militarem; vnum vt Tribuni Militum ſenideni in quatuor legiones à populo crearẽtur, quæ antea perquã paucis ſuffragio populi relictis locis Dictatorum, & Conſulum ferme fuerant beneficia. tulere eam rogationem Trib. pleb. Lib. L. Atilius, C Marcius. Hæc illo anno CDXLII. Viden. Polyb. lib. VI.

*Rumentum* ] Eget interprete.

*Rumex* ] Verſus Lucilij refertur verbo Spara. Tum ſpara, tum rumices portantur tragula porro. licet illic murices ſcriptum ſit.

*Ruri* ] Terentius addit fere: Ruri fere ſe continebat &c

*Ruſpari* ] In vltimis verbis mendum eſſe notatum ſit R. littera adiecta in veteri libro. Viden. Nonius Marcellus.

*Ruſtica* ] Aliquid amplius Paulus notat, quam apud Feſtum reperiatur. Viden. Varro lib. v. de ling. Lat. & Feſtus, Roſcij.

*Rutabulum* ] Verbum Vtuntur non eſt in veteri libro. Sed nos vt neceſſarium recipimus.

*Ruta cæſa* ] Nimis conciſa ſunt verba Feſti, & mendum eſſe videtur in verbo Contraxit. Cum vendebatur poſſeſſio, ſiue fundus: venditor excipiebat ruta cæſa; hoc eſt quidquid cæſum erat, aut erutũ. Cicero lib. II. de Oratore: te, cum ædes venderes ne in rutis quidem, & cæſis, ſolium tibi paternum recepiſſe. & in fine Topicor. Fecique quod ſæpe liberales venditores ſolent, vt cum ædes fundúmve vendiderint, rutis cæſis receptis concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi cauſa apte, & loco poſitum eſſe videatur.

SABINI ) interpretationem deſiderat.

*Sacella* ) C. Trebatius lib. II. de religionib. apud Gell. lib. VI. cap. XII. Sacellum eſt locus paruus Deo ſacratus cum ara.

*Saccor* . . . . ] Saccorum fortaſſe: quid enim aliud dici poſſit mihi in mentem non venit.

*Sacram* ) Sunt quædam mendoſa. Illud præſertim nec appellari debere: videtur deſiderare ſacram viam. Vide October; quo loci Sacrauienſes appellantur, qui in Sacra via habitant, & Suburanenſes, qui in Subura. Verrij autem opinio mihi ſuperuacanea videtur: ſi eos tãtum reprehendit, qui coniunctе hæc enuntiarent. quis enim ita locutus eſt? ſi vero exiſtimat debere dici ſacram, & nouam, non ſacram viam, & nouam viam: tunc ſolus ſine riuali ſe amet per me licet. Viden. Varro. lib. IV. de ling. Lat. de ſacello Streniæ.

*Sacramentum* ) Hic locus nunc primum recte editus eſt. in aliis vero libris in diuerſas partes diſtractus fuit propter ordinẽ immutatũ quarundam paginarum exẽplaris. De ſacramento Varro lib. v. de ling. Lat. ita ſcribit: Ea pecunia, quæ in iudicium venit in litibus, ſacramentum à ſacro. Qui petebat, & qui infitiabatur, de aliis rebus vterque quingentos æris apud Pontificem deponebant, de aliis rebus item certo alio legitimo numero



aſſium. Qui iudicio vicerat; ſuum ſacramentum a ſacro auferebat, victi ad ærarium redibat.

*Sacrem* ] Plaut. in Menæ. Adoleſcens quibus hic pretiis porci veneunt Sacres, ſinceri? nummum vnum en a me accipe, Iube te piari de mea pecunia. Et in Rudente: Sunt domi agni, & porci ſacres. Referuntur hæc a Feſto, & alia quædam.

*Sacrificulus* ] Poſt reges exactos, vt Dionyſ. & Liuius ſcribunt, qui pro Rege ſacra faceret, Rex ſacrificulus factus eſt Manius Papiſius. Viden. Plutarch. in Problem.

*Sacrima* ] Vide Præmetium.

*Sæculares* ] Verba Feſti ita interpretor, vt prius dicat, quo pacto exactis regibus ager Tarquinij Superbi Regis Marti conſecratus ſit, campuſque Martius dictus, quẽ agrum populo R. diripiendum cõceſſerant Cõſules ex S. C. Poſt hæc dicitur de ara reperta Diti, ac Proſerpinę conſecrata in eodem extremo Martio cãpo, qui locus Terentum appellatur, demiſſa pedes viginti infra terrã. Illic P. R. ſacra fecit, auctore P. Valerio Poplicola Cõſule, vt Valer. Max. li. II. cap. I. tradidit. Quod ſequitur de Popillio Lænate, & anno nonageſimo, pertinet, ni fallor, ad eos ludos ſæculares, qui primi M. Valerio Maximo, Sp. Verginio Tricoſto cos. facti ſunt anno vrbis CCXCVII. ſi faſtos Capitolinos ſequamur: ſi Varronẽ, CCXCVIII. Lænate Duumuiro ſacrorum faciendorum cauſa. De his ludis primis ex XV. virorum ſententia Cẽſorinus locuples teſtis eſt. Illa vero quæ ſequuntur (ſtis furulis) hoſtiis furuis interpretor. his enim Diti, & Proſerpinæ faciebant tribus noctibus. idq; cẽteſimo quoq; vel centeſimo decimo anno, qua de cauſa ſęculares ludi dicebantur, quod ſęculum id temporis ſpatium appellarent. Viden. Cẽſori. poſt Valer. Max. & Horat. in carmine. & Zoſimus apud Politian. & quæ Onuphr. noſter de ludis ſæcularibus accuratiſſime ſcripſit. Vide Terentũ.

*Sagaces* ] Nec minus hæc animum cognoſcere poſſe ſagacem. ſic Lucretius, vt arbitror, ſcripſit.

*Salaciam* ] Suſpicor verba circumſcripta ſemicirculis adiecta eſſe. neque in veteri libro eſt illis locus. neque eius poetæ libros referre ſolet Feſtus.

*Salaria* ] Eandem Collinam eſſe appellatam Feſtus, vt opi-



[library stamp] VERSITA

nor tradidit.

*Salmacis*) Gabriele Faerno auctore ſcribendum eſt, Salmaci das ſpolia ſine ſudore, & ſanguine. vt ſit ſenarius: Mihi da ſpolia, non diſplicet. Viden. Strabo lib. XIIII.

*Salua res*) Salua res eſt, cum ſaltat ſenex, ſcribendum eſt, ex Seruio III. & VIII. Aen. De initio ludorum Apollinarium Ap. Claudio. Q. Fuluio Flacco III. Cos. Liu. lib. XXV. & Macrob. lib. I. Saturn. cum Capitone, & Verrio conſentiunt. Quod vero dicitur factum C. Sulpicio, & C. Fuluio Cos. cum hi conſules nuſquam reperiātur, emendandum eſt, vt exiſtimo, P. Sulpicio. CN. Fuluio, qui Conſules proximi fuerunt poſt ſupra ſcriptos, & iiſdem Conſulibus Calpurnius Piſo prætor Vrbanus fuit, quem Liuius Caium prænomine, Verrius Marcum appellat.

*Saltatris*) Quo primum anno, & a quibus ludi ſcenici primi, Megaleſia appellati, facti fuerint, incertū eſt. Liuius duplicem opinionem tradit. Nam lib. XXXIV. P. Scipione Africano II. Ti. Sempronio Longo Cos. anno vrbis DLVIII. Megaleſia ludos ſcenicos C. Atilius Serranus, L. Scribonius Libo Aediles Curules primi fecerūt. Horum Aedilium ludos Romanos primum Senatus a populo ſecretus ſpectauit. Hoc idem Val. Max. ſcribit lib. II. cap. I. Locus ſenatorum fuit in Orcheſtra, vt alio loco ſcripſimus, & huius rei veſtigium extat hoc loco apud Feſtum, licet in nominibus Aediliū a Liuio, & Valerio diſſentiat. Altera opinio fuit Valerij Antiatis, qui triennio poſt ſcribit P. Scipione Naſica, Manio Acilio Glabrione Cos. cum ædes Matris Magnæ Ideæ a M. Bruto dedicata eſt, ludos ſcenicos primos Megaleſia appellatos, factos fuiſſe, vt Liuius lib. XXXVI. refert. Viden. Aſcon. pro Cornelio.

poſt *Sanates*] Feſtus retulerat doctorum virorum opiniones de Sanatibus, quod verbm in XII. tabulis fuiſſe, refert etiam Gell. lib. XVI. cap. X.

*Sanctum*] Sex. Pompeius docuerat, quid ſanctum eſſet ex Aelii, & aliorum ſententia. plerīſque viſum eſſe cū pœna, multa ve ſit impoſita id violanti. ita muros ſanctos dici, & Tribunos plebis: hinc ſanctiones legum, quod in his pœnæ contra legum violatores ſanciantur, ipſas



quoque leges aut rogationes ſanctas dici, quod eas impune tranſgredi non licet. Hæc, & his ſimilia Feſtus, vt arbitramur.

*Sanqualis auis*] Ex iis, quæ Paulus hic, & in Sanquali porta dicit, crederem Sanqualem auem fuiſſe in tutela Sangi, ſeu Sācti, vt picus Martis, aquila Iouis, coruus Appollinis, pauo Iunonis, noctua Mineruæ. De hac Plin. lib. X. cap. VII. Sangualem auem atque immuſſulum augures Romani in magna quæſtione habent. Immuſſulum aliqui vulturis pullum arbitrantur eſſe, & ſangualē oſſifragæ. Maſſurius ſangualem oſſifragā eſſe dicit, immuſſulum autem pullum aquilæ priuſquam albicet cauda. Quidam poſt Mucium augurem viſos non eſſe Romæ confirmauere. ego, quod veriſimilius eſt, in deſidia rerum omnium non arbitror agnitos. Vide Alites.

*Sardi venales*] Viden. Plutar. in problem. vtitur hoc prouerbio Cicero in epiſt. ad Fabium Gallum: Habes Sardos venales, alium alio nequiorem. quibus verbis interpretatio Capitonis Ciceronis auctoritate confirmatur. Sed quod dicitur Gracchum Faltonis collegam fuiſſe, cum que de Sardis triumphaſſe, falſum eſt. Hi enim Cōſules fuerūt anno DXV. Is vero, qui triumphauit, collegas habuit, in primo conſulatu C. Claudium Pulchrum, in ſecundo M. Iuuentium Thalnam annis. DLXXVI, & DXC. e faſtis Capitolinis. Plinius, ſiue quis alius, qui ſcripſit libellum de viris illuſtrib. Capitonis interpretationem ſequi videtur in prouerbio explicando. Licet, neſcio quos auctores ſecutus, dicat Gracchum prætorem Galliam obtinuiſſe, primo Conſulatu Hiſpaniam, altero Sardiniam.

*Sarra*] Verg. lib. II Georg. Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro. Seruius Tyriam purpuram interpretatur. quod Tyros Sarra dicta ſit a piſce Sar appellato. Sic Sarranæ tibiæ dictæ, vel Tyriæ, vel Africanæ. Probus Ennium ait dixiſſe Poenos Sarra oriundos, id eſt Tyro.

*Sarte*] Chariſ. lib. II. Porphyrio ex Verrio, & Feſto, In auguralibus, inquit, libris ita eſt: ſane, ſarteque.

*Sas*] Ennii verſus lib. VII. mendoſi ſunt. quamuis a Paulo non male referantur.

*Sati.....*] Saticulam deductam eſſe coloniam Paterculus

ſcribit libro priore. Liuius quoque lib. XXVII. Saticulanos inter colonos fideles XVIII. coloniarũ enumerat. De hac igitur Feſti verba intelligere poſſumus, Saticula oppidum in Samnio captum eſt ? quo poſtea coloniam deduxerunt, &c. L. Papirio Curſore, V. C. Iunio Bruto. II. Cos. anno poſt R. C. CDXL. ex faſtis Capitolinis.

*Satis* ] Inepte Feſtus neque Verrij opinionem recitat, neque ſuam explicat, de his duobus verbis, ſatis, & ſcabrum. Sunt quædam doctis viris cõdonanda, non enim omnia poſſumus omnes.

*Satur* ] Deſunt quædam in fine, puta obliqua proportione Dicendum enim erat Saturis, viris, caronis. non ſaturi, viri, carnis. Vide Chariſ. lib. II.

poſt *Saturno* ] Feſti verba videntur pertinere ad Saturni ſacrificia, quæ capite aperto fierent, vt verbo Saturnia dictum eſt, & Plutar. in Problem. Macrob. lib. I. Saturn. Seru. lib. III. Aen. hoc idem ſcribunt, idemque Honori fieri, propterea quod caput aperire honoris cauſa potẽtioribus ſoleat, vt Plin. tradit lib. XXVIII. cap. VI. Addit Feſtus inter Metellum pontificem Max. & Claudium contẽtionem fuiſſe, eumque fortaſſe multaſſe, quod Saturno capite operto feciſſet in Sulpicij Ser. F. in auguratione: Claudiumque prouocaſſe ſed non obtinuiſſe. Hæc nondum reperimus apud alios ſcriptores.

ante *Scæuam* ] Saxum Tarpeium, de quo Dionyſ. & Liuius ſcripſerunt, a Tarpeia L. Tarpei filia, quam multi ferũt. Sabinis Capitolij arcem prodidiſſe. quod Dionyſio nõ probatur. De ſaxo autem deiiciebantur inſigni aliquo crimine damnati: eaque de cauſa, vt locus funeſtus cum reliqua parte Capitolij non erat coniunctus. Vide Tarpeiæ.

*Sceleratus* ] Sunt hic quædam quæ ad aliud verbum pertinent, quod adhuc quæro.

*Schœniculas* ] Plautus in Neruolaria apud Varronem lib VI. de ling. Lat, Diobolares, ſchœniculæ, miraculæ. Schœniculæ, inquit, ab ſchœno nucario vnguento. Ita enim arbitror illic ſcribendum eſſe. Miraculas autem a miris, id eſt monſtris interpretatur. Credendum eſt hæc Plauti verba Feſtum etiam retuliſſe. & poſtea ex Pœnulo eiuſdem: Proſedas, piſtorũ amicas reliquias halicarias, Miſeras, ſchoeno delibutas, ſeruilicolas ſordidas.



*Scirpus* ] In veteri libro eſt hoc loco: Sex. Pompei Feſti de verborum ſignificat. lib. XVIII. Incipit lib. XVIIII. ſcriptũ eſt &c. alias Scirpus: Plaut. Scirpea inducitur ratis. vel *vt* vult Faernus induitur. propter verſum.

*Scitum populi* ] Pro blebiſcito, vẽl potius pro lege dictum eſſe veriſimile eſt. nam plebis appellatione neque patricij, neque ſenatores continentur: cum ij in populo ſint. Quod igitur patricio interrogante populus ſuis ſuffragiis iuſſit, ſcitum populi dicetur: quod vero Trib. pleb. rogauit plebem, id plebiſcitum eſt. Scitus etiam peritus a poetis dictus eſt: & bona facie puer, & puella ſcita. Terent. in Andria: Perecaſtor ſcitus eſt puer natus Pamphilo. Idem in Phor. Satis, inquit, ſcita eſt. & in Heautont. At ſi ſcias, quã ſcite in mentem venerit. Hæc, vel his ſimilia Feſtus ſcribit.

*Scorta* ] Vidẽ. Varro lib. VI. de ling. Lat.

*Sectio, & Sectores* ] Aſcon. lib. III. Verrin. Sectorem dicit æſtimatorem, redemptoremque bonorum damnati, atque proſcripti, qui ſpem ſectãs lucri ſui bona omnia auctione vendit, & ſemel infert pecuniam vel ærario, vel ſociis. Sectio autem eſt ea redemptio. Cicero Philip. ij. Haſta poſita pro æde Iouis Statoris bona Cn. Pompei Magni voci acerbiſſimæ ſubiecta præconis. Qui ad illud ſcelus ſectionis auderet accedere, inuentus eſt nemo præter Antonium. & poſtea: Cum ſector ſis iſto loco natus. deinde: cum Cn. Pompei ſector: non te execrandum populo Ro. &c. Ex his vides Pauli epitomen nimis cõciſam eſſe in horum verborũ interpretatione.

*Secus* ] Vide Sexus. Chariſ. li. I. ait ſecus pro ſexu dici, & ad uerbium ſignificare Aliter. Ceterum quod vulgus vſurpat Secus illum ſedi, hoc eſt ſecundum illum, & fatuum, & ſordidum eſt. Hæc ille.

*Segeſta* ] Vide Beneuentum.

*Segnitia* ] Terent. in Andria.

*Sella curulis* ] Hæc ignoramus.

*Sempronia* ] Videtur repetendum eſſe verbum horrea poſt verbum fuerunt. Loquitur autem de Lege Frumentaria C. Gracchi. de qua Cicero Tuſc. lib. III. & Flor. epit. LX.

*Senium*] Cæcilij verſus mendo non carent.

*Sentes*] Verbum turba mendoſum eſſe ait F.ernus. ratio enim carminis iambum, vel pyrrichium poſtulat.

*Seplaſia*] platea Capuæ ita appellabatur, in qua vnguẽtarii negotiari erant ſoliti. pedian. in piſon. Verba autẽ Ciceronis à Feſto relata ſunt eadem illa, quæ Aſconius interpretatur. Seplaſia mehercule, vt dici audiebam, te vt primum aſpexit, Campanum Conſulem repudiauit.

poſt *Seplaſia*] De Septentrionibus hæc intelligenda ſunt, de quibus Varro lib. VI. de ling Lat. Has ſeptem ſtellas Græci, vt Homerus vocat ἅμαξαν, & propinquũ eius ſignum βοώτην: noſtri eas ſeptem ſtellas boues, & triones, & prope eas axem. Triones enim & boues appellantur à bubulcis etiam nunc, maxime cum arãt terrã, e queis vt dicti valentes glebarii, qui facile proſcindũt glebas, ſic omnes qui terram arabant, à terra teriones, vnde Triones vt dicerentur E detrito. & poſtea: Poſſunt triones dici ſeptem, quod ita ſitæ ſtellæ, vt ternæ trigona faciant. Hæc Varro, & Gell. lib. II. cap. XXI. eadem Feſtus hoc loco ſcripſerat. tantum addit Ennii verſus, qui non extant. Pro his ſubſtituam denarii mẽtionem L. Lucretij Trionis, in quo ſeptem ſtellæ videntur.

*Septimontium*] Varro lib. V. de ling. Lat. Dies ſeptimontiũ nominatus ab iis ſeptem montibus, in queis ſita vrbs eſt. feriæ non populi, ſed montanorum modo, vt Paganalibus, qui ſunt alicuius pagi. Mirum autem eſt hoc loco, & proximo, pro ſeptem montibus, octo loca vrbis enumerari. Palatium, Velias, Fagutal, Suburã, Cermalum, Oppium, Cœlium, Ciſpium montes. Vide Plutarch in Problem.

ante *Sequamque*] Sepulchrum eſt, vt ait Gallus Aelius, vbi mortuus ſepultus eſt. quod antiqui buſtum appellabãt. iſque cippis, aut aliqua alia re mortui cauſa, deſignatus eſt, intra quos ſepultura eſt facta. Hæc eſt Sex. Pompeij ſententia.

poſt *Sequãque*] Sequeſter is dicitur, qui inter aliquos placuit, vt quod inter eos conuenerit, teneat, idque vt ei reddat, cum id ſibi deberi cõſtiterit. Cato in ea oratione, quæ inſcribitur de indigitibus: Sinũt perire, vt bona



rapiant, aut ſi petantur, vt Sequeſtro dent. & Plautus in Mercatore; Immo ſic ſequeſtro mihi data eſt. Hæc vel huiuſcemodi Feſtus Vide Gell. lib. XX. cap. vlt.

*Serilla*] Paulus, in epitome id poſuit, quod a Feſto reprehenditur.

poſt *Seruorum*] Sopia, vel Seſopia pro ſedilibus vox, ni fallor, inaudita. Solia potius ſcriberem. Plautus in Trucul. eſopitius, niſi mendum ſit.

*Seſtertius*] Hic ſemper fuit quarta pars denarij. Sed quo tempore denarius decuſſi, id eſt decem aſſibus æſtimabatur, tum ſeſtertius dupondio, & ſemiſſe permutabatur. At cum ſexdecim aſſibus denarius æſtimatus eſt, ſeſtertius quatuor aſſes valuit. Videndus Plinius lib. XXXIII. cap. III. Vitru. lib. III. cap. I. Mæcian. in lib. de aſſe.

*Seſtertij*] Vide Seſtertius, & quæ illic adſcripſimus. Cur vero Seſtertius dicatur, quaſi ſemis tertius. Varro lib. V. de ling. Lat. & Mæcian. de aſſe ſcripſerunt. Vide Triẽtem. De bigatis, & quadrigatis. Plin. lib. XXXIII. cap. III. Nota argenti fuere bigæ, atque quadrigæ: & inde bigati quadrigatique dicti. Quinqueſſis autẽ, quinarius, ſiue victoriatus dictus eſt, quod initio quinque aſſibus æſtimaretur, poſtea octo valuit. eiuſque nota erat victoria, vt idem Plinius ſcribit.

*Sexagenarios*] Hoc à multis traditum eſt, & quæ reliqua ſunt, ſatis oſtendunt, qua de re agatur. Cicero pro Sext. Roſcio: Habeo etiam dicere, quem contra morem maiorum minorem annis LX. de ponte in Tiberim deiecerit. Varro lib. VI. de ling. Lat. Ouid. lib. V. Faſtor. Macrob. lib. I. Saturn. Plutarch. in Problem. & Non. Marc. Vide Depontani.

*Sextantaris*] plin. lib. XXXIII. cap. III. populus R. ne argento quidem ſignato ante pyrrhum regem deuictum vſus eſt. Libralis, vnde etiam nunc libella dicitur, & dipondius, appendebatur aſſis. Et poſtea: Libræ autem pondus æris imminutum bello punico primo, cum impenſis reſp. non ſufficeret; conſtitutumque, vt aſſes ſextãtario pondere ferirentur. etc. poſtea Hannibale vrgente Q. Fabio. Max. Dictatore. aſſes vnciales facti, &c. Mox lege papiria ſemunciales aſſes facti. Ex his verbis ap-

paret Feſtum aliud dicere, quam Plinium. nam ſextãtarios alter bello Punico primo, alter bello ſecundo factos ſcribit. item hic noſter ſeptennio duraſſe, & non amplius proceſſiſſe in maiorem numerum. ille duraſſe ad Dictaturam Qu. Fabij, quæ à fine belli Punici primi fuit xxv. annis poſterior. & vnciales, atque ſemiunciales, poſtea aſſes factos eſſe. Mihi quod Plinius ſcribit veriſimilius videtur. & in verbis Feſti videntur eſſe quædam mendoſa. Vide Graue æs.

*Sexus*] In veteri libro eſt ſecus initio, tamen in exemplis ſexus. Chariſ. lib. I. ſcribit. Secus neutri generis nomẽ. vnde & Salluſtius virile ſecus dixit, hoc eſt virilis ſexus. quod per omnes caſus integra forma declinatur. Fit ſecus, & aduerbium, quod ſignificat Aliter.

*Sic verſantu . .*] Locus difficilis interpretem deſiderat.

poſt *Sic verſantu . . . .*] De ſica fortaſſe verba Feſti intelligenda ſunt, item de Dolone. Dolonis mentio fit apud Vergiliũ li. VII. Aen. Suet. in Claudio, & ſub titulo eſt ad L. Aquil. in Digeſtis. De Sica, & Sicariis, omnibus libris agitur. Sed non facile eſt verba Feſti ſarcire. etenim exempla referuntur eorum librorum, qui non extant.

*Si fus . . . .*] Locus difficilis, qui lucem deſiderat.

ante *Silicernium*] Cicero lib. II. de Diuin. Peritum eſſe neceſſe eſt eum, qui ſilentium quid ſit, intelligat. id enim ſilentium dicimus in auſpiciis, quod omni vitio caret, hoc intelligere perfecti auguris eſt. Ille autem, qui in auſpicio adhibetur, cum ita imperauit is, qui auſpicatur; Dicito, ſolentium eſſe videtur? nec ſuſpicit, nec circumſpicit, ſtatim reſpondet; Silentium eſſe videtur. Verba Feſti ita ſcribi poſſunt. ſilẽtio ſurgere dici, vbi qui poſt mediam noctem ſurgit auſpicãdi cauſa ex lectulo ſuo, ſiue alieno, & liberatus à lecto in ſolido ſolio ſedet, ſiletque ne quid eo tempore deijciat ſputi auſpicatus recte, inde ſe in lectum repoſuit. Hoc enim eſt ſilentium etc. Vide Siniſtrum, & Solida ſella.

*Silicernium*) Cæcilius obeloſtate. Vide de hoc verbo Donat. in Adelph. Nonium, & Placiadem.

*Simpludiarea*) Hæc verba mẽdoſa ſunt (D. T. ludi, corbitoresque) quod notatum eſt in veteri libro R. littera. Crederem ſcribi poſſe, ludi, deſultoreſque. Vide Senacula.



poſt *Sinciniam*] Verba Feſti deſiderãt hæc, aut his ſimilia: Sine ſacris hereditas in prouerbio dici ſolet: cũ aliquid obuenerit ſine vlla incommoda appendice. Plautus hoc prouerbio vtitur in Captiuis: Sine ſacris hereditatem ſum aptus offertiſſimam. & in Trinum. Cæna hac annona eſt ſine ſacris hereditas.

*Siniſtrum*] Vide ante Silcernium.

*Siremps*] Chariſ. lib I. tradit, Siremps nominatiuo tantũ caſu dici, & ablatiuo ab hac Sirempſe. ſignificare autẽ, Similiter lex eſto. Extant aliquot tabulę legum; in quibus ita ſcriptum eſt: DE. EO. AGRO. SIREMPS LEX. ESTO. & in altera: SIREMPSQVE. EIS. VIATORIBVS. DE QVE. EIS. VIATORIBVS. Q. OMNIVM. RERVM. IVVS. LEXQVE. ESTO. QVASEI. SEI. EI. VIATORES. IN. EAM. DECVRIAM. IN. TRIBVS. VIATORIBVS. ANTEA. LECTEI. SVBLECTEI. ESSENT. QVAM. IN. QVISQVE. DECVRIAM. EORVM. EX. HAC. LEGE. VIATOR. LECTVS. ERIT. SIREMPSQVE. EIS. PRAECONIBVS. DEQVE. EIS. PRAECONIBVS. QVAESTORI. OMNIVM. RERVM. IVVS. LEXQVE. ESTO. etc. In his omnibus ſimilem ſignificat, aut ſimile. tria autẽ verba copulata ſunt ſiremps, hoc eſt ſimilis res ipſa.

*Sodes*] Vide Sultis.

*Solatum*] Solatos appellat Plin lib. XXIX. cap. VI. hoc morbo laborantes. A ſole fortaſſe infeſto ductum eſt nomẽ.

*Solida ſella*] Feſtus videtur Verrium reprehẽdere in huius rei interpretatione. & oſtẽdit religioni fuiſſe aliquibus non ſolida ſella ſedere: quod eſſent aliquæ aliqua ex parte excauatæ. Reprehendit autem quod ſolidum dixerit totum. Cetera incerta ſunt. Vide ante Silicerniũ.

*Solipunga*] Plin. lib. XXIX. cap. IV Eſt & formicarum genus venenatum, non fere in Italia, ſolipugas Cicero appellat, Salpugas Baetica. Lucan. lib. IX. Quis calcare tuas metuat Solpunga latebras, alij Salpunga: alij Solpuga legunt.

*Solitaurilia*] Contra Aci . . . . verueces maiales qui. Hæc mendoſa ſunt aut delenda, aut emendanda. contra Acilius verueces maiales. quia etc. vel contra accidit ver-

ueci maiali.quia.ſed neutrum placet. Videndum etiam an mendoſe ſcribatur inuiolati ſunt ta... & in fine videtur poſſe ſcribi mutas ſemiuocales.

*Sollemnia*] Vide Sollo.

*Soniuio*] Vtitur hoc verbo Cicero in epiſt. ad Cæcinnam lib.VI.epiſt.

*Soracum*] Refertur,vt opinor,à Feſto verſus plauti in perſ. Librorũ enim ecce illum plenum ſorracum habeo. Sed verbum,enim,nõ agnoſcit Feſtus,& pro ecce illũ, ſiue eccillum,icillũ ſcripſit librarius; quod in margine notatum eſſe video littera R. Varie hoc nomen ſcriptum reperi. Nam Quintilian. lib. VIII. cap.III. refert Ciceronem in Piſonem ſcripſiſſe:cum tibi tota cognatio in ſerraco aduehatur. & Vitruu.lib.x.cap.I.portationes eorum nõ eſſent,niſi plauſtrorum, aut ſarracorum per terram.nauicularum per aquam inuentę eſſent machinationes.Iuuen. Saty.III. Longa coruſcat Sarraco veniente abies,atque altera pinũ plauſtra vehunt.& Saty. v.Frigida circumagunt pigri Sarraca Bootæ. Vlpia.ſub titulo ad L. Aquil.cap. XXIX. Quia parui refert nauem immittendo,aut ſerraculum ad nauem ducendo,an tua manu damnum dederis. Quem locum non intelligentes pro ſerraculo ſeruaculum, vel verriculum, vel gubernaculum,vel feraculum ediderunt.

*Sororiare*] Sunt qui plauti verſum ita legant:Tunc papillæ primum ſororiabant:illud volui dicere fraterculabant. alij,vt Faernus,legunt,primulum, propter verſum ſenarium qui in eo verbo deſinit. Vide Fratrare.

*Spectio*] Locus difficilis,& fortaſſe mendoſus. Sciendum eſt augures alios habere aſpectionem, & nuntiationẽ; alios aſpectionem tantum. Magiſtratus autem habere auſpicia,inſpectionem, ſiue ſpectionem, & obnuntiationẽ.Cicero Philip.II. Quod te ſacerdotii iure facere poſſe dixiſti; ſi Augur non eſſes, & Conſul eſſes minus facere potuiſſes? vide ne etiã facilius. nos enim nũtiationem ſolum habemus;Conſules & reliqui magiſtratus etiam ſpectionem. Idem lib.III.de Legib. Omnes magiſtratus auſpicia,iudiciaque habento. M. Meſſalla apud Gell.lib.XIII.c.XIV.& XV. patriciorum auſpicia in duas,ſunt poteſtates diuiſa. maxima ſunt Conſulum, Prætorum,Cenſorum. Reliquorũ magiſtratuũ minora ſunt auſpicia. Conſul ab omnibus magiſtratibus & comitiatũ,& concionẽ auocare poteſt. Et in edicto Cõſulũ,quo edicũt,quis dies comitiis cẽturiatis futurus eſt, ſcribitur ex veteri forma perpetua:ne quis magiſtratus minor de cœlo ſeruaſſe velit. Ex his igitur dicendũ eſt hoc loco Feſtũ voluiſſe,nõ poſſe augures impedire nũtiando magiſtratus,ſed habere ſpectionẽ, hoc eſt aſpectionem augurij, & nuntiationem,hoc eſt, renuntiationem eius augurij:tũc pertinet ad magiſtratum, qui habet auſpicia vt videat, an iis auſpiciis rem gerere velit. Viden.Cic.lib.I.& II.de Diuin.Varro lib.v.de ling.Lat.



*Specus*) Ennij verſus fuit li.XVI.Annal. vt refert Priſcian. lib.VI. Tum caua ſub monte late ſpecus intus patebat. Sed melius refertur a Nonio: Concaua ſub montes late ſpecus intus patebat.

*Spetile*) Sueres quid ſit ignoro. Scribendum fortaſſe ſumen que Verris.

*Spicit*) Plaut.in Milite:Flagitium eſt,ſi nihil mittetur,quo ſupercilio ſpicit.

*Spinther*) Plaut. in Menæch. Iubeaſque Spinther nouum reconcinnatier.

*Spintyrnix*) Deſideratur nomen Poetæ,cuius verba referuntur. Plaut. autem in milite hoc verbo vtitur. Pithecium hæc eſt præ illa, & Spinturnicium. Plin.lib.x.cap XIII.Incendiariam auem alij ſpinturnicẽ vocãt,ſed hæc ipſa,quæ eſſet inter aues,qui ſe ſcire diceret,nõ inueni.

*Stagnum*) Viden. Varro lib. IIII. de ling. Lat.

*Status*) Plautus in Bœotiis. Cuius verba ad legem XII.tab. alludunt, vt arbitror; de quibus Cicero lib. I. Officior. Aut ſtatus dies cum hoſte.

*Stellati....*] Stellatina tribus non a Stellate campo eo, qui in Campania eſt,ſed eo,qui eſt... miliario a porta Capena. ex quo Tuſci eũ campum ita appellauerunt. Hæc,vel his ſimilia Feſtus. Liu.lib.VI. Tribus quattuor ex nouis ciuibus additæ, Stellatina, Tromentina, Sabatina,Arnenſis anno vrbis CCCLVI ex Faſtis Capitolinis.

*Stellionem*) Exiſtimo Feſtũ referre,placuiſſe Verrio Stellionem,quod ſtillet cibo dici: at ipſum magis probare ab ſtellarũ ſimilitudine,quod eius cutis varia ſit,eſſe appel-

latum. Pli.li.xxx.ca.x. Nullum animal fraudulẽtius in-
uidere homini tradunt. inde ſtellionum nomen aiunt in
maledictum tranſlatum. Tuniculã exuit eodem modo
vt anguis, ſed eam ipſe deuorat. Ab hoc crimen ſtellio-
natus dici certum eſt. De ſtellione Verg. Georg. li. III.

*Stipatores*] Deeſſe mihi videntur aliquot verba, quibus di-
cat (vel ab ſtipo, quod eſt firmo) vnde & ſtipã &c. Iuſti-
nian. li. III. Inſtitut. Stipulum apud veteres firmũ appel-
labatur, forte a ſtipe deſcẽdẽs. Hinc ſtipulatio dicta eſt.

*Stipes*] Multa omiſit Paulus, vt ex Feſti reliquiis apparet.

ante *Starcidium*] De ſtirpe Feſtum ſcripſiſſe aperte intel-
ligitur, eam maſculine quoque dici. Vide Spicum, &
Specus, & Recta.

*Strebula*] Locus Plauti fuit in Friuolaria, quæ non extat.

*Strenam*] In loco & lite non ſolum s littera præponitur,
ſed s & T Dicitur enim à veteribus ſtlocus, & ſtlis. Vide
Stlata, & Stlembus. Sic Decemuiri ſtlitibus iudicandis
dicebantur, pro litibus, qui Centumuirorum primi fue-
runt. Viden. Quintilian. lib. I. cap. VI. potuiſſet Feſtus
ſtritauum, pro tritauo dictum referre.

ante *Strigores*] Duo verſus Greci ſunt in veteri libro; quo-
rum alterum mendoſum Aldus, & Alciatus in Parergis
ita emendarũt. σύγνα πωμπεύειν νυχτίνομα στρίγγα δ' ὀλοὸν
Alterum verſum, qui recte hic ſcriptus eſt, male refe-
runt. in priore autem, στρίγγατ' ὀλαὸν, ſcriptũ eſt, in veteri
libro; ſed neutrum eſſe ſine mendo Fuluio Vrſino no-
ſtro videtur. De ſtrigibus autem Latina quoque Feſti
verba eſſe intelligenda nemo ignorare poteſt.

*Strufertario*) Cato in libro de re ruſtica ita ſcribit: priuſ-
quam meſſim facias, porcam præcidaneam hoc modo
fieri oportet. & poſtea: Priuſquam porcum feminam
immolabis, Iano ſtruem commoueto ſic: Iane pater te
hac ſtrue commouenda bonas preces precor. &c. Fer-
ctum Ioui moueto, & mactato ſic: Iuppiter te hoc fer-
cto obmouendo bonas preces precor, vti ſies volens
propitius mihi, liberiſque meis, domo, familiæq; meæ.
mactus hoc ferčto, &c.

*Struices*] Plau. in Menæ. tãtas ſtruices cõcinnat patinarias.

*Stultorum*] Vide Quirinalia.

*Suaſum*] Verſus Plauti eſt in Truculẽto; in quo legitur in-
ſuaſo, Vide Inſuaſum.



*Sub corna*] Viden. Gel. lib. vij.

*Sub vos placo*] Vide Endoitium.

*Subices*] Gell. lib. IV. cap. xvij. verſus Ennii refert. Ergo deũ
ſublimes ſubices, humidus. Vnde oritur imber ſonitu
ſæuo, & ſtrepitu. Nonius vero: Per ego deũ ſublimes ſu
bices humidas, Vnde oritur imber. Faernus noſter No-
nij ſcripturã probat, & verbũ nubes Feſti eſſe arbitratur.

*Subleſta*] Feſti verbis pauca deſunt in hanc ſentẽtiam: Se-
bleſtum dicebant infirmum, & tenue. Plaut. etc. Verba
Plauti hæc ſunt: Nam ad paupertatem ſi admigrãt infa-
miæ, Grauior paupertas fit, fides ſubleſtior. Idẽ in Bac-
chid. Lingua factioſi, inertes opera, ſubleſta fide.

*Sublicium*] Liuius ſub Anco Rege Ianiculum adiectũ eſſe
ſcribit, & ob commoditatem itineris ponte ſublicio tũ
primum in Tiberi facto coniungi vrbi placuiſſe. Eiuſ-
dẽ pontis defenſio ab Horatio Coclite narratur ab eo-
dem Liuio lib. ij. Sine ferreo clauo fuiſſe ita diſpoſita
cõtignatione, vt eximerentur trabes, ſiue ſublicę ac ſine
fulturis reponerentur: Plinius auctor eſt lib. xxxvj. c. xv.
Ab hoc ponte ſæpius à pontificibus refecto, vt cis & vls
Tiberim ſacra fierent, pontifices dictos eſſe Varro exi-
ſtimat lib. IV. de ling. Lat. Idem lib. vj. ait ab hoc ponte
Argeorũ ſimulacra quotãnis à ſacerdotibus iaci ſolere.
Põs dictus eſt à ſublicis ſublicius. Sublicarum mẽtio fit
à Cæſare lib. IV. de bello Gall. Liuio lib. xxiij. Vitruuio
lib. iij. ca. iij. Feſtus tamen ſublices appellaſſe videtur, vt
elices quoque dicuntur, & aquæ licium vocatur ab eli-
cienda aqua: vel, vt aliis videtur, à liquenti aqua. Vtitur
exẽplo Saluſtij in hiſtoriis, qui ſublicibus cauata dixit.

*Suboles*) Verg. Eclog. iiij.

*Subſcudes*) Vide Serilla.

ante *Subſilles*) Verba Feſti ad ſubſidium pertinent. id vero
maxime à triariis. qui ſubſidere ſolebãt, dum principes.
& haſtati pugnarent, dictum eſt. Plaut. in ..... Agite
nunc ſubſidite omnes, quaſi ſolent triarij. Liu. li. viij. Ad
triarios cum ventum erat, qui ceteris eſſent ſubſidio: res
in extremum periculum perducta eſſe dicebatur.

*Subulo*) Varro li. vj. de ling. Lat. Verſum Ennij ita refert:
Subulo finitimas propter aſtabat aquas. verſus corrupt⁹.

*Suburam*) Viden. Varro. lib. IV. de ling. Lat. & Quintil. li. I. in veterum monumentis extat hic vſus C. litteræ pro B·M Cæcilio Sp. F. Suc Rufo. & T. AElio. T. F. Suc. Aciliano & curatores trib. Suc. Iunior. Reperitur etiam B littera C. Attio. T. F. Sub. Vitaliano.

*Succingulam*] Plaut. in Menæch. Ab Hippolyta ſuccingulũ Haud Hercules æque magno vnquam abſtulit periculo

Poſt *ſuccrotilla*] Difficile eſt reperire, quid Feſtus voluerit, Agnoſcitur tamen verſus Plauti: Cũ extortis talis, cum todillis cruſculis. Vide Todi.

Ante *Suculum*) De Succulis loqui Feſtũ nõ dubito, quas Græci hyadas appellant. licet quædam mendoſa ſint in his dimidiatis verbis. Cic. li. II. de nat. deor Has Græci ſtellas hyadas vocitare ſuerunt, à pluendo. ὕειν enim eſt pluere. noſtri imperite ſuculæ, quaſi à ſuibus eſſent non ab imbribus nominatæ. Vide Gell. lib. XIII. cap XI.

*Suffiſcus*] Pedian. lib. II. Verrin. Sportæ, Sportulæ, & Sportellæ, nummũ ſunt receptacula; & ſacci, ſacculi, & ſacelli; & crumenæ, & vellereæ, & ſcorteæ; & manticæ, & marſupia. Ita fiſci, fiſcinæ, fiſcellæ ſpartea ſunt vtẽſilia ad maioris ſummæ pecunias capiẽdas. Vnde quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ, quam priuatæ; vt pro cenſu, P. R. ærariũ dicitur: pro loculis, & arca, theſauri; pro ſaccello fiſcus. vnde fiſcus pecunia publica (& cõfiſcare) dici ſolet. In quibus verbis pro cenſu populi Ro. ſcribimus, non priuato, vt editum eſt. Illa etiam verba & confiſcare delenda eſſe putamus.

*Suffragat* ....) Quod dicam aſſerere non poſſum; ſed vt aliquid dicam, ita ſcribi hæc poſſe putarem. Suffragatores dicuntur natu maiores hi qui vulgo in vſu erant, & vt minus apparerent iuncta ſuffragia, ſuffragator, quam quiſq; fieri vellet, notabat priuatim ſcriptis candidatorum hominum nominibus.

*Sultis*) Mendoſe ſcripta ita emendauimus, vt licet Feſtus id non ſcripſerit, quod eum feciſſe aliquibus indiciis exiſtimamus; tamen id ipſum, quod ſcripſimus lector non aſpernetur. Cicero in Oratore: Libenter etiã copulando verba iungebant: vt ſodes, pro ſi audes; ſis, pro ſi vis. Iam in vno capſis tria verba ſunt. Vide Sodes.

*Summuſſi*) Carmen Terentij à Paulo relatum nõ reperio.



Sed videtur eſſe alterius poetæ ex Feſti reliquiis. In Adelphis tamen ille ait: Accipiunda, & muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt.

*Supat*] Vide Inſipare, & Inſipere.

*Supellectilis*] Senex ſenis, nullam ſyllabam accipit: ſupellex ſupellectilis, duas recipit. Vide Chariſ. lib. I.

*supercilia*] Varro lib. IV. de ling. Lat. eadem ſcribit. Sed Pli. lib. XVI. cap. XLIV. à luco Lucinam dictam eſſe exiſtimat. Fuiſſe autem lucum eo loci. Varro eodem libro quarto affirmat.

*ſupereſcit*] Verba Attij mendoſa ſunt.

*ſuperſtites*] Cicero lib. II. de nat. deor. Qui totos dies precabantur, & immolabant, vt ſui liberi ſibi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati. Hæc vulgaris interpretatio illa prior reperitur in formulis, quas irridet Cicero in oratione pro L. Murena: Vtriſque ſuperſtitibus præſentibus iſtam viam dico. Quo loco vereor, ne pro vtriſque viriſque ſcribendum ſit.

*ſupparus*] Vtitur hoc verbo Plautus in Epidico. Sed à Feſto alia multa poetarum exempla afferuntur. in quibus Afranius in Epiſtula ex Nonio Marcello.

*ſupparus*] Camiſiam dixiſſe Feſtum non arbitror, vt nec minare: licet vtroque verbo Paulus vtatur.

*ſuppernati*) Præter Pauli epitomen referebat Feſtus Catulli verſum ad Coloniam, vt Politianus olim animaduertit. Sed in duobus verbis, vt arbitror, aliter ſcripſit Feſtus, atque hodie librarij edere ſoliti ſunt. In foſſa Ligari iacet ſupernata ſecuri. Politianus expernata maluit: quod Marullus irriſit. alij ſeparata ſcripſerunt. Pro Ligari autem Liguri, & Ligeris alij immutarunt. Nos quid opinamur Feſtũ ſcripſiſſe, tradere contenti ſumus. contentiones grammaticis relinquimus. Eſt etiam adamas ſupernas ſcriptum in Auguſti ad Mæcenatem epiſtula apud Macrob. lib. II. Saturn.

*ſupplicia*] Hic multa Feſtus, quæ interpretem deſiderant, vel potius librum emendatiorem.

*ſuppremum*) Tria ſignificare hoc nomen Feſtus exẽplis docuerat, quæ à Paulo omiſſa ſunt. Summũ, vt cũ Plautus ait: Me ſupremum habuiſti ſemper. Extremum, cum lex duodecim tabularũ: Solis, inquit, occaſus ſuprema tem-

peſtas eſto. Viden. Varro lib.v.de ling.Lat. Gell.li.xvII. cap.II.& Cenſorin.de die natali, item Plin.li.vII.ca.Ix. Tertiæ ſignificationis exemplum eſt, ſuprema multa, id eſt maxima. de qua Sex. Pompeius ſæpius ſcribit.

*Suppum* ) Græci ὕπτιον dicunt ſupinum. ſiluas autẽ veteres ſcripſiſſe, nõ ſyluas, omnia antiqua monumẽta teſtãtur.

*Surrempſit*) Verba Feſti interpretem deſiderant, & vidẽtur ad alia verba etiam pertinere, præter ſurrempſit.

*Surum*) Vide Rigido, & Crebriſuro. Verſus Ennij mẽdoſus eſt.

*Suſque deque*) Plaut.in Amphit. Atque id me ſuſque deq; eſſe habituram putat. Vide Gel lib.xvI.ca.Ix. Nõ placet interpretatio, vt ſit idẽ, quod plus minuſve. neque etiam idem quod vſque. malim pro nihilo, aliudve ſimile.

*Sutelæ*) Fulgentius quaſi ſubtiles telas dici exiſtimat, refertque Plautum in Caſina hoc verbo vti, ſed & in Captiuis quoque reperies.

ante *Sycophantas*) Plaut.in Caſina. Sed facito dum memineris verſus, quos cantat colax. Cum cibo tum quiqui facito, vt veniant. quaſi eant Sutrium. Liu.lib.vI. ſcribit Camillum Sutrium quam citiſſime recuperaſſe. Feſtum igitur opinamur, hoc prouerbiũ hoc loco fuiſſe interpretatum Sutrium ire, eiuſque originem tradidiſſe ex Gallico tumultu, cum edictum eſt à Camillo, vt legiones cum cibo ſuo Sutrij præſto eſſent.

TAEPOCON) Varietatem librorũ in margine ſcribi curauimus: Sed cui adhęreamus, nõ habemus. Quod vero Cic.lib.II.de Diuin. aſſerit Sibyllam quædã verba ita reliquiſſe ſcripta, quæ ex primis ſingulorum verſuũ litteris conficerentur; quæ ab eodem ἀκροστιχὶς appellantur: habet aliquid cũ hoc ſcribendi genere cõmune.

*Tages*) Viden. Cicero lib.II.de Diuin.

*Talaſsione*) Multa hac de re Dionyſ. Liu. & Plutar. ex quibus facile intelligitur, quod Pompeius ſcribit; ſub Romulo Sabinam raptam fuiſſe virginem vnicæ pulchritudinis à Thalaſſione, & quod ei id coniugium fuerit felix, in nuptiis ominis gratia redintegrari, id eſt identidem dici, ac repeti id nomen. Sunt qui Thalaſionem appellent, ſunt qui Talaſſium, vel Thalaſſium.



*Talentorum*] Mendoſus locus, & qui non patitur emendationem. Hoc vnum recte eſt Talentorum non vnũ eſſe genus & Atticum eſſe ſex milliam denarium. Cetera incerta ſunt. Plin lib.xxxv.cap.xI. Talẽtum Atticum denariorum ſex millibus taxat M. Varro. ita enim ſcribẽdum eſt. Pollux lib Ix. Talentum Atticum ſex millium drachmar. Atticarum, Babylonicum ſeptem millium, Aeginæum decem millium, Syrium mille & quingentarum drachmarum, item Atticarum. De talento Attico idem elicitur ex Liuio lib. xxxIIII. Athen.lib. IIII. cap. vI.& aliis. Sed Babylonicum eſſe ſeptuaginta duarum minarum Atticarum ſcribit Aelianus lib. I. cap. xxII. de varia hiſt. id eſt ſeptem millium & ducentarum drachmarum. Vide Euboicum.

*Talionis*] Viden. Gell. lib. xx. cap.I. ſed hic melius verba legis xII. tab. referuntur.

*Talipedare*] Vide Taurij.

*Taminia vua*] Viden. Plin.lib. xxIII. cap.I.

*Tammodo*] Locus Attij non eſt L. Attij, ſed M. Attij Plauti in Trinummo.

*Tandem*) Cicero initio orat. ij. in Catilin. Tandem aliquando Quirites, &c.

*Tapete*) Tappete ſcribendum eſt, & fortaſſe Tapete, quod & maſculini, & neutri generis eſſe apud pœtas Nonius oſtendit.

*Tapullam*) Tappula cognomen Villiorum, ex qua familia P. Villius T. F. T. N. Tappula cos. fuit cum L. Cornelio Lentulo anno DLIIII. ex faſtis Capitolinis, & Liuio in extremo libro xxxI.

*Tartarino*) Ennius, vt arbitror, ſcripſit: corpore Tartarino prognata Paluda virago. Viden. Varro lib. vI. de ling. Lat. & Probus ecgl. vI.

*Tauras*) Paulus originem ex Græco omiſit, quæ veriſſimilior viſa eſt Feſto.

*Taurij*) Maxima pars verborum Feſti ex epitome Pauli recte intelligitur. Cetera, quæ ex Varrone referuntur, mihi valde obſcura ſunt. affinia autem ſunt verbo Talipedare, de quo ſupra.

*Tegillum*) Plaut. in Ruden. Tegillum eho illud mihi vnũ areſcit, id ſi vis, dabo. Eodem amictus, tectus eodem

eſſe ſoleo, ſi pluit.

*Tela*) Vide arma.

*Templum*) De templo multa Varro lib. vi. de ling. Lat.

*Terentum*) Vide Sæculares, & Paſcales. Auſon. in Ternario: Trina Terētino celebrata trinoctia ludo. Quæ de equis quadrigariis hic dicuntur, aliena ſunt à ludis ſæcularibus; & fortaſſe ideo acerbe reprehenſa à Feſto. ita enim ait aduerſus Verrium, vt opinor. quod quam aniliter relatum ſit, cuiuis manifeſtum eſt.

*Teſca*] Varro lib. vi. de ling. Lat. Loca quædam agreſtia, quod alicuius Dei ſunt, dicuntur teſca. nam apud Attiū in Philoctete, Lēnia. quis tu es mortalis, qui in deſerta, & teſca te apportes loca? & poſtea. quare heic qui teſca dixit non errauit. neque ideo quod ſancta, ſed quod ibi myſteria fiunt, ac tuētur, tueſca dicta, poſt teſca. & poſtea. quare à tuendo & templa, & teſca dicta. Ex his magnam partem verborum Feſti intelliges.

*Tippula*) Plaut. in Perſa. Neque leuius tippulæ, &c.

*Titinnire*] Afranij verſus refertur à Nonio, ex Vopiſco. Titinnire ianitoris impedimenta audio.

*Titiuillitium*) Græca verba ex Ammonio reſtituit Fuluius noſter. Plaut. in Caſina. Vide Fulgen. Placiad.

*Togatarum*) Videtur oſtendere Feſtus differentiam inter prætextatas, togatas, & tabernarias comœdias, niſi forte velimus dicere, togatas eſſe dictas, vt differant à palliatis, quæ ſint ex argumentis vrbanis; nam palliatę ſunt Græcarum fabularum. Togatarum autem alias eſſe prætextatas ingenuarum perſonarum; alias vero tabernarias vilium perſonarum. togis enim prætextis vtebantur ingenui pueri, ac puellæ: in tabernis vero verſabantur ſerui & plagiarij, vt Feſtus ait, & alij humilis condicionis viri, ac mulieres. Vide Prætextæ.

*Tollenno*) Vide Reciprocare.

*Tongere*) Tongere Aelius Stilo ait noſcere eſſe; cum & Præneſtini tongitionem dicant pro notione. ſignificat etiā latius dominari. Ennius: Alij rhetorica tongent, & vincere quādoq; videtur ſignificare. Hæc fortaſſe Feſt⁹.

*Tonſilla*] Attij carmen mendoſum eſt.

*Topper*] Illa vidētur mendoſa. Ennius vero ſic, & in veteri libro habent notam R. litteræ. In Attij carmine mutat



Faernus noſter: patris te eiecit foras. Ex Odyſſia vetere verſus relati ſenarij ſunt magis, quam heroici. ideo ſuſpecti ſunt.

*Torrere*] Plaut. in Caſina. Vna ædepol opera in furnū, &c.

*Toxicum*] Toxicum dicitur ceruarum venenum, quo quidam perungere ſagittas ſolent. Hoc exemplis Cæcilij, & Afranij confirmat Feſtus.

*Tributorum*] Læuino II. Marcello IV. Cos. ex Liuio & ceteris, anno DLIII. in Capitolinis faſtis.

*Trientem*) Liu. lib. vi. T. Quinctius ſemel acie victor binis caſtris hoſtiū nouē oppidis vi captis, Præneſte in deditionem accepto, Romam reuertit. triumphāſque ſignū Præneſte deuectū Iouis Imperatoris in Capitoliū tulit. Dedicatum eſt inter cællā Iouis, ac Mineruæ; tabuláq; ſub eo fixa, monumentū rerum geſtarū his ferme inciſa litteris fuit. Iupiter, atq; diui omnes hoc dederūt, vt T. Quinctius Dictator oppida nouē caperet. die xx. quam creatus erat, Dictatura ſe abdicauit. Omiſit Liuius, quę de corona Feſt⁹ ſcripſit. Vide Seſtertij. Poſtrema verba ita ſcriberem: ſi tres aſſes ſunt, & quadrās, quartus quadrans dicitur. Vide Mæcian. de aſſe. Aruntium, & Didymum apud Priſcianum, ſiue quem aliū de ponderibus.

*Triſulcum*] Triſulcū fulmen fuit dictū, quia id aut incēdit, aut findit, aut terebrat. Hæc eſt Feſti, vt arbitror, ſentētia. Vide Manubiæ. Seruius lib. II. Ae. Fulminū tria genera eſſe dicit; quod afflat, quod incendit, quod findit.

*Troſſuli*] Vide Iunium Gracchanum apud Plinium lib. XXXIII. cap. II.

*Truo*] De onocrotalo, Viden. Plin. lib. v. cap. XLVII.

*Tubiluſtria*] Varro lib. v. de ling. Lat. Tubiluſtriū appellatur, quod eo die in atrio ſutorio ſacrorum tubæ luſtrātur. Bis autē id fieri docēt faſti, x. Kal. Apr. & x. kal. Iun. in quibus TVB. vel TVBIL. adſcriptū eſt. & Ouid. lib. III. Faſtor. Summa dies è quinq; tubas luſtrare canoras Admonet, & forti ſacrificare deæ. Loquitur autē de quinto die poſt quinquatrus, quæ dies Mineruæ ſacræ dicebantur. & lib. v. Proxima Vulcani lux eſt, quam luſtria dicunt: Luſtrantur puræ, quas facit ille, tubæ. Ex his verba Feſti intelliguntur, excepto, quod de Arcadia dicit. Tubi vero qui ſint omnibus notum eſt.

*Tudites*] Tuditani Sempronij dicti, quorũ primus, vt arbitror, M. Sempronius Tuditanus Cos. fuit cũ C. Claudio Centhone anno P.R. C. D. XIII. ex faſtis Capitolinis.

ante *Tullianum*] Tuguria à tecto appellãtur vilia & ſordida. Hæc exemplis Aſtanij, & Cæcilij in Hypobolimæo, Feſtus confirmabat. Quod Verg. in eclog. ait: Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen. Seruius tugurium à tegendo dictum interpretatur.

*Tumu* ....] Tumultus cauſa milites dicuntur lecti ob ſubitũ timorem. vnde etiã tumultum dici ait Verrius, qui ab aliis oriatur, quam ab Italicis, & Gallicis hoſtibus. Alij tantum bellũ Galliæ, & Italiæ. Itaque nullum aliũ præter, quam Gallicum, aut domeſticum ita appellant. Hæc vel his ſimilia Feſtus. Cicero Philip. VIII. Quid eſt enim tumultus, niſi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur; vnde etiam nomen ductum eſt tumultus. Itaque maiores noſtri tumultum Italicum; quod erat domeſticus; tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant.

ante *Turbellas*) Tumulum Aelius ſic definit: Tumulus eſt cumulus harenæ editus ſecundum mare, fluctibus, ventíſque cumulatus. vnde ſimiliter, & manufactus, & naturalis proprie dici poteſt. Sic fortaſſe Feſtus.

*Turbellas*) Plaut. in Pſeud. Quo pacto, & quantas ſoleam turbellas dare.

*Tuſcum vicum*] Varro lib. IV. de ling. Lat. ait Cœliũ montem à Cœle Vibenno Tuſco dictum, qui Romulo auxilio fuit contra Sabinum Regem. Hi qui cum eo venerũt poſt eius obitum, quod nimis munita loca tenere dicerentur, deducti eſſe dicuntur in planum, & ab eis eſſe dictum vicum Tuſcum idem ſcribit. Liuius, & Dionyſius videntur id ſequi, quod à Paulo in epitome ſcriptum eſt. Feſtus autem id ipſum initio dicit; duóſq; fratres nominat Cœlem, & Vibennum. poſtea opinionem Varronis paucis attingit.

*Tutulum*] Varro lib. VI. de ling. Lat. Ennij verſum refert, qui ad Numam referuntur. Menſes conſtituit, idémque ancilia ..... Libáque fictores, Argios, & Tutulatos.

poſt *Tyrea*] Locus dignus interprete, ſed mihi adhuc obſcurus.



VAGVLATIO) Ex verbo Portum verba XII. tabu. emendata ſunt. interpretatio Feſti mihi nõ placet. Crederem ſignificare ad quærendum teſtimonium licere tertio die ante domum pauliſper vagari. ſed non facile antiquorum interpretationes ſunt reiiciendæ.

*Valgos*) Plaut. in Mil. vtrumque horum exemplum ponit. initium ſecundi eſt, Ea mihi, &c. Ideo titulus ille in Sitelitergo falſus eſt.

*Vaſtum*) Pacuuius in Teucro apud Nonium: Quæ deſideria alumnum? pænitudines Quales, Scapréſque inculta vaſtitudine?

*Veia*) Varro lib. IV. de ling. Lat. Veha breuis vehiculum eſt. & alio loco velabrum dicitur à vehendo. velaturam facere etiam nunc dicuntur, qui id mercede faciũt. hinc vecturæ.

*Velitatio*) Plaut. in Menæ. Neſcio quid vos velitati eſtis inter vos duos.

*Veruncent*) Pacuuius in Chryſe ex Nonio: Di monerint meliora: atque amentiam auerruncaſſint tuam. Vide Var. lib. VI.

*Veſpæ*] Suſpectus locus, quo refertur Martialis, quem non alio loco nominauerat, & Feſto fuit, vt arbitror, poſterior.

*Veſperna*) Vide Scenſas.

*Veſperugo*) Plaut. in Amph. Nec iugula, nec veſperugo, neque Vergiliæ occidunt.

*Ve victis*) Vtitur hoc prouerbio Plaut. in Pſeud. & Liu. V. pro Ap. Claudio P. Sulpicium tunc Tr. Mil. quod veriſimilius eſt, cum Brenno de fœdere egiſſe ſcribit.

*Vietus*] Terent. in Eun. Hic eſt vietus, vetus, veternoſus ſenex. Plaut. in Mercat. Acheronticus, ſenex, vietus, decrepitus.

*Vinulus*] Plaut. in Aſin. Oratione vinula, venuſtula.

FINIS.

IN

# SEX. POMPEI FESTI LIBROS DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

LIB. XX.

*IOSEPHI SCALIGERI*

IVLII CÆSARIS F.

CASTIGATIONES

Recognitæ & auctæ.

No añade nada el Expurgatorio del año 1707.

CLARISSIMO VIRO
IOANNI MONLVCIO
EPISCOPO COMI-
TIQ. DIENSI AC
VALENTINO.

IOSEPHVS SCALIGER
IVL. CÆSARIS F.
S.

NEMO eſt, ſaltem qui ſeſe hominem meminerit quem non aliqua diſcendi cupiditas teneat. IOANNES MONLVCI, vir clariſſime. Pauci quidem ſunt, fateor, qui aliquid bene ſciunt: ommes tamen hoc vnum affectant, vt aliquid ſcire videantur: cum in diſpari felicitatis euentu, pari diſcendi ſtudio ducantur. Id cum in omnibus, quæcunque agunt, aut moliuntur homines, ſemper patuerit, in nullo tamen

eius rei illuſtrius exemplum, quam in literarum ſtudiis eluceſcit. Cætera enim, quæcunque animos noſtros cognitionis deſiderio tangunt, neſcio quomodo finibus ſuis contenta, & quaſi pomerio finita eſſe videntur. Sola literarum voluptas infinita eſt, copia inexhauſta, ſitis immoderata. Mitto vetera illa ingenia, quæ ſi enumerem, nullus profecto dicendi finis futurus eſt. ad hanc ætatem noſtram, & fertiliſſimum omnium bonarum artium ſæculum te voco. Conſidera quæſo ante hos centum plus minus annos a Gotticis vſque temporibus, in tanta vaſtitate literarum, & omnis humanitatis ac politioris cultus neglectu, quam male cum mortalium genere agebatur: quos vel hoc nomine infelices cenſere debemus, quod ipſi infelices ſe eſſe ignorabant. Qui enim literis carere malum non putabant, profecto ÿ literas ſcire, bonum eſſe nunquam arbitraturi erant. Poſtquam ſingulari Dei optimi max. beneficio mentibus noſtris lux affulſit, & ab hominibus ſera tandem extorta eſt ignorantiæ confeſſio: tunc aſſidua priſcorum ſcriptorum lectione, atque vſu cognoſcere cœpimus, quanti noſtra intereſt aliquid ſupra vulgus ſcire. A quo tempore nunquam deſtiterunt homines ſtudioſi, non ſolū vt priſcos illos heroas imitarentur, ſed etiam vt, ſi fieri poſſet, ſuperarent, omnibus & animi & cor-

& corporis viribus contendere. Quod ſane difficile non erat in tanta ſtudiorum contentione, ſi ex illa priſcorum librorū copia quoſdam ſaltem nobis reliquos feciſſet vetuſtatis iniuria, quibus hodie ſi frueremur, aliorum deſiderium æquo animo ferre poſſemus. Iam vero pauciſſimi ex tot ſuperſunt, atque non omnes illi integri, ſed parte ſui trunca magis ſitim noſtram accendunt quam explent. Neque hoc fine ſtetit malum. Alia atque immanior peſtis, ac præcipua librorum labes fuit. homines nempe præpoſtere diligentes. iſtos dico, qui auctorum Epitomas conſcripſerunt: quos quomodo appellem neſcio. Nam vt taceam, quod ex bonorum auctorum mutilatione gloriam ſibi ac nomen iniuſte aucupabantur: quid mali non fecerunt, cum diligentia ſua alienæ negligentiæ viam munierunt? Nemo enim fere extitit, qui illorum epitomas integris Scriptoribus non prætulerit: atque adeo qui non maluerit in ſinu ſuo Florum, aut neſcio quem alium geſtare, quam totum Liuium in Bibliotheca legere. Permanauit ab illis temporibus ad noſtra tempora ſcabies illa, ac cacoethes de auctoribus bonis male merendi. Inuenies enim hodiéque, qui & illas veteres Epitomas malint, & nouas vltro conſcribant. Sed de illis alias. de veteribus enim Epitomarum concinnatoribus loquor. quos vt ego

F

valde improbo, ita etiam vt omnibus modis im-
probandum inter eos pono Paulum Diaconum
Longobardum, hominem, meo iudicio, confiden-
tiſsimum, ac vti res ipſa docet, ineptiſsimum. Is
victo ac profligato Deſiderio, qui vltimus Lon-
gobardorum Rex fuit, captus a Carolo Magno
Imperatore, magnam & a victore, & a poſte-
ritate ſe initurum gratiam putauit, ſi Sex. Pomp.
Feſtum, quo ſcriptorem vtiliorem lingua Latina
non habet, mutilaret, & tanto poſteritatis dam-
no ſe a victore redimeret. Parum abeſt, quin
merito factum dicam. Feſtum enim, qui Verrij
Flacci libros breuiaſſet, æquo animo debuiſſe
ferre, ſi quomodo ipſe Verrium tractauerat, ſi-
militer ipſe ab iſto Paulo acciperetur. Hoc vnũ
excipio: ſi Feſto hoc modo pereundum fuit, digni-
orem arborem, vt eſt in prouerbio, ſuſpendio deli-
gendã fuiſſe. nihil enim illi peius potuiſſe accide-
re, quam quod in huius Pauli manus inciderit.
qui eum ita fœde laniauit, atq; inhoneſtis vulne-
ribus confecit, vt cadauer pro homine, truncum
pro corpore, ſemianimẽ pro viuo nobis reliquerit.
Itaque hominis prodigioſos errores, atq; craſſam
ignorantiam deteximus, quatenus ſola coniectu-
ra negotiũ confecimus. Eo enim vnico præſidio
vſi ſumus vſque ad vndecimum librum: a quo
fragmenta incipiunt, quæ beneficio probiſsimi,
atque eruditiſsimi viri Antonij Auguſtini, E-
piſcopi Ilerdenſis edita ſunt. Ea eiuſmodi ſunt,
vt in illis fundamenta quidem ac rudereta pri-
ſcorum ædificiorum agnoſcas, ita tamen, vt quid
in illis fundamentis olim inædificatum fuerit,
facilius diuinare poſsis, quam ædificium ipſum a
fundamentis excitare. Nos autem tametſi non
ignoramus, quanto feliciorem operam nauare
potuiſſent in hoc auctore emendando eruditiſsi-
mi viri, tamen hoc affirmare poſſumus, non po-
tuiſſe diligentiorem præſtari, quam ipſi præſti-
timus. Ex iis enim, quæ ſana quidem nondum
ſunt: non tamen penitus deſperata eſſe videntur,
pauca admodum alienæ diligentiæ reliqua feci-
mus. Nam alia vlcera tangere, hoc eſſet, vt in-
quit ille, cum ratione inſanire. quod de illis reli-
quis dictum volo, in quibus vnius, aut alterius
voculæ veſtigia vix apparent. Tantum autem
profecimus ex huius præſtantiſsimi Scriptoris e-
mendatione, vt ea e tenebris eruerimus, quæ
antehac nec nobis ipſis cognita fuerunt, nec te-
mere apud vllum veterum reperias: tot nempe
vetuſtatis veneranda monimenta, præſertim
ex antiquiſſimo Romanorum tum ciuili tum
pontificio iure: item ex Regiis legibus, ex duo-
decim Tabulis, ex antiquis fœderibus, & aliis,
quæ enumerare labor eſſet. Quæ qui inutilia

*dixerit, velim is nos doceat, quid vtile vocet in literis. Si enim antiquitatis cognitio nihil prodeſt, non video quid nobis literæ proſunt. Quod ſi minuta quædam, vt vocularum quarundam explicationes occurrent. quæ videtur ad quenuis potius de plebe Grammaticorum pertinere, quam ad eũ, qui ſerias ac ſeueriores literas colit: peto ab illo ne tam leuia hæc putet, vt deſperet ea digna eſſe lectione ſua. Inueniet & in illis quod diſcere poßit. Cæterum de vtilitate huius libri nunc agere, quia declamationes non ſcribimus, inutile, ac ſuperuacuum puto. Is eſt enim ſcriptor, qui omnium manibus quotidie teritur, & ſine quo humanioris literaturæ candidati ad perfectam Romanæ antiquitatis cognitionem, quæ ſunt iuris noſtri incunabula, peruenire non poſſunt. tot vetuſtatis theſauros, tantam copiam bonarum rerum in hoc inſtructißimo penu reconditam eſſe intelligunt. Quare celeberrimum ſcriptorem commendare, hoc eſſet plane laudare, quem nemo vituperat. Hoc vnum tamen ſpero, quod, tametſi ad eius laudem nihil addi poſſe prædicatione hominum videbatur, tamen non minimus ad eam cumulus acceſſerit ex patrocinio tuo, quod illi paro, IOANNES MONLVCI, ſi ita tibi videtur, & ſi tanti facis lucubratiunculas noſtras, vt illæ non tantum propter ipſum auctorem legi, quam propter te, qui eas probaueris, commendari poßint. Profecto ita intelligo, ita ſpero, nec me fellit augurium meum: omnes virtutis ac bonarum literarum amatores, quod genus hominum ego valde veneror, vix aliter animum ſuum inducturos, quam bona eſſe, quæ tibi dicamus, cum tibi, homini ſcilicet grauißimo, atque eloquentißimo, vberrima literarum cognitione inſtructißimo, rerum noſtræ Galliæ intelligentißimo, ac tot legationibus ſub quatuor regibus feliciſſime functo opellam noſtram, ac vigilias placuiſſe animaduertent. Accipe igitur mei in te amoris, atque obſeruantiæ pignus, non illud quidem tam perfectum, vt ad eius ornamentum nihil addi poßit: certe eiuſmodi, vt de amoris in te mei teſtimonio nihil detrahi poſſe videatur. Vale. Abenni in agro Iulioduneſi: XI. Kal. Nouembr. CIƆ IƆ LXXIV.*



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

[redacted]

Φρεισκίσνου τοῦ Πόρδου.

---

[redacted]

Ἰωάννου Σερρανοῦ.

# IOSEPHI SCALIGERI IN SEX. POMPEI FESTI LIBROS DE VERBORUM *ſignificatione*.

## CASTIGATIONES.

ABditium] Gloſſariũ optimũ vetus: Abditiuus, ἀποσταθείς. Abdere enim contrarium τῷ Indere. Quare non immerito pro abortu.

*Abemit*] Gloſſarium: Abemit, ab eo accepit, ἔλαβεν. Sic Surremit, ſurſum emit. hoc eſt ſuſcepit. &, Surrempſit, ſuſceperit.

*Abietaria*] Mallem, Abietaria negotiatio, quam materiationem nunc dicimus. ſubiicit enim: videlicet ab abietibus coemendis, vt non ſint ξύλα, ſed ξυλουργία. quam Vitruuius, & alij recte materiationem vocant. vulgarem tamen lectionem retinere poſſumus.

*Abitionē*) Notauimus in Coniectaneis, quantum veteres δυσφημίαν vitauerint in mortis mentione. vt de mortuo dicebant, VIXIT. & in veteribus marmoribus idem viſitur, præſertim in illis, quæ extant Narbonæ, vt VIVIT. C. FLAVIVS. FELIX. &, VIVIT. VALERIVS. EMELLVS. &, VIVIT. DOMITIVS. PRIMVS. Itaq; ABIIT dicebant, pro periit. Tertull. Si de aliquo iampridem defuncto tanquam viuo quis requirat, præ manu occurrit dicere: ABIIT IAM, &, REVERTI DEBET. ſic pro eodem dicebant, FVIT. vt notamus alibi.

*Abnutare*) Abnutiuum in Pandectis. quod in conſtitutionibus Græcis non raro dicitur ἀνανεῦσαι. ſic Martianus orationem abnutiuam, & adnutiuam, τὴν ἀποφατικὴν, καὶ καταφατικήν. & Gloſſarium: Abnutiuum, ἀπωμοτικόν.

Adnutiuum, κατανευστικόν. Abnutiuum, & Adnutiuum quod vocat Martianus Capella, eſt Negatorium, & Cõfeſſorium.

*Ab oloes*] In lege Regia: SEI. PARENTES. PVER. VERBERIT. AST. OLOE. PLORASSINT. PVER. DEIVEIS. PARENTVM. SACER. ESTO. In hac lege, OLOE, eſt olli, vel illi. Nam E, poſt in O, vt Apello, & Apollo. Deinde non geminabant literas. poſtremo, Nominatiui maſculini plurales, qui poſtea in I, antea in OE deſinebant. ſic in carmine Saliari, PILVMNOE POPLOE. hoc eſt, Pilũni populi. & FASCINOE pro Faſcini.

*Abortum*] Verbum elegans, Aboriri. Varro Gallo Fundanio de Admirandis: Vinum, quod ibi natum ſit in quodam loco, ſi prægnãs biberit, fieri vt aboriatur. Titulum Varroniani libri emendamus ita apud Nonium.

*Acerra*] Gloſſarium: Accepturaria, λιβανωτρίς. Acerra turaria legendum.

*Acetare*) Sic ſubicitare, inicere, & ſimilia.

*Acieris*] Gloſſarium: Acieris, ἀξίνη ἱεροφάντου, ὡς Πλαῦτος. & Aciarium, ςόμωμα. &, Denticulum aciarium, ςομωμάτιον. vnde Itali æs vocant Aciaio. Significat & idem, ἐκφιδοτήκην.

*Acclaſsis*] Gloſſarium: Acclaſſis, λώματα. vide Calaſis.

*Acrumæruma*] Veteres editiones: Acrumæruma. Lego, Aerumina. quæ dicta ſunt, vt Græce χαλκώματα, ἀργυρώματα, χρυσώματα. eo enim nomine intelligunt Græci ænea, argentea, aurea vtenſilia. Melius tamen legeretur Aeramina.

*Acupedium*] Lucillius Agipedem dixit: Agipes vocẽ mittere cæpit. Gloſſarium: Aequipedium, ὀξυποδία.

*Acus*] Quod ait: Exercitus quoque inſtructio &c. falſum eſt. Non enim Acum, ſed Aciem dicimus. Porro Acũ intelligit, quam alibi Cnaſonem vocat, quæ & diſcerniculum vocatur. Lucillius XXX. Euplocamo digitos, diſcerniculumque capillo. Græci καλαμίδα. Apuleius acum crinalem. de qua Martialis:

Tenuia ne madidi violent bombycina crines,
Figat acus tortas ſuſtineatque comas.

Ita enim legendũ in Martiali. Nam in vulgatis perperã, madidos. Quod adeo eius loci ſententiã turbarat, vt Turnebo viro doctiſſimo ſuſpectus quidẽ locus fuerit: emendare autem dum tentat, totum ſenſum poëtæ inuerterit. de Ornatrice habes apud Suetonium, Iuuenalẽ, & eundẽ Martialem. Græci & κοσμήτριαν, & κομμώτριαν. quo nomine Fabula edita à Næuio. Fuitque munus illud peculiare, vt quædam ancillæ nihil aliud quam ornatrices eſſent: vt patet ex veteri inſcriptione: CINERIBVS. HAMILLAE. ALBIONIAE. QVINTAE. ORNATRICI. FESTVS. M. SEPTIMI. GALLI. DISPEN. CONTVBERNALI. B. M. F. ET. SIBI.

*Adaſia*] In Gloſſis Iſidori; Adaſia, ouis maior natu.

*Adaxint.*] Plaut. Aulular.

*Addubanum*] Lege. Ad dubienum: ad dubium. Vt ab alio alienus, à ſocio ſocienus: ſic à dubio dubienus.

*Adues*] Veteres dicebãt creduo, & adduo. Neque omiſerunt veteres illæ Gloſſæ: Adduo, προστίθω. & lex. XII. Tabularum: SEI. PATER. FILIOM. TER. VENOM. DVIT. FILIOS. A. PATRE. LEIBER. ESTO. Nam vulgus male edit, venumdauit: imo barbare, & inepte.

*Adfatim*] Verba Liuij, Adfatim edi, bibi, luſi, ſunt ex veteri Odyſſea. quod Homerus dixerat:

Τῶν δ' ἔφαγόν τ' ἔπιόν τε, καὶ ἀφροδισίοισιν ἔδωκα.

Nam cum melior pars veterum interpretum in eo loco τὸ ἀφροδισίοις exponeret ἀφροδισίοις, quod verum eſt, quicquid excuſet Euſtathius, & prudentes ac ſcientes errant, qui aliter exponunt. Latinus interpres vetus lõge caſtius dixit Luſi. & tamen abunde expleuit ſenſum Homeri. De eo loco Homeri, vide amplius loquaciſſimum eius interpretem Euſtathium. locus eſt Ὀδυσσείας ό.

*Adfinis*] Gloſſarium, Adfinis· ὄμβρος πρὸς γένος, lege: Adfinis, γαμβρὸς, πρὸς γένους. Idem poſt: Adfinis ἀγχιτέρμων, καὶ ὁ κατ' ἐπιγαμίαν συγγενής. Adfinis, ἀνέψιός.

*Adgretus*] Eodem modo, quo Mertus, Pultus, & ſimilia. Non video quare dicat à Græco ἄγρει. Sane diu puto eſſe, cum deſideratur melior pars Græcarum vocum in hac Epitome Feſti. Nam quæ hodie extant, fere omnes arbitrio correctorum huc inculcatæ ſunt: vt iſtud ἄγρει.

quaſi illud Homericum ἄγρει μάν habeat aliquid cõmune cum Adgretus. Sed quare deducit à Græco, ſi dictum eſt pro Adgreſſus? Manifeſto verba hæc vltima intruſa videntur ab aliquo ſciolo, ſiue ipſe Paulus mutilator fuit, ſiue alius quis illo non doctior.

*Adigas*] Puto legendum: Adigas, ad rem cogas. Nam vt ineptum eſſet putare verbum Adigere eſſe, cogere dare: ita Latiniſſimum ſcimus eſſe Adigere, ad aliquid cogere, vt Adigere aliquem arbitrum: Adigere aliquem iuſiurandum ἐπάγειν ὅρκον. Et melius veteres Gloſſæ: Adegit, προσηνάγκασεν. potes & legere: Adigas, adire cogas. Quod veriſſimum putamus.

*Admittat*] Verſus Næuij integriores poſuimus in Coniectaneis. ſunt hi: --- Quaſi in choro pila

Ludens datatim dat ſe, & communem facit.
Alium tenet: alij nutat: alibi manus
Eſt occupata: alij perpellit pedem.
Alij anulum dat ſpectandum à labris.
Alium inuocat. cum alio cantat. attamen
Aliis dat digito literas ---

*Adoleſcit*] Sine dubio legendum: Adoleſcit, ab oleſco, id eſt creſco, venit. Quod confirmatur ſequentibus. Exoletus, inquit, qui exceſſit oleſcendi, id eſt creſcendi, modum. vide Suboleſcit. Animaduerte ſemper in hac lacera & miſera Epitoma inter alia, quæ ab importunis emendatoribus ſuppoſita ſunt, duo ſæpius occurrere: aliquam etymologiam Græcam, vt hic: & voces has, ID EST. Quod locis ſuis indicabimus. Alioqui ſi voluiſſemus ſtultorum more, vt inquit ille, eſſe moleſti, & hariolari id dictum à Feſto, quod nunquam illi in mentem veniſſet, potius legeremus, à Græco ἄλδω, vel ἀλδαίνω.

*Adoptatitius*] Iſidori Gloſſæ: Adoptarius, puer ex adoptato natus. Vtra lectio melior, neſcio.

*Ador*] Adur dicebant veteres. quod Græcum eſt, ἀθὴρ, nulla litera immutata præter θ, in d. vt θεὸς, Deus. Dicitur & Adus, Aderis. Gloſſarium: Adus. σῖτος. Ita enim legẽdum. Poſteà declinatum Adus, Adoris: vt pignus, pigneris, pignoris: tempus, temperis, temporis. Itaque fit, vt in obliquis ſecunda nunc producatur, nunc corripiatur.



A. Gannius vetus poëta corripit in illo verſu:

Illam ſponte ſatos adoris ſtrauiſſe maniplos. Item:
Hic adoris dat primitias tibi: ſanguine libat.

Auſonius:

Mox ador, atque adoris de polline pultificum far.

Producit idem Gannius in illo:

Emicat in nubes nidoribus ardor adoris.

Quare doctiſſimus Grammaticus Priſcianus ait irregulare hoc nomen eſſe, quod cum in or terminetur, tamen obliquos corripit contra aliorum naturam: & cum neutri ſit generis, tamen in or deſinit. Vtrunque falſum. Nam neque cum obliquos producit, eſt neutri generis, ſed maſculini: neque cum neutri eſt generis, in or terminatur. Quãuis enim dixit Auſonius, Mox ador, atque adoris: de polline pultificum far: tamen ador dictum pro adus: vt Corpor dicebant in neutro. ſed Adus in neutro dictum, & Ador in maſculino, vt Decus, & Decor. Porro Ador eſt far, ſeu ζειά. In Gloſſario tranſpoſita ita ſuo ordini reſtitues, & emendabis. Ita vulgo legitur Ador, υἱόθετος Ador, προσενήνεγκεν ζειά. lege: Adoptatus, υἱόθετος. Ador, ζειά. Adparat, προσήνεγκεν. παρασκευάζει, εὐτρεπίζει. In eodem legitur: Adoria, εἶδος σίτου.

*Adoream*] Gloſſarium vetus, cuius ope multa vetuſtatis ſitu ſepulta eruimus: Adorioſus, ἔνδοξος Αστομμπιος αμορνικιας πεμπτος. Lege: Adorioſus, ἔνδοξος ὡς Πομπήϊος. Ador, νίκη, ὡς Πομπήϊος. Quin intelligat noſtrũ Pomp. Feſtum dubitandum non eſt. Hinc, quam multa ad arbitrium ſuum mutauerit, mutilauerit, peruerterit Longobardus iſte, facile aduerti poteſt. Nã quæ Gloſſarius ille annotat, ex hoc integro loco depromta fuerunt ſine vllo dubio. Adorea pro laude accipi cœpta eſt, poſtquam præmium militibus frumentum erat, parta victoria. Plautus:

Qui multa præda, atque adorea affecit popularis ſuos.

*Adrumauit*] Frequentatiuũ vſurpauit Næuius, Rumitãt:

Simitu alius aliunde rumitant inter ſe.

Eſt verſus Saturnius. Alioqui Rumare, eſt θηλάζειν, vt de agnis dicebant veteres, quos propterea ſubrumos vocabant. Significat item φαμίζειν τὸν ἄσμα. Gloſſariũ: Rumat, ἐμβρωματίζει. Sed Iſidorus: Adrumauit, rumorem attulit.

Veteres Gloſſæ: Adrumo, conrumo, φημίζω. vulgo.

*Adſcriptitij* ] Ex his, quæ hic tractantur, docemur Adſcriptitios dictos Accenſos, & Velatos. Quod & idem infra confirmatur: Velati, inquit, appellabantur veſtiti, & inermes, qui exercitum ſequebantur, quique in mortuorum militum loco ſubſtituebantur. Poſtea in municipiis, itémque Romæ publici miniſterij nomen fuit Accenſus Velatus, vt apparet ex hac inſcriptione:

T. Statilius. Vol. Proculus
Accenſus. Velatus. &. Argentaria.
Eutychia. parentes. filio. optumo. &
Orciuiæ. AnthidI. vxorI. eius. ſibI
que. & ſuIs
LibertIs. libertabus. poſterIſ. que
eorum.

Item patet ex alio ſaxo, quod eſt in via Appia Formis, vt omnibus, qui Neapolin proficiſcuntur, in conſpectu ſit.

L. VARRONIO L. F.
PAL. CAPITONI
SCRIBAE. AEDILIC
ACCENSO. VELATO
II VIRO. QVINQVENN
CVRATORI. VIARVM
PATRONO. COLONIAE
ORDO. REGALIVM
QVORVM, HONORE
CONTENTVS. SVA. PECVN.
POLVIT
L. D. D. D.

*Adſectata* ] Veteres editiones, Adfectata. Recte. Plautus in Rudente:

A M. Ad vos venio. S C E. Accipiam hoſpitio, ſi nox venis, item, vt
Adfectatam. Nam nunc nihil eſt, qui te inanem*

Quem locum interpretabimur in editione Plautina, ſi Deus fauerit. Nam ita & legendum, & digerendi verſus.

*Adſerere* ] Lege: quæ in terrã demittuntur. Id explicauimus apud Varronẽ de re ruſtica. Nam quod Varro dixerat, Deſeritur, gloſſema appoſitũ eſt, Demittitur in terrã.

*Adſipere* ] In meis Gloſſis Iſidori: Conſipit, ſaporem habet. Tertullianus de pudicitia: Fermentum modicum totam deſipit conſperſionem. actiue poſuit.



*Adſtaſſent* ] Locus mẽdoſus. Legẽdũ: Adſtaſſint, ſteterint.

*Adtegrare* ] Locus mendoſiſſimus. qui tamen non erat nullius momenti, cum cognitionem vetuſtatis contineat. Nam quid eſt vinum in ſacrificiis augere? Neſcio an Pauli error ſit, qui mentem Feſti nõ aſſecutus eſt, cuius culpæ manifeſtæ alibi deprehenditur: an vero aliorũ, quos poſterior ætas tulit, barbarorũ emendatorum. Quicquid eſt, ego ſcio Feſtũ ita ſcripſiſſe: Adtegrare eſt, vino ſacrificiũ augere. Quin enim ita loquerentur veteres, neminem dubitare puto. Sic Plautus dixit, augere verbenis arã. Quin ipſa notio verbi fidẽ facit huic rei. Adteger eſt, προσθιγής, qui tactus, & deminutus eſt. Attigere enim veteres pro Attingere. vt cõtra, Integer, ἀθιγής, ἄθικτος. Quare & quæ ſequuntur, corrupta eſſe, ſi nõ aliud, certe obſcuritas loci, ex quo nullum idoneum ſenſum elicere poſſumus, facile conuicerit. Neq; ſolum hæc mendi indoles hunc locum fœdauit, ſed & tranſpoſitio. Legendum enim: Adtegrum enim, minus factum. integrare eſt in ſtatutum redigere. Vbi & lego, in ſtatum. Igitur vinum attegrum fit, & attegratur, cum libatur. Tunc enim minuitur, vt ſacrificium augeatur.

*Adteſtata* ] Fulgura adteſtata ſunt contraria Peremptalibus. Vide in Peremptalia.

*Adtubernalis* ] Male in Gloſſario: Adturubernalis, κατηλιγόνται. Gloſſæ Iſidori: Attibernalis, vicinus.

*Aduelitatio* ] Plautus: Velitationem verbis compendi fieri volo.

*Adulari* ] Puto legendum, Adulari, eſt compoſitum ex ad, & ludendo. In Gloſſario: Adol ἀθυδλευτις. Lege: Adolatus, ἀλεαθεὶς. In manu ſcriptis exemplarib. legitur adolari pro adulari. Neque temere in multis aliter ſcriptum reperias.

*Aduoſem* Gloſſarium: Aduores, ἐναντίοι, ἀντιβουλεύσαι.

AE ] Notum eſt in veteribus monimentis AIMILIVS ſcriptum eſſe. item in libris.

*Aedilis* ] Aedilis, inquit, primo magiſtratus dictus eſt. deinde ad magiſtratus trãſlatum eſt. Quid iſtud verbi eſt? Sane ego non intelligo. Et verum eſt illud verbũ MA-

GISTRATVS abundare, vt ita legatur: Aedilis initio dictus eſt, qui ædium non tantum ſacrarum, ſed etiam priuatarum curam gerebat. Nam hoc nomine omnes, vt loquitur Lucretius, ædituentes vocabantur: Aedilis enim principio æditimum ſignificabat. Hæc eſt mens Feſti. Gloſſarium: Aedilis ὁμῆλιξ, ἀγορανόμος. Vocat ὁμήλικα, qui in iiſdem ædibus adoleuit. In eodem, Aeditilis, νεωκόρος.

*Aedis*] Corruptum illud, Aedis, domicilium in edito poſitum. Imo contra Varro, quæ plano pede aditur, vult ædim dictam. Lego igitur: ædis, domicilium in aditu poſitum: ſimplex, atque vnius aditus. Et ſane ædes prius à veteribus Rom. dictæ fuerunt, quæ à Græcis οἰκόπεδα, hoc eſt ædificia, quæ de plano adeuntur, vel, vt Tertullianus in libro de pallio, planitus adeuntur.

*Aegrum*) Iam ſuperius monuimus plerámque Græcarum vocum partem ſuppoſitiam eſſe. Neque magis erratum eſt, quam vbi Græca vox deſiderabatur, vt hic ex vna etymologia duæ conflatæ. Sane illud ἀνιχρὸν, quod eſt poeticum, non eſt vnius aſſis. Sed ita puto Feſtum ſenſiſſe: Aegeum ex Græco à quibuſdam putatur à voce doloris appellari, αἶ αἶ Neque prorſus caret ratione. Nam veteres ſcribebant Aigrum.

*Aegyptino*) Hic Aethiopas accipiendũ pro nigris hominibus, non tantum pro natione. Nam Aegyptium vocabant nigrum, ſeu fuſcum. Gloſſarium: Aegyptium, φαιὸν. In quo ſequuti ſunt Græcos, qui αἰγύπτιον, μέλαν vocabant. vt & αἰγυπτιῶσαι, μελᾶναι. Vnde Plautus colorem fuſcum dixit volturinum. Nam αἰγύπιος, vultur. Græci cum ſcirent ab ipſis Aegyptiis Nilum שחור vocari, hoc eſt μέλαν, ἰσοδυνάμῳ verbo ſuo αἰγύπτιον reddiderunt. Nam αἰγύπτιος vt iam monuimus, μέλας. ſic cum ſcirent Edom ἐρυθρὸν Græce reddi, ab eo τὴν θάλασσαν ἐρυθρὰν appellauerunt ſinum Arabicum. Quod autem Nilum αἰγύπτιον vocarint, ſatis patet teſtimonio Homeri, qui αἰγύπτιον fluuium illum vocat. Cur autem Nilum vocarint, non magis mihi liquet, quam cur Iſtrum Danubium: Eridanum Padum: Ararim Sagonam.

*Aemidum*) Et Gloſſariũ: Aemidus πεφυσημένος Manifeſto ἀπὸ τοῦ ἥμα. Gloſſæ Iſidori: Aemidus, tumidus, inflatus.

Anatores



*Aenatores*] Romæ, & in caſtris longe diuerſiſſimus tubæ, & cornu vſus, vel æneatorum, & cornicinum. Romæ æneatores Comitia Tributa cõuocabant, cornicines Centuriata. in caſtris ad tubicinem milites tantum mouebantur, ad cornicinem etiam ſigna. & cum in militem animaduertebatur extra portam decumanam. vt & Romæ exercitus, ſeu Comitia Centuriata conuocabantur, cum cũ caput ciuis Romani animaduertebatur, deducebatúrque reus per exquilinam portam. Vnde claſſicum dictum, quod non niſi claſſes, & exercitus per cornu euocarentur. Gloſſarium: Claſſicarij, σαλπισταί. ergo æneatores vocat cornicines, quod, vt ait Varro, ex ære fieri cæpta, quæ antea ex cornu animalis. Græci tam cornicines, quam æneatores vno generali nomine vocant σαλπιστάς. Latini buccinatores.

*Aenulum*] Gloſſarium: Aena, λέβης. Iſidorus per E. Enulum, caldarium.

*Aequilauium*] Iſidorus quoque in Gloſſis: Aequilotium, æquatio.

*Aerarij Tribuni*] Et Gloſſarium: Aerarius, ταμιοῦχος.

*Aerumnulas*] Vt ab ἐλαμβὴν, vel ἠλαμβὸν, lamina, & lamna: ita ab αἰρεθμὼν, ærumina, ærumna.

*Aeruſcare*] Aeruſcatores, quos Græci ἀγύρτας, & μητραγύρτας vocant, etiam Aeſculatores dicebantur. Gloſſarium: Aeſculator, χαλκολόγος.

*Agaſo*] Gloſſarium: δοῦλος, κλητορία. lege, δοῦλος ἐπὶ κλήτορι.

*Agea*] Gloſſarium: Agear, ἀναβάθμιον. καὶ πάροδος πλοίου. vbi coniunctio καὶ ſuperflua eſt. Cætera corruptiſſima ita legẽdá: Agea, ἀναβάθμιον ἐν νηὶ, ἡ πάροδος πλοίου. Iſidorus in etymologicis lib. XIX. Agea, inquit, viæ ſunt, vel loca in naui, per quæ ad remiges hortator accedit. de qua Ennius:

Multa forom, pontes &, ageáque longa repletur.

Hæc ille, quæ emendationem noſtram confirmant.

*Agina. Aginatores*] Gloſſarium: Aginat, στρατεύεται. Aginare, στρατεύειν. Lege, πραγματεύεται. & πραγματεύειν. Id enim ſignificat negotiari. éſtque verbum infimæ vetuſtatis à Latino detortum. quo non raro vtuntur Conſtitutiones Imperatorum Græcæ. Et πραγματευταὶ in iiſdem Conſtitu-

tionibus. Iſidorus in Gloſſis: Acinari, tricari. in paruo morari. idem: Aginantes, explicantes.

*Agnus*] Quod venit ex Græco λύκος. imo, quod venit ex Græco ἡ λύκος. vult enim in eo ſecutos eſſe veteres Græcos, qui ἡ ἵππος, ἡ ἄρκτος, & ſimilia dicunt. Non enim hic quærit etymon lupi: ſed rationem, quare feminino genere dicunt veteres. porro quod ait agnum vtroque genere à veteribus enunciari, habes in Lege Numæ de opimis ſpoliis. AGNVM. MAREM. CAEDITO. Et in Pellex, AGNVM FEMINAM. nam non agnam, ſed agnum feminam dicebant. vt non lupam, ſed lupum feminam. Ennius: Endotuetur ibi lupu' femina conſpicio amens.

*Agolum*] Suſpicor detortum à Græco, ἀγελαῖον. nam prius Agelum. vt Apello, Apollo.

*Agonias hoſtias*] Gloſſarium: Agonia, ἱερεῖον. non Aglonia, vt hodie legitur. Item: Agonalia, & Agonaria, θυσία. Gloſſæ Iſidori: Agones, victimæ. Agonia, hoſtia.

*Agonium*] Non tam Paulo adſcribendi ſunt errores immanes, qui hic inoleuerunt, quam poſterioribus emendatoribus. Tranſpoſita enim multa: multa etiam corrupta. Primum ita reuocanda ſunt, quæ in alienas ſedes irrepſerant. Agonium etiam putabant Deum dici præſidentem rebus agendis: cuius feſta Agonalia dicebantur. Nam illa verba ne Pauli quidem ſunt: AGONALIA EIVS FESTIVITATEM. Sed de Agonio, quod ſequitur circa finē, penitus prodigioſum eſt. Id nos non dubitamus ita legere: Agonium, locus, in quo ludi initio facti ſunt, ob hoc dictum, quia fuerit ſine angulo. Vbi primum trāſpoſitione peccatum erat: deinde adiectione harum vocum IDEST. quod ſæpe accidere hic, ſupra notauimus. Huic etymo congruit quod vetuſtiſſimi Grammaticici Græci dicunt περὶ τοῦ ἀγῶνος ἀγὼν, inquiunt, ἀγορὰ παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς, ἢ διὰ τὸ ἄγειν, ἢ διὰ τὸ κυκλοτερῆ εἶναι καὶ μὴ ἔχειν γωνίας, οἷον ἀγώνιον ὄντα.

*Albegmina*] Lege Ablegmina. ſunt partes, quæ diis porriciebantur, quæ propterea dicebantur proſiciæ, & proſecta tanquam ſeparata quædam à reliqua viſceratione. Id enim eſt ablegere, imitatione Græcorum, qui dicunt ἀπολήγειν. Ergo Ablegmina, ἀπολεγμοί. Apud Plautum, Ablectas ædes, in Moſtellaria. Neq; enim mendū eſt, quod putant doctiſſimi viri. Ablectæ ædes, ἠθετημέναι. & quaſi eſſent pro derelictis. Sententiam meam adiuuant Iſidori Gloſſæ. Ablegmina, inquit, partes extorum, quæ proſegmina dicunt. Sed Tertullianus elegantiſſime ablegmina circumlocutus eſt his verbis: Non dico quales ſitis in ſacrificando, cum enecta, & tabidoſa quæque mactatis: cum de opimis, & integris ſuperuacua quæque truncatis, capitula & vngulas: quæ domi pueris, vel canibus quoque deſtinaſſetis. Quæ verba etiam Homericum ὠμοθετεῖν explicant.

*Albogalerus*] Suetonius in libro de genere veſtimentorum ſcripſit, tria genera pileorum eſſe, quibus ſacerdotes vtuntur, Apicem, Tutulum, Galerum. Apicem, pileum ſubtile circa medium, virga eminente. Tutulum, pileum lanatum metæ figura. Galerum, pileum ex pelle hoſtiæ cæſæ.

*Alberia*] Gloſſarium: Alebrius, εὔτροφος, θρεπτὸς, τροφεύς. Pro θρεπτὸς male hodie θρεμβὸς in Gloſſario. Iſidori Gloſſæ: Alebra, bona, quibus alimur. Alibre, alimentum. Diomedes lib. I. Per genitiuum ſic, cum à perſona ablatum quid ſignificatúr. veluti, Ab oratore accepi: A re alebri Ciceronis intellectum eſt.

*Aleonem*] In verſu Næuij veteres editiones habebant luſtro, nō lurco. Et ita inueni in membrana veteris Gloſſarij. Apud Catullum verſus in manuſcripto codice in Mamurram ita legitur:

Omnia magna hæc ſunt. tamen hic & maximus vltor:
Non homo, ſed vere M. magna minax. Legēdū ſane:
---- tamen hic eſt maximu' luſtro.

Tranſpoſitæ tantum erant literæ. Minacem autem vocat iactabundum, & qui multa magnifice de ſe prædicet. Hoc enim eſt minari. Horatius:

Atqui vultus erat magna, & præclara minantis.

Quod Græcorum imitatione dictum eſt, qui in eadem re verbo ἀπειλεῖν vtuntur. Catullus ergo minacem vocat, quem poſtea Romani Aretalogum, vt docuimus in eruditiſſimum poëtam Auſonium. Locus ille Catulli à nobis emendatus illuſtris eſt, & inſignis: ac, ſiquis alius inter

epigrammata, elegantiſſimus.

*Allus* ] Veteres editiones habent Allex : quod ego item reperi in Iſidori Gloſſis. Allex, pollex in pede. Tamen in litera H, vocatur Hallus. & Gloſſarium : Hallus, ποδὸς μέγας δάκτυλος.

*Alma* ] Eleganter vetus illud & plenum bonæ frugis Gloſſarium: Alma, κλυτὴ ἁγνὴ ὡραία, πρέπουσα.

*Almities* ] Gloſſarium : almities, αὔξησις ἀρχῆς. Almitus, ἀνατροφὴ, ἀναγωγή. Almites, κάλλος ἀνατροφῆς Chariſius, Almities, εὐπρέπεια.

*Altellus* ] Eſt ὑποκοριστικὸν Altus, altulus, altellus. Significat θρεπτὸν, τρόφιμον, alumnum. Ita vocabant qui expoſiti erant, & inueniebãtur, qui eos tolleret. Plinius ad Traianum : Magna, Domine, & ad totã prouinciam pertinens quæſtio eſt de conditione, & alimentis eorum, quos vocant θρεπτοὺς, &c. expoſitum Romulum ab auo, educatũ à Fauſtulo, nemo non meminit. Ita ergo vocantur incerto patre, & matre nati. Sed veteres Grammatici, qui tam anxie etyma verborum rimantur, quid aliud, quam cum ratione inſaniunt?

*Alter* ] In auguriis puto alterum ſignificaſſe non bonum, cum altera auis priori auſpicio vitium faceret : cum fulmen ſecundum prius perimeret, quod dicebatur propterea peremptale. Augures vero in templo ſedentes ad augurium captandum abſtinebant vocibus male nominatis, Ideóque potius alteram auem, quam aduerſam dicebant.

*Alterplicem* ] Iſidori λέξεις. Alterplicem, duplicem, doloſum.

*Alumento* ] Aio Feſtũ in deprauatos codices vetuſtiſſimi poetæ Liuij Andronici incidiſſe. Nam Laumento dixit Liuius. Ita fere ſemper veteres Latini, etiam poſteriores. vt Petronius, Lauconte. --- gemina nati pignora Lauconte -- & Lautumiæ, non Laotomiæ. quod cognoſcimus ex Seneca. ſic Laudicea, pro Laodicea. Plinius libro II. Epiſtol. Nam ibi Laudiceni dicebantur per iocum, non ciues Laodiceæ, ſed qui laudes ſuas cani libenter audiebant. vt & iidem non inurbane vocabantur σοφοκλεῖς, non vt proprio nomine Tragici poetæ : ſed quia grande ſophos illis dicebatur à conductis, & redemptis auditoribus. Ergo eodem modo Laumento, pro Laomedonte.



*Am* ] præpoſitio loquelaris eſt, quæ per ſe non ſubſiſtit, ſed cum loquelis. ita Sergius, Probus, Diomedes Gammatici. Eiuſmodi præpoſitiones ſunt, dis, con, am, re, & ſimiles ſi quæ ſunt aliæ. Nam cum loquelis, aliquid ſunt, per ſe, nihil. ſic apud Ciceronem in de ſomnio Scipionis loquelariter annus ad curſum ſolis deſcriptus eſſe dicitur : hoc eſt contemplatione ipſius ſolis non quod re vera is annus dicendus ſit. quemadmodum illæ præpoſitiones reuera non ſunt, niſi contemplatione earum vocum, quibus coniunguntur. Quare manifeſto errat Macrobius, qui apud Catonem legit am terminum, non anterminum, cum am per ſe nihil ſit, ſed loquelariter. vide quid annotamus voce Amtermini. Apud Ciceronem vulgo non loquelariter, ſed populariter excuſum. Sed diſcant omnes Ciceroniani hanc vocem, neque mihi iraſcantur, ſi eam, vti in omnibus manuſcriptis legitur, probamus

*Amatio* ] Lege, Amaſco: Iſidorus in Gloſſis : Amaſco, amare cupio.

*Ambactus* ] Sane Paulus iſte non aſſecutus eſt mentem Feſti. Nam Ambactum Feſtus dixit apud Ennium ſignificare ſeruum mercenarium. à Gallis autem dici clientem, vt legitur apud Cæſarem. Vel, quod verius puto, Feſtus tantum ab Ennio ita vocatum ſeruum conductitium dixit. Paulus vero iſte voluit ſincerum vas incruſtare, & ita à Gallis dictum eſſe ſcripſit, quia eam vocem in Commentariis Cæſaris legerat. Neque dubito quin ita res acciderit. Nam alij longe Ambacti apud Cæſarem, qui non ſerui erant: alius ambactus apud Ennium, quum ſeruum ſignificet. illud Gallicum vocabulum, hoc plane Latinum. Huic coniecturæ fidem facit Gloſſarium illud non ſatis laudatum, & quod magiſtellorum manibus teri non debet. ſed tantum à doctioribus nocte, & die, verſari. In eo igitur legitur: Ambactus, δοῦλος μισθωτὸς, ὡς Ἔννιος. An non ſatis plane innuere videtur, quod de Pauli audacia odorati ſumus ? At Ennius videtur de ſeruo ambacto loquens cõparatione aliqua, aut ſimilitudine dixiſſe neſcio

quid tale, vt apud Theognin. --- μή σε βιάσθω Γαστὴρ. ὥστε κακὸν λάτριν ἐφημέριον. Nam de eo Theognis ſentit, qui quotidie locat operas ſuas: vt Ennius quoque de eo, cuius herus quotidie collocabat operas, & ex eo rem quærebat. Porro non placet referre ad manumiſſionum morem, & vertigines illas, quibus liberabatur ſeruus, cum tamen id ſummis in omni doctrinæ genere viris placuiſſe videam. eóſque in ea hereſi eſſe. Non poſſum non ridere, quod Agyrta quidam, homo inſignis audaciæ, atque impudentiæ, ſcripſit contra Turnebum ſuper hac voce ambactus. Sed vt eius omnes libri nihil aliud quam impudentiſſimam ſui fiduciam præferunt, ita hanc eius de hac re opinionem vt impudẽtiſſimam, & ineptiſſimam reiicio. Nunquam legi maiores nugas, nunquam inſigniorem temeritatẽ vidi, neque audiui, vt qui omnes linguas à ſua barbara deducere velit, adeo, vt ipſam Hebraicam linguam poſteriorẽ Cimbrica aſſerat, vbi etiam circulator Moſem reprehendit, quod nomina propria veterum illorum patrum à gẽtilitia ſua Hebræa, non à Cimbrica deducat. Ergo miſeros illos veteres Hebræos, qui non Bataue ſcierint loqui. & feliciores longe futuros, ſi Antuerpienſes, quam ſi Syri, ſiue Palæſtini fuiſſent. Talia infinita habent ineptiſſimæ illæ Origines. & tamen non deſunt, qui admirentur. At de ineptiſſimo homine plura alias, vbi erit locus. Hoc vnum adiiciam, in tanta mole libri vix me reperiſſe, quod verum eſſet. & licet aliquid veri inuenias, tamen id eiuſmodi eſt, vt in ea alea dicere poſſis eum, aliquando vt vincat, aſſidue perdere.

*Ambaruales*] A duobus fratribus. fortaſſe pro XII. legerat II. & fugit eum nota denarij numeri.

*Ambaxioqui*] Mendoſus locus. Scribendum, Ambaxi, qui circum eunt, & cateruatim. Ambaxes, ſiue Ambaxi compoſitum ex Am, & Axes, hoc eſt glomerati. Infra, Axes, adglomerati, vniuerſi. Poteſt & legi Axci, ab Axus, Axi.

*Ambrones*] Quod ait de Ambronibus ſubita inundatione maris eiectos patriis ſedibus fuiſſe: id ridet Strabo, qui eius ſententiæ auctorem facit Ephorum, quem hic ſequitur Feſtus. Nam de Cimbris, quorum pars erant Ambrones, ita ſcribit: περὶ δὲ κίμβρων τὰ μὲν οὐκ εὖ



λέγεται, τὰ δ' ἔχει πιθανότητας οὐ μετρίας. οὔτε γὰρ τὴν τοιαύτην αἰτίαν τῆς πλάνης; γενέσθαι, καὶ λῃστείας εἰκὸς ἀποδέξαιτ' ἄν τις, ὅτι χερρόνησον οἰκοῦντες μεγάλῃ πλημμυρίδι ἐξελαθεῖεν ἐκ τῶν τόπων ἠναγκάσθησαν. καὶ γὰρ νῦν ἔχουσι τὴν χώραν, ἣν εἶχον πρότερον. Poſt: γελοῖον δὲ τῷ φυσικῷ καὶ αἰωνίῳ πάθει δὶς ἑκάστης ἡμέρας συμβαίνοντι παροργισθέντας ἀπελθεῖν ἐκ τοῦ τόπου. lege reliqua, quæ ſequuntur. Quod ait turpis vitæ homines dictos inde Ambrones, idem inuenies in Gloſſis Iſidori, Ambro inquit, deuorator, conſumptor patrimoniorum, decoctor, luxurioſus, profuſus.

*Amicinum*] Gloſſarium: AMICINUS, ἀσκοῦ στόμα. Vult amicinum eſſe os, ſiue luram vtris cum Feſtus velit eſſe τὸν λεγόμενον ἀσκοῦ πόδα, ἤτοι ποδεῶνα, cuius fit mẽtio in oraculo, quod Laio Thebanorum Regi datum fuit. Sed mirum quod in aliis Gloſſis legitur: ARUIANUS, ἀσκοῦ στόμα. Sed profecto & in illis quoque AMICINUS legendum.

*Amicitiæ*] AIT ab antiquis amecum, non amicum ſolitum dici. Et ſane amicus compoſitum eſt, Amæquus, vel, vt ipſi ſcribebant, Amecus. eodem modo dictum, quo ANIMECUS, pro ANIMÆQUUS. Gloſſarium: ANIMECUM, ἰσόψυχον. Iſidorus in Gloſſis: ANIMÆQUUS, patiens animo.

*Amiculum*] Gloſſarium: AMICULUM, ἀναβόλαιον.

*Amita*] Si verum eſt, quod ait Feſtus, AMITÃ, quaſi auitam, aut quaſi amatam dictam: videtur apud veteres mediam ſyllabam productã habuiſſe, cum Perſius corripuerit

ſi mihi nulla

Iam reliqua ex amitis. patruelis nulla, proneptis.

*Amites*] Gloſſarium: AMITES, στάλικες, ἰξευτικοὶ κάλαμοι.

*Amoſio*] Scribo: ANNOS, annua. Gloſſarium: ANNOS, annua, πολυετής. Eſt autem annua hic anus, non ἐπετήσιος. Propterea interpretatus eſt πολυετῆ, Et ANNUA, γραῦς, πολυετής, Declinatur autẽ ANNOS, annotis. Vnde ANNOTINUS, ἐπέτειος.

*Amtermini*] Qui ſunt illi, qui circa terminos prouinciæ manent, aut quænam ea eſt prouincia? Vetuſtiſſimum verbum eſt AMTERMINI: prouinciarum appellatio non ita vetuſta res apud Romanos. Quid ergo hic dicemus? An mendo caret hic locus? Non, ſiquid in me iudicij eſt. Sed

Feſtum ita ſcripſiſſe puto: Amtermini, qui circa terminos P. Ro. viciniæ manent. Notum enim, quam corrupte notæ illæ legantur. P. Ro. aliis Prætorem, aliis alia legentib. Seneca Nat. Quæſt lib. I. cap. vlt. Iam libertinorũ virgunculis in vnum ſpeculum non ſufficit illa dos, quam dedit pro ſe Scipio. lege: quam dedit P. Ro. Scipioni. Intelligit per Amterminos, eos, qui non erant in agro Romano, ſed in vicinia. Cuius rei agrorum quatuor genera ponit Varro: Gabinum, Peregrinum, Hoſticum, Incertum. Qui enim in iis agris habitabant, erant Amtermini agri Romani. Quid eſt ager Romanus? quicquid ambaruali vel amburuiali ſacrificio vno die luſtrari poterat. Aruales enim fratres, ſeu ſodales ad hoc creati erant, vt terminos agri Romani ſuouetaurilia circumferrent. Cuius rei imaginem præbebant patres fam. vnuſquiſque in agro ſuo, cum fines fundi ſuouetaurilibus luſtrabat. Cuius rei exemplum habes apud Catonem. Et alluſit Virgilius:

——— & cum luſtrabimus agros.

Strabo: μεταξὺ γοῦν τῦ πέμπτυ, καὶ τῦ ἕκτου λίθου τῶν τὰ μίλια διασημαινόντων τῆς ῥώμης καλεῖται τόπος Φῆστοι. τῦτον δ' ὅριον ἀποφαίνουσι τῆς τότε ῥωμαίων γῆς, οἵτε ἱερομνήμονες θυσίαν ἐπιτελοῦσιν ἐνταῦθά τε, καὶ ἐν ἄλλοις τόποις πλείοσιν ὡς ὁρίοις αὐθημερὸν, ἣν καλοῦσιν ἀμβαρουΐαν. Ergo fines agri Ro. definiuntur amburuio. quod idem eſt cum amburuali. & notandum præcipue, quod dixit, αὐθημερὸν, vt deſignetur exiguus modus agri Ro. Porro primum Amterminos puto, qui poſtea Amitermini, dictos. iſt eſt, ἀμφιτέρμονας, vt olim interpretati ſumus. ſed Varro aliam aſſignat cauſſam. Non ſolum autẽ Antermini dicti ſunt, ſed & Antermines: quia etiam termen dicebant, auctore Varrone. Cato in Originibus: Oratorum anterminum. Errat Macrobius, qui diuulſe legit, an terminum. cum ſit adiectiuum, Antermen. vnde Antermines oratores.

*Anatem*] Gloſſarium: Anas, γῆρας κατ' ὀργὴν θεῶν. Antas, γερουσία. Antites, γερουσίαι. Anet, γηρᾷ. Annos, θεοχολωσία. ἢ μῆνις. In aliis Gloſſis, Anitas, γηραότης. Apuleius lib. I. Metamorpho. Ab vnico congreſſu annoſam peſtilentem contraho. id eſt θεοχολωσίαν.



*Ancillæ*] Sane, quia primum dictæ Anculæ. Argumento Dij illi, quibus nomen Anculi, & Anculæ, tanquam miniſtri quidam.

*Anclare*] In verſu Liuij legendum, Florem anculabant. lege in Gloſſario, Anclat, ἀρύεται. non ancleat. Gloſſarium: Auclator, ὑπηρέτης. lege, Anclator.

*Ancunulentæ*] Perperam in Gloſſario Ancodata, περιορισθεῖσαι. Manifeſto legendum, Ancunulenta. per hoc verbum omnia ſpurca, & ſordida expreſſerunt veteres Latini, Cœnum, cunæ, inquinare. conquiniſcere, & alia, quæ non dicam. Quæ per u, antea per œ extulerunt. vt in pœnire, punire.

*Ancus*] Qui Latine Ancus, is a Græcis γαλιαγκών. meminit & Gloſſarium: Ancus, Mancus, κυλλὸς, λορδός.

*Andruare*) A Græco ἀναδραμεῖν. Quid iſtud ſit verbi neſcio. magis, quid eius vice ſubſtituam, non habeo. Non puto verbum Græcum hic deſiderari: ſed hic accidiſſe, quod alias ſupra oſtendimus, vt Feſtus nullam mentionẽ Græci verbi fecerit: ſed potius ita ſcripſerit: Andruare, eſt recurrere, a verbo truare, id eſt mouere. hinc Trua vocata. Tamen, ſi ἀναδραμεῖν reponamus, tolerabilis erit lectio, ita: Andruare, id eſt recurrere, a Græco verbo ἀναδραμεῖν, id eſt inde venire. Neſcio quid ſibi voluerit auctor Gloſſarij, qui ſcripſerit Andruare, ἀνδρίζεσθαι. niſi putauit Andruare παρὰ τὴν ἀνδρείαν dictum.

*Angerona*] Gloſſariũ: Angeronia, ἡ θεὸς τῆς βουλῆς κρυφαῖα.

*Anginam*] Quiſquis dixit anginam vinariam pati eum, qui vino ſuffocaretur. ſecutus eſt eum, qui Demoſthenem dixit ἀργυράγχην ἔχειν. in Gloſſorio: Anguina, ἄγκυρα, σχοινίον ἀγκυραῖον. Quod interpretatur Anguinam, ἄγκυραν, confirmatur teſtimonio Cinnæ: Atque anguina regit ſtabilem fortiſſima curſum.

*Angor*] Scribe, a Græco ἄγχειν. Miror a doctiſſimis viris margini appoſitum ἀγχινέμειν. Hoc quid ſit, ne ipſi quidem ſciunt. Sed quiſquis hoc auſus eſt, non dubium, quin ita legerit in lexico ſuo, cum legendum potius eſſet, ἄγχειν, ἴλλειν. Nam ἄγχω, eſt ἴλλω: Vide, quam ſæpe docti viri ſuos ſibi oculos ipſi faſcinant.

boni &

*Antarium*] Antarium bellum eodem modo dictum quo a Vitruuio Antarij funes. Veteres Gloſſæ: Antariū bellū, ὁ πρὸ τῶν πυλῶν πόλεμος. In veteri Gloſſario: Antarium, ἀντηρισμός. hoc eſt antepagmentum. ab eadem mēte dictum

*Antefixa*] Horum eſt mentio apud Liuium lib. XXXIV. in oratione Catonis de lege Oppia: Iam, inquit, nimis multos audio, Corinthi, & Athenarum ornamenta laudantes, mirantesſque, & antefixa fictilia Deorum Romanorum ridentes. Idem intelligitur apud eundem ſcriptorem libro XXVI. In æde Concordiæ Victoria, quæ in culmine erat, fulmine icta, decuſſaque ad victorias, quæ in ante fixæ erant, hæſit, neque inde procidit. Quid ſint, diſertim explicat Vitruuius libro III. In areoſtylis autē nec lapideis, nec marmoreis epiſtyliis vti datur: ſed imponendæ de materia trabes perpetuæ: & ipſarum ædium ſpecies ſunt baricæ, humiles, laxæ. ornantque ſignis fictilibus, aut æreis inauratis earum faſtigia Tuſcanico more: vt eſt ad circum maximum, Cereris, Herculis Pompeiani, item Capitolij. Ita locum illum Vitruuij legimus.

*Antes*] Gloſſarium: Antes, ϛίχον ἀμπέλων. Antium, πέζων, ὀρχάτων.

*Anteurbana*] Imitatio Græcorum: προάϛεια χωρία.

*Antiæ*] Gloſſarium: Antide, κόμαι διὰ τῶν κροτάφων κρεμάμεναι γυναικεῖαι. lege, Antiæ. Apud eundem auctorem: Antioſa, ὀρχήϛρια. Aliæ Gloſſæ: Antiæ, τείχη αἱ μεταξὺ τῶν κεράτων τῶν βοῶν. Tertullian. de pallio: Genuinos inter antias adumbratos.

*Antigerio*] Gloſſæ veteres Latinæ: Antigerio, valde. Antigerium, quemadmodum, imprimis.

*Antros*] Sine vllo dubio legendum Anctos. Adſtipulatur & optimum illud Gloſſariū: Anctos, ἀναγχασθέντες. Ancti, ἀγχόμενοι.

*Antras*] Gloſſarium, Ancras. Ancræ, ἄγγεα, αὐλῶνες. videtur Gloſſarij lectio verior. Confirmatur enim Gloſſis Iſidori, Angræ, interualla arborum, vel conualles. Nam cognatæ ſunt C, & G. Fortaſſe ſcribendum Anceæ, aut, vt Iſidorus, Angeæ. Nam a Græco ἄγγεα. Quinetiam in aliis Gloſſis Græcolatinis, Auerca, αὐλών, ὁ ϛενὸς τόπος, καὶ



ἐπιμήκης. extant enim veſtigia vocis, Ancra. Ita enim legendum. Item: Aucria, φάραγξ, vallis.

*Antruare*] Gloſſarium: Antruare, σπηλεῦσαι. Ita corrigimus. σπήλαιον enim antrum. Longe alia ſignificatione poſuit, ac Feſtus ipſe.

*Anxur*] Placet vetus editio, Axur. Nam certiſſimum eſt ex Seruio, veteres ita dixiſſe, ob Iouem imberbem, ſiue ἄξυρον, qui ibi colebatur. Et in nummo argenteo Panſæ, ab vno latere, IOVIS AXVR. VIBIVS C.F.C.C. ab altero, PANSA.

*Ape*] Gloſſarium: Ape, κώλυσον. Apet, κωλυσοβεῖ.

*Aperta*] Imo aperta lingua Tarentina, quæ magna ex parte Aeolenſis fuit, ἀπερώτα, hoc eſt ἠπειρώτης. quod tranſmarinus Deus ſit, & peregrinus. Nam regiis temporibus ignotus erat Appollo Romanis, vt ex Pōtificiis libris Arnobius refert. Cuius rei fidem facit nomen Apollinis Græcum. Si enim antiquitus Romanis notus fuiſſet, peregrino eum nomine non deſignaſſent. At Venus peregrinum quoque numen, nomen autem Romanum. ſed ita, vt peregrinum ſignificet. Venus enim a Veniendo, quaſi dicas προσήλυτον θεόν.

*Apiculum*] Veteres Grammatici aiunt, Flamines, quaſi filamines dictos, quod cum ipſis capite nudo in publicum prodire fas non eſſet, apicem pone regerebant, & filo velati incedebant. Quid ſit autem filum Liuius explicat, cum dicit velamentum lanæ eſſe. Ergo his Grammaticis mihi quidem non probant etymon ſuum. non enim flamen, quaſi filamen dictus eſt. ſed tamen, cum hæc dicunt, morem piſcum circa cerimonias flaminis nos docent. Quæ cum ita ſint, non dubito legere: Apiculum, filum, quo flamines velati, apicem regerunt. Pone enim regerebant apicem, ne grauis eſſet ſummis æſtatis caloribus. amentis enim, quæ offendices dicebantur, ſub mentum adductis religabant, vt cum vellent, regererent, & pone pendere permitterēt. Nam duarum rerum neceſſitate ſemper obſtrictus erat flamen, nunquam nudo capite in publicum prodeundi, ac nunquam apicem dimittendi. Hoc enim eſt caput ex lege Flaminica: SINE. APICE. SVB. DEIVO ESSE. NEC. FAS. ESTO. IN. TECTO. VTEI. LVBET.

LICETO. Ergo cum filo propter æſtus diei velati erant, apicem tamen geſtabant; ſed non in capite, vti diximus. Poſſumus tamen vulgatam lectionem tueri. Nam certũ eſt eos velamenta geſtare ſolitos, quæ Flamea vocabantur. Dionyſius: οὓς (Flamines) ἀπὸ τῶν φορήσεως πίλων τε καὶ στεμμάτων, ἃ νῦν ἐπιφοροῦσι, φλάμινας καλοῦντες, οὕτω προσαγορεύουσι. Mihi prior coniectura magis placet.

*Apluſtra* ] A Græco ἄφλαστα. Apollonius. Gloſſarium: Apluſtra, πτερὸν πλοίου, ὡς Ἔννιος.

Apor ] Gloſſarium: Ape, πρός. vt in alterutro mendum ſit.

*Aquælicium* ] Tertullian. Aquilicia Ioui immolatis: nudipedalia populo denunciatis. Fortaſſe Varro Tuſcum aquiligem, vel Aquilicem dixit, quod ſacrificiorum, & rei diuinæ procuratione, quarum rerum periti Tuſci erant, aquas eliciebat. Verba Varronis ſunt hęc ex Satyra Quinquatribus: An hoc præſtat Herofilus Diogeni, quod ille è ventre aquam mittit? an hoc te iactas? at hoc pacto vtilior te Tuſcus aquilex. Tamen nihil impedit, & prolibratore aquarum ſumere. Gloſſarium: Aquilices, οἱ τὰ ὑδραγώγια ἐργαζόμενοι, οἱ ἀνοχετεύοντες. ποταμῖται, ὑδροσκόποι. Ita enim legendus eſt locus ille apud auctorem Gloſſarij.

*Aquagium* ] Idem quod Aquariũ. Gloſſariũ: Aquarium, ὑδραγώγιον.

*Aquilus* ] Gloſſarium: Aquilum, μέλαν, ὡς Λουκίλλιος. Varro κοσμοτορύνῃ, περὶ φθορᾶς κόσμου.

Atque Aegeus fluctu quam lauit ane aquilo,
Sæuus vbi poſuit Neptuni filius vrbem.

Aquilum fluctum. μέλαν ὕδωρ. poetæ.

*Arbilla* ] Aruina, ſeu Arbina, non eſt quæuis pinguedo, ſed ſeuum tantum. Gloſſarium: Aruina, λίπος ἄνευ σαρκός. Hæc enim eſt definitio ſeui. Eſt autem Siculum verbũ. Heſych. ἀρβίνη, κρέας, σικελοί. legendum fortaſſe, στέαρ, nõ non κρέας.

*Arcula* ) Lego, Arciua. Veteres Gloſſæ: Arciuus, εἰρκτικός, κωλυτικός. Et ſane cum dictum ſit hoc ab arcendo, Arciuum dicendum eſſe quis non videt?

*Arcuma* ) Videtur eſſe genus modici plauſtri, quo homo tantum geſtari poterat, & à ſeruis, non à mannis trahebatur. vnde vocabatur Chiramaxium. Arbiter: Hinc inuolutus coccina gauſapa lecticæ impoſitus eſt, præcedentibus faleratis curſoribus IIII. & chiramaxio, in quo deliciæ eius ferebantur, puer vetulus lippus domino Trimalcione deformior.



*Arferia* ] Arferia aqua, vt inferium vinum. ab adferẽdo, & inferenda. Arferium, pro adferium ſic aruenire, arcire, arcedere, & ſimilia. eodem modo Adferia aqua. veteres Gloſſæ: Adferial, ὕδωρ τὸ ἐπὶ τοῖς νεκροῖς σπενδόμενον.

*Argea* ) Lege: Argei, ex Varrone, Ouidio, Plutarcho, & aliis. Gloſſarium: Argiarra, ἀφιδρύματα. Lege, Argei, ara. In lege Flaminia: CVM. EAT. AD. ARGEOS. NEQVE. CAPVT. COMITO. NEQVE. CAPILLVM. DEPECTITO.

*Argennum* ) ἀργεννόν. Legendum hic, Argennum, argenteum, percandidum.

*Arilator* ) Melius ſcriberetur Arrilator. Non enim ab ara ſed ab arra dictus. Eſt enim, qui empturiens data arra poſtulat ſibi credi. Vnde à cunctando Cunctio, ſeu Cuctio dictus. Nam veteres Cuctum, quod poſtea cunctum. Hoc genus hominum, *Barguigneurs* vocant Galli ab antiqua appellatione, quæ ad poſteriora etiam Latinitatis tẽpora durauit, nempe Bargenna. De quo alias. Gloſſarij auctor ſequitur vulgarem ſcripturam: Arilator, ἐμπόρος, βωμοφόρος, πραγματευτής. Idem Arilator, μεταβόλος, ἀρχ. hoc eſt ἀρχαϊκῶς. Gloſſæ Iſidori: Arilator, Cocio, μεταβολεύς. Apud Gellium legitur Arulãtor. de quo in voce Cocio.

*Armata* ) Intellige Maximam virginem Veſtalem. In veteribus nummis viſitur ſæpe hoc habitu ſacrificans Maxima virgo lacinia togæ pone reiecta, & diſco libatorio dextra vinum inuergens. Eleganter vero pomum in armum legere, quod Græci dicerent ἀνδραχθές. ἐκ τῶν ἀγροτέρων χειρῶν καρπὸν ἀνδραχθῆ μὴ ἐπιφορεῖσθαι το.

*Armillum* ) Prouerbium fuit vetus: Anus ad armillum redit. Lucilius libro XXVIII. Hinc ad me, hinc licet anus rurſum ad armillum. Quod prouerbium bis apud Apuleium reperies, libro VI. & ægra facie matris ſuæ repentinam ſobrietatem pertimeſcens ad armile redit. Itẽ

libro IX. ad armillum redit, & ad familiares feminarũ artes accenditur. Non tamen ab Eraſmo animaduerſum. ſignificat, redire ad ingenium. nota eſt anuum in vinum propenſio.

*Armiluſtrium*) Quo res diuinas armati faciebãt. Saltem debuit dicere rem diuinam. In veteri Gloſſario: Armiluſtrium, ὁπλοκαθαρμὸς, ὁπλοκαθαρσία. Ego exiſtimo centuriatis comitiis exercitũ armatum luſtrari ſolitum. Quod puto eſſe ex vetuſtiſſimo inſtituto Atheniẽſiũ: apud quos οἱ περιστίαρχοι comitium luſtrabant. & vbicunque populus conueniret, id facere ſolebant. vnde id καθάρσιον vocabant. Sed Longobardus iſte, hic nobis rei vetuſtiſſimæ cognitionem barbara mutilatione ſua totam nobis intercepit. Neque credibile eſt tubis in eo ſacro canere ſolitos, ſed claſſico. Aliter enim claſſes, aut exercitus conuocari non poterant, quod vocare inlicium dicebatur.

*Arnæ caput*) Gloſſarium: Arna, μήτηρ, κατὰ Βάῤῥωνα. Supplendum, ὄϊς μήτηρ. Male quidam agnæ hic legunt.

*Arſe verſe*] Ita verſus Afranij legendus eſt. Inſcribat aliquis Arſe vorſe in oſtio. In quo verſiculo oſtenditur ſuperſtitio veterum, qui ad deprecandum incendium inſcribebant in oſtio neſcio quid, quod ad eam rem faceret. Plinius libro XXXII. Etiam parietes incendiorum deprecationibus conſcribuntur.

*Arſineum*) Cato Origine VII. Mulieres opertas auro purpuraque, arſinia, rete, diadema, coronas aureas, ruſſeas faſcias, galbeos, lineas, pelles, redimicula. Gloſſariũ: Arſinum, δρόχειμα.

*Aryteuam*) Apud Lucillium Arutenæ, cum ait -- Arutenas, & aquiales, vt citat Chariſius. Gloſſarium: Atena, εἶδος ποτηρίου ὀστρακίνου, ᾧ περιρρανταὶ ἐν ταῖς θυσίαις χρῶνται. Legendum Artena. Nam & Artenam ſolere dici hic quoque monet Feſtus. Eam Matulatam vocat idem Gloſſarium.

*Aſſeres*) Non eſt verum etymon, Aſſeres ab aſſidendo, quanquam & propterea à Græcis viderentur στρωτῆρες dicti. Sed Axis, Axeris: vt ſuis, ſueris: Iouis, Joueris: bouis, boueris: nucis, nuceris. χ, in β, vnde veteres indifferenter coaſſare, & coxare dicunt.



*Aſſiratum*) Monet dictum ab eo quod Aſſir ſanguinem vocabant. Gloſſarium: Aſſer, αἷμα.

*Atanuuium*) Gloſſæ Iſidori: Attanabo, genus vaſis. Gloſſarium: Atnanulus, ἅγιον ἱερέως σκεῦος κειμήλιον. lege: Atanuuius.

*Atratas*) lego: Atritas, ater color.

*Atroces*) Lege, quia illi ἄτρωκτα. vel Latinis literis, quia illi atrocta. facilis error: ſed non parui momenti. Sane ἀτρὼξ eſt purum putum Græcum. ἀτρὼξ ἀτρῶγος, quod nondum maturum eſui. In Gloſſario ita corrige: Atrox, δεινὸς, σκαιὸς, ἀπήκεστος. Atrocem vero pro crudo, quod hic dicitur, veteres vſurpaſſe teſtis Næuius, qui dixit: Simul exta porricerent atrocia miniſtratores.

*Attæ*] Gloſſarius: Atta, ὁ τοῖς ποσὶν ἀρχόμενος περιπατεῖν. Ab eo ait Quintium poetam Attam cognominatum. Ad quod puto alluſiſſe Horatium:

Recte necne crocum, floreſque perambulet Attæ.
Fabula. -- Propterea enim verbo perambulare vtitur.

*Attam*] Græcum eſt. ἄττα πάτερ.

*Attinge*] Locus mendoſus. ſcribe, Attingem, attingam. Nam Attingeo, claudeo: & Attingebo, claudebo, viuebo, dicebant. Vide Nonium.

*Auctor*] Iuno apud Virgilium: Auctor ego audendi. Neque ſolum Auctor, ſed & alia pleraque omnia verbalia. Ouidius:

Sponſor coniugij ſtat Dea picta ſui. Sed quid longinqua conquirimus? Ecce obuia ſemper vox Vxor, eſt feminini generis. Vnxor dicendum erat: pro vnctor. Eiuſmodi enim erant verbalia apud veteres, vxor, pro vnctor: pacio, pro pactio. ita dicta eſt, quia adipe lupino poſtes noui mariti vngeret. Sed & Aeſchylus τύχην σωτῆρα dixit in Agamemnone: τύχη δὲ σωτὴρ ναυστολοῦσ' ἐφέζετο. Quod ſane ſilentio prætereundum non erat.

*Audiuitaui*] Scribe, vt in veteribus editionibus, Auditaui.

*Aureax*] Gloſſarium: Aura, exſolitarius, ἰσαπαστής. lege: Aureax, ſolitarius. Confirmant Gloſſæ Iſidori: Aureax, eques ſolitarius. ſolitarium vocat, quem alibi auctor Gloſſarij ſingulatorem, hoc eſt κέλητα. Idem etiã Cabal-

larium. Melius tamen eædem Gloſſæ Iſidori: Caballarius, alaris.

*Aurichalcum*) Cum Græci dicant ὀρείχαλκον, tamen Latini ſcripſerunt Aurichalcum, quod putarent id ex auro & ære componi, addita Cadmea terra: vt electrũ ex auro & argento: de quo intellexit Martialis:

Pallida ſic niueo radiant electra metallo,
Et niueum felix puſtula vincit ebur.

Intelligit enim de illa materia compoſita, non de ſuccino. Igitur ex vitio pronuntiationis nata eſt falſa illa de cõpoſitione auri, & æris opinio. Quare & auctor Gloſſarij recte dixit: Aurochalca, χρυσοχάλκια. quod putarent eſſe auri, & chalci, ſeu æris χρυσομιγῆ, & compoſitionem quandam. Non nego ex auro, & ære præſtantiſſimum æs fieri, vt prodiderunt veteres de Corinthio ære. ſed id ὀρείχαλκον eſſe, id vero pernego. Ariſtotelem enim habeo auctorem, qui apud interpretem Apollonij negat ὀρείχαλκον eſſe in rerum natura. Heſychius: ὀρείχαλκον, τῆς εἰκῆ διὰ δεδομένων τοὔνομα. οἱ δὲ πλείους ὑπάρχειν αὐτό. ἔστι δὲ καὶ ὕλη ὁμοία χαλκῷ. Sane ὕλην ὁμοίαν χαλκῷ vulgo vocamus Letonum. & de eo intellexit Horatius: Tibia non. vt nunc, orichalco vincta. Sed illud commẽtitium Aurichalcum tanti fuit apud veteres, vt cum nuſquam eſſet, tamen quaſi eſſet, etiam auro excellentius haberetur. Id quod ex Plauto cognoſcimus, qui aurichalcum pluris facit, quam talentum auri. Quod & non prætermittit Seruius in Virgilium.

*Auritus*) Gloſſarium: Auritus, ὠτοπετὴς, ὠτοπαρόχης, ὀξυακοιστάλογος· ὠτοπετὴς, eſt Flaccus, Plaudus, vt canes venatici.

*Aurum*) Male citatur Hippocrates. Legendum enim Hypſicrates. qui à Varrone, & Gellio lib. XVI. citatur, ſcripſitque de Romanis vocibus, quæ à vetere lingua Græca deriuantur. αὖρον vero priſcum vocabulum Græcum, & ab eo θησαυρὸν dictum, apud Varronẽ annotauimus. Quod ſequitur, Nonnulli, quod mentes hominum auertat: vereor ne Paulus prætermiſerit, quod clarius Feſtus expoſuerat: Nonnulli, quod mentes hominum aurunceet id eſt, auertat. Indifferenter enim auruncare, & auerruncare dicebant: vt Cauneas, pro caue ne eas. Gloſſarium: Aurũcus, θεὸς ἀποτρόπαιος. Nam ita in veteribus codicibus non ſemel legi. Quin & Aurunci veteres Italiæ populi ab eadem mente dicti, quod eſt idem ac ἀποσπασθέντες, auulſi a ſedibus ſuis, quod nempe πλάνητες, & aborigines fuerint. Eodem modo dicebant dortium pro diuortium. Turpilius Leucadia: Antefacta in ignem committo, triſtitias, ante dortium. id eſt ante diuortium. Quod & lex Trochaici, & vetus lectio manuſcripta docet.



*Auſoniam*] Lege infra, Auruncam: vt & veteres editiones habent. Sueſſa Auruncorum etiam apud Liuium, & alios dicitur, vnde fuit Lucillius. Cuius Satyræ dicuntur propterea Camenæ Sueſſæ, ab Auſonio ad Tetradium: Rudes Camenas qui Sueſſæ præuenis. Ita enim legendum eſſe apud Auſonium oſtendimus in Lectionibus noſtris Auſonianis. Porro Gloſſarium vetus habet: Aurunci, αὐίτορες ἰταλίας.

*Auſculari*] Sic contra Oſculana pugna, pro Auſculana.

*Autumnum*] Non eſt dubiũ dictum a veteribus ſine C, vt Autor pro Auctor. Ergo Autumnus, pro Auctumnus.

*Auus*] πάπα. Scribe, ἄππα, vt apud Callimachum.

*Auxiliaris*] Corruptus eſt in fine locus, atque ita diſſimulata Feſti ſententia, vt vix vllum veſtigium appareat. Scribendum: dicti ex Græco vocabulo αὔξη, à quo nos dicimus rerum creſcentiam, auctionem. Quam hæc elegãter dicta, contra, quam aduerſetur Feſti menti vulgata lectio, nemo non videt. Quin audeo affirmare ne illud quidem RERVM Feſti eſſe. Quare expunge.

*Auxillæ*] Gloſſarium: Auxillæ, μικρόπλεκα, ὡς βάρρων. Ab eo autem ollæ dictum, vt ab Axilla, ala. Sic Axilites, pro Alites. Gloſſarium: Auxilites, ὄρνιθες, οἰωνοί. Scribendum Axillites. Qui error non eſt librarij, ſed ipſius auctoris. quod apparet ex ordine litterarum.

*Axamenta*] Gloſſarium: Axamenta, στίχοι ἐπὶ θυσιῶν ἡρακλέους. Vbi notandũ eſt ſacrificia, quæ Salijfaciebant, non Marti, ſed Herculi fieri: cum tamen Salij ſint Martis ſacerdotes. Quare ſcriptor doctiſſimus illius Gloſſarij ſecutus eſt auctores eos, quos & Virgilius, dum attribuit Salios Herculi, non Marti. Sed & Antonius Nipho, & Octauius Herennius olim oſtenderant Salios Herculi dicatos eſſe.

Porro Axamenta dicta ſunt ab Axare. hoc eſt, vt ipſe Feſtus explicat, uominare. Gloſſarium: Anaxant, ὀνομάζουσι. Sed non magis puto axare proprie eſſe nominare, quam apud Græcos ϛηλιτεῦσαι, ἢ δημεῦσαι, aut ἢ ὑβείζειν. Sed in axibus ſeu tabulis illa carmina deſcribebant, itẽ vt leges ſuas Græci ἐν τοῖς ἄξωσι. Quia enim legitime concepta erant illa carmina, propterea non minus ediſcebantur a Saliis, quam a leguleis actiones & formulæ iuris. Itaque & Cicero ait a pueris prætextatis carmen Saliare tanquã legitimas formulas diſci ſolitum. Sed & erant alia carmina, quæ a pueris diſcebantur, vt carmen Nelei de moribus, & ſimilia. Quæ quia religioſe ediſcebantur, & ſolenniter concepta erant, nihil impedit legitima dici. Sic Tertullian⁹ diſertiſſimus ac eruditiſſimus ſcriptor, in libro de perſecutione, orationem Dominicam legitimam vocauit elegãtiſſime: quod a nobis, & ab omnibus, qui Chriſto ſacramento dixerunt, vt carminis lex quædam diſcatur.

*Axitioſi*] Ita apud Plautum citante Varrone:

Axitioſæ annonam caram, è vili concinnant viris.

Gloſſarium: Axitas, ἀποτελεσματικοί. Lege Axites. Vnde & infra Axites mulieres legendum, non Axies.

# B

B*Acar*) Gloſſarium: Bauar, εἶδος ἀγγείου. lege Baccar. Iſidori Gloſſæ: Baccarium, vas aquarium. Quod hic dicitur bacrioni vas ſimile: imo idem eſt, Bacar, Bacarium & Becario, ſeu Bacrio. Iſidori Gloſſæ: Bacario, orceoli genus. Gloſſarium: Baccario. πεgροδιάκονος. recte. Nam aquarij, ſeu aquarioli πεgροδιάκονοι a veteribus dicebantur vt ſuperius annotauit Feſtus ipſe. Vtitur & Tertullianus, item Apuleius, & alij.

*Balena*] In fine corruptus locus: legendum ſuſpicarer, Balenam, belluam marinam, ipſam dicunt eſſe, id eſt Cetum. Sane Piſtricem ineptiſſime hic legitur pro Priſtim. Quadrigarius: Quinque Priſtes. nauigium ea forma à marina bellua dictum eſt. Virgilius:

Frons hominem præfert, in priſtim deſinit aluus.

Maſculinum eſt ϖρίστης. Sed Romani & declinationem, & genus mutarunt.



*Barathrum*) Fortaſſe ſcripſit βαρύς, non βαθύς.

*Barrire*) Gloſſarium: Barrit τρίζει. ἐλέφας βοᾷ.

*Batus*] Gloſſarium: Batis, εἶδος ἀχάτης βοτάνης. Batum, ϖράσον. Iſidiori Gloſſæ: Batis, genus oleris.

*Bellaria*] Puto legendum Bellarium, & bellaria, res bellas appellabant. Sane Latini Bellariorum nomine accipiunt, quæ Græci ὡραῖα vocant, hoc eſt cupedias. Nam ὡραῖος bellus, & pulcher. Vnde & pulchralia eadem dixit Cato in ea, quam habuit de fundo oleario: Pulchralibus atque cupediis. & res bellas pro cupediis. Terentius in Adelphis: atque vnum quidque quod erit belliſſimum Carpam. *Friandiſes*. Galli. Græci etiam τραγήματα. neque ſolum eſculenta, ſed & poculentorum delitias. Nam & Liberi bellaria dicebant.

*Bellona*] Huius rei penitus ignorata ratio extat apud vetuſtiſſimum interpretem Virgilij, qui eſt penes Danielẽ noſtrum. Poſt tertium, inquit, & triceſimum diem, quam res repetiſſent ab hoſtibus, Feciales haſtam mittebant. Denique cum Pyrrhi temporibus aduerſum tranſmarinum hoſtem bellum Romani geſturi eſſent, nec inuenirent locum vbi hanc ſolennitatem per Feciales indicendi belli celebrarent, dederunt operam, ut vnus de Pyrrhi militibus caperetur, quem fecerant in Circo Flaminio locum capere, vt quaſi in hoſtili loco ius belli indicendi implerent. Denique in eo loco ante ædem Bellonæ conſecrata eſt columna. Varro in Caleno ita ait: Duces, cum primum hoſtilem agrum introirent, ominis cauſa prius haſtam in eum agrum mittebant, vt caſtris locum caperent.

*Beneuentum*] Omnibus nota eſt cauſa nominis in Beneuento mutandi. nemo tamen vere antiquam appellationem reddidit. Nam de Maloetio nugæ. Sed veteres prius ſine dubio dixerunt μαλόεντα, vt σιπόεντα, Sipuntum: ὀπόεντα, Opuntum. Sic ergo Maloenta, Maluntum, & Maluentum: vt Auruncum, & Auerruncum. Prius ſiquidem dixerunt, Sipuentum, Opuentum, Maluentum. Sic ὑδρόεντα, Hydruntum: quanquam & ipſum dixerunt ὑδρουῶντα, ab ὑδροῦς, vt eſt apud Stephanum. Sed ſic ſemper ex ὑδρόεις contractum. Quod proprium eſt Dorum idiomatis, a qui-

bus Tarentini.& magna pars Græciæ. Sic enim & λιμῶντα & ἀγλᾶντα, pro ἀγλήεντα λιμήεντα.

*Benna*] De hoc alibi. Gloſſarium : Benarius, σκηνάρχης.

*Bes*] Inepta etymologia,& moroſa. Prius Des dicebatur vt duonus, bonus : duellus,bellus. Auctor Varro. As ita in partes ſuas ſecatur,vel tribuitur , vt ab vncia ad octo fiat partium incrementum. ab octo ad duodecim fiat deminutio . Cum ergo ad octo peruentum eſt , tunc de aſſe deminuendum in ratione partium ineunda. Non enim, vt ante, quadrans,triens,ſemis dicitur , quæ vnciarum adiectione incrementum capiunt . ſed deeſt vncia , deeſt ſextans deeſt quadrans. id eſt, deunx,dextans, dodrans. Ergo ab octo de aſſe deminuitur , vnde Des , deſſis dictus primum a veteribus. & hæc eſt vera etymi ratio . Varro in enumeratione aſſis partium , poſtquam ad ſeptuncem peruenit : Reliqua, inquit, obſcuriora quod a deminutione,& ea , quæ deminuuntur , ita ſunt vt extremas ſyllabas habeant. Sed Feſtus eandem ponit etymologiam in beſſe quam Græci ἐν διμοίρῳ. Nam & δίμοιρον dictum , quod duas portiones , hoc eſt duos trientes habet . Sed Græci in aſſis diſtributione , quam poſterioribus temporibus ὀγκιασμὸν vocarunt, aliam rationem ſequuntur . ita enim numerant , vt poſt trientem adiiciant tantum vnciam, vt Triens vncia , hoc eſt Quincunx. ſemis vncia, hoc eſt Septunx. deinde iam altero triente facto, quem μοῖραν vocant δίμοιρον dicunt. Ita autem numerabant vltimis tẽporibus: δωδέκατον. ἕκτον. τέταρτον. τρίτον. τρίτον δωδέκατον. ἥμισυ. ἥμισυ δωδέκατον. δίμοιρον. δίμοιρον δωδέκατον. δίμοιρον ἕκτον. δίμοιρον τέταρτον. λίτρα. Tria enim tantum hic variant: Primus triens , qui ſimplici acceſſione vnciarum progreditur. Alter triens compoſitus vel ex ſe & vncia, vel ex ſemiſſe & vncia. Tertius triens, qui ex ſe & augmento vnciarum compoſitus eſt. Et iterum repetit ordinem primi trientis, vncia, ſextans, quadrans . Nam ſe componit cum illis, Beſuncia, beſſextans, beſquadrans. Vt non dubitari poſſit, quare δίμοιρον Græci vocarunt. Cum poſſent aliter facere,& a tribus quadrantibus Dodrantem potius, quam a duobus trientibus Beſſem.

*Bidental*] Apage ſis illa verba , QVODDAM TEMPLVM. Nunquam enim doctiſſimus Feſtus ea ſcripſit. Verba ſunt barbari mutilatoris. Feſtus ita ſcripſit : Bidental dicebant , quod in eo bidentibus hoſtis ſacrificaretur. Quis enim neſcit Bidental omnem locum eſſe , qui de cælo tactus eſt ? Tantum abeſt , vt templum duntaxat dici debeat, Gloſſarij auctor recte expoſuit : Bidental, τόπος κεραυνόπληξ. Quin Perſius ipſum hominem κεραυνοπλῆγα, bidental vocat:

Triſte iaces lucis, euitandumque bidental. Artemidorus libro II. ὁ κεραυνὸς τὰ ἄσημα τῶν χωρίων ἐπίσημα ποιεῖ διὰ τοὺς ἐνιδρυμένους βωμοὺς καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γινομένας θυσίας. De Bidentibus alibi diximus in Coniectaneis. Gloſſarium : Bidentis, διετὴς ὄϊς , ὄρθιντα πρόβατα. lege, διόδοντα πρόβατα . Bidentes , ἐπὶ τῶν προβάτων , διὰ τὸ διόδοντα εἶ). Græci Bidental vocant ἐνηλύσιον , Gloſſæ Græcorum , ἐνηλύσια , τὰ κατασκηφθέντα χωρία. Nam σκηπτὸς fulgur. Porro de Bidentibus abunde diximus in Coniectaneis. Bidentes ſunt quas μετάσσας Homerus vocat. quæ neque agnæ ſunt , quia illæ nondum dentes ediderunt. neque adaſiæ , quia iam eiecerunt . a quo λιπογνώμονας oues vetulas vocant Græci.

*Bigenera*] Docti viri putant aliquid mutandum in CICVR SVS. Quod quare ſibi perſuadeant , non video.

*Bigne*] Bignus , pro Bigenus , eodem modo dictum quo Priuignus , pro prigenus. Nam Pri , pro Præ dicebant, vt Pridie.

*Bilbit*] Gloſſarium : Bilibit , ἐπιμιμασμὸς φωνῆς. Bilbit, βομβύζει.

*Bilingues*] Lego Brutiates,non Brutates. Βρεττάται. Apud Porphyrionem tamen veterem Horatij interpretem legitur Brutaces, in eum locum , CANVSINI MORE BILINGVIS. Bilinguis, inquit , dicitur , quoniam vtraque lingua Canuſini vſi ſunt , ſicut per omnem illum tractum Italiæ, quem ex maiori parte Græci incoluerunt. Ex quo magna Græcia nomen accepit. Ideo ergo & Ennius , & Lucillius Brutaces Bilingues dixerunt . Ita enim ex veteri Codice emendandus ille Porphyrionis locus. In quo vides eadem, quæ hic ſcribit Feſtus.

*Binomius* ]Lege Binominis.

*Biſeta*]Biſænum vocati Gloſſarium : Biſænus. χοῖρος ἑξαμηνιαῖος..& tamen non video,quomodo Biſænus , vel Biſenus ſit ἑξαμηνιαῖος. Idem eſt apud eundem auctorem, Bibilles, δίμαλλοι.&, Bicerres, .δίμαλλοι, δίκερωτοι.Vide ipſum Feſtum in Diſulcus.

*Bitienſes*]A Bitiendo.de quo in Coniectaneis.Dicebatur idem & Bætere, ſeu Betere, & Bitire. Gloſſariũ: Bæſis προσέλθης.Lege,Beatis.

*Blaterare*] Βλάξ. Gloſſarium Blanx, εὐήθης. Legendum Blax.

*Boa*] Crurum tumor.Lucillius:

Inguen ne exiſtat,papulæ,tama, ne boa noxit. Gloſſarium: Bor, ὁ τοὺς πόδας φλεγμαίνων. Puto Boa . Nam & à morbo ægrotans ipſe dici potuit, vt Carcer,qui in carcere eſt,& Ergaſtulus,qui in ergaſtulo. Lucillius:--Non ergaſtulus vnus, & alius iudicem Oppoſiuit. Idem : vt nemo ſententiam libere,quaſi ergaſtulus , poſſit dicere. Sic ſeruus Noxa dicebatur qui noxam fecerat. Vnde Dedere noxam dicebant veteres Eſt etiam Boa , morbus boum Auctoribus rei ruſticæ Gloſſario quoque Boua, νόσος βοῶν. Siue Boam,ſiue Bouam ſcribas, nihil intereſt,

*Boiæ*]Boia proprie collare veteres Gloſſæ:Boia.κλοιός. & inboio, κλοιῷ περιτίθημι. Sæpius in veteribus hiſtoriis Martyrum manuſcriptis legitur.vt, Tolle boiam de collo meo . Non mediocriter errat Brodæus , qui Boiam eandem cum Taurea facit: cum Taurea ſit ſcutica.Heſychius: μασίγια. μάστιξ. ῥάβδος , ταυρέα . &, μάσαγνα , τῇ ταυρέᾳ. Artemidorus de carnib. bubulis , quod non bonum ſit videri in ſomnis eis veſci,præſertim ſeruis : δούλοις δὲ βασάνους (σημαίνει) διὰ τὸν ἱμάντα . καὶ τὴν ταυρείαν. Alluſit Plautus Boius Boiam terit. Nam Boiam accipiendum pro collari,cum tamen qui hoc dicit,vellet accipi , tanquam ſi dixiſſet ipſum Gallum, cum Galla cubare. Notum enim Boios eſſe Gallos. & Gloſſarium : Bosbuc , Βωτέγερι, ὡς οἱ Γάλλοι.Scribe.Bos, Βοῦς Boi, ἑτεργίως οἱ Γάλλοι.

*Botulus*]Gloſſarium: Botulus, φύσκος. Bolos hic prima



longa accipiendum. per bolos enim farciebantur.

*Bouinantur* ] Nuſquam reperies hoc verbum pro cõuiciari. Bouinari enim eſt tergiuerſari. de quo ſatis alibi. Gloſſarium:Bouinatores , θορυβοποιοὶ , θρύλλον ποιοῦντες , ἢ ταραχὴν . Gloſſæ Iſidori melius : Bouinatores , inconſtantes.

*Brundusium* [ Imo βρεντήσιον , ſeu βρεντέσιον , prius βρέντη dictum videtur. Idque eſſe antiquum nomen eius oppidi. quod ſignificat lingua Cretenſium Ceruum.

*Brutiani*] Eleganter vetus Gloſſariũ: Brutiani , οἱ δυλικὰς πράξεις χρεωστοῦντες. Non enim vocat δούλους. Eos Fulgẽtius ait etiam Gerones dictos. Congerrones , inquit, qui aliena ad ſe congregant. Vnde apud Romanos Gerones Brutiani dicti. Quod verum eſt. Nam Gerones ſunt χειριστῄ, φρακτῆρες , vt auctor Gloſſarij docet. Apud Plautũ ſunt Geruli,in Truculento:

Ite hac ſimul muli æris , damnigeruli , foraſgerones,
Bonorum hamaxagogæ-- Atque hæc eſt prima coniectura noſtra de Bruttianis geronibus. Sed , vt ingenue fateamur,putamus potius dictos,quia gerones literarum & publici curſores erant. Strabo : τῶν δὲ πικεντίνων ὑπῆρχε μητρόπολις πικεντία νυνὶ δὲ κωμηδὸν ζῶσιν ἀπωσθέντες ὑπὸ ῥωμαίων διὰ τὴν πρὸς ἀννίβαν κοινωνίαν. ἀντὶ δὲ στρατείας ἡμεροδρομεῖν καὶ γραμματοφορεῖν ἀπεδείχθησαν ἐν τῷ τότε δημοσίῳ, καθάπερ καὶ λευκανοί, καὶ βρέττιοι κατὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας.

*Brutum*] Horatius: Quo bruta tellus. Eſtque ex Etruſcorum librorum doctrina.in quibus etiam eodem modo bruta fulmina dicebantur.

*Buccina*] Lege : Græci Bucanen.

*Bucerum*]Gloſſarium:Bucerum,γέννημα βιος. lege , βοός.

*Bulgas*)Adhuc Galli nomen retinent,ſed ὑποκοριστικῶς Bulgetas. Sunt autem riſci ſcortei.

*Bulimam*] Lege Bulimum.Ego id πάθος inuenio Furcillam dictum à vetere collectore Gloſſarum Furcilla,βούλιμος,ὁ μέγας λιμός. in Iſidoro, Curcilla , oppilago. & contra,Oppilago,curcilla. Quod ait de particula βοῦ , miratus ſum à Iuſtiniano imperatore βυπόρνεοι compoſitum eſſe, Nouella v I. βυπόρνεοι πορείαν. Porro βούπαιδα dice-

bant, quem Latini Catulaſtrum. Gloſſarium: Catulaſter, βύπαις. Aliæ Gloſſæ: Catuleſter, pupa, pupula, πάλληξ. Catlaſtros eſt vetus lectio apud Vitruuium libro VIII. cap. IIII. Quod à nobis admodum adoleſcentibus olim animaduerſum fuit.

*Bulla*] βυλή; Tarentine βυλὴ, βόλλα. & ἀναβολὴ, ἀμβόλλα. vnde Abolla. Quod Aeoliſmum reſipit.

*Burranica potio*] Vide, quæ in Cõiectaneis de hoc olim ſcripſimus.

*Burrus*] Eleganter homines ex potione rubentes ait Burros à veteribus dictos. Quod verbum in codẽ ſenſu retinet Hiſpanica lingua. Burraccos enim vocant ebrioſos. & vas vinarium, Burraccam. Gloſſarium Burrum, πυῤῥὸν, ξανθόν.

*Buſtum*] Ab hoc inauſpicatum genus auium Ambuſtaneum dictum putarim, quod circa buſta verſetur. Gloſſarium, Ambuſtandus, εἶδος ὀρνέου. lego, Ambuſtaneus, vt Circanea auis. eæque Ambuſtaneæ aues dictæ videntur, quæ de buſto ſeu rogo, aliquid in tecta deferebant, & incendium portendebant. Vnde incendiariæ aues in augurali diſciplina. Seruius in Fragmentis: Sane bubo, ſi cuius ædes inſederit, & vocem miſerit, mortem ſignificare dicitur. Si autem de buſto ſudem ad tectum detulerit, incendium ædibus portendere. Quin eandem Spinturnicem fuiſſe cum incendiaria, non dubito. Græco enim nomine dicta eſt, ἀπὸ τοῦ σπινθῆρος. quod carbonem ex rogo, aut ex altari in ædes inferret. σπινθὴρ eſt ſtrictura ignis. Neque vero prætermittendum, quod de Vſtrina hic dicitur, ſeparatam aliquando à ſepulcro, aliquãdo coniunctam fuiſſe. Ideo hoc cauebatur à veteribus. quin & lex monimẽtis applicabatur, vt licet notare in antiquis duobus ſaxis Romæ: HVIC. MONIMENTO. VSTRINVM. APPLICARI. NON. LICET. Item, AD. HOC. MONIMENTVM. VSTRINVM. APPLICARI. NON. LICET. Vetus Gloſſarium: Vſtrina, πυρκαϊά. vſtrina καύστρα νεκρῶν. Seruij Fragmenta: Apparatus mortuorum funus dici ſolet: extructio lignorum, rogus: ſubiectio ignis, pyra: crematio cadaueris, buſtum: locus, vſtrina: operis conſtructio, ſepulcrum: inſcriptum nomen, memoriaque, monumentum. publicæ autem vſtrinę erant in exquiliis, inquit Acro.



*Buttubata*] Vt nugarum facilis & obuia materia, ita nomina multa à veteribus excogitata, vt Buttubata à puerorum vocibus, quas prima in infantia diſcunt, Bu, Tu, Ba, Ta. Bu, eſt bibere. vnde buæ potus: & vinibuæ Lucilio ebrioſæ. Varro Cato de liberis educandis: Cum cibum ac potionem buas, ac papas vocent; matrem. mãmam: patrem, tatam. ba, eſt papa. Vnde Plautus: Tum puero dandum, quod papet. Ta, eſt appellatio Tatæ. Tu, etiam appellatio cibi, vnde Tubuccinari factũ, pro manducare. Idem & Titia: Gloſſarium, Titia κρέα νηπίων, ὃ λέγουσι Sed præſtat Ba, pro Ma, hoc eſt mamma dictum. vt facilis eſt lapſus a B, ad M: Buttubata ergo, quaſi Buttumata. Sunt & aliæ appellationes nugarum. Hettæ, Lire lire, nauci, Gerræ, Apinæ. quod eſt detortum ab ἀφάνναι. quod fuit ignobile opidum. Stephanus: Ἀφάνναι, χωρίον σικελίας, ἄσημον. ἀφ' οὗ, Εἰ εἰς ἀφάννας, ἐπὶ τῶν ἀδήλων, καὶ ἐκτετοπισμένων. Prouerbium vult accipi Stephanus de remotiſſimis. Et Heſychius, qui non in Sicilia, ſed in Attica ponit. Ἀφάνναι, χωρίον τῆς δημαρτίδος φυλῆς. πόῤῥωθεν. prouerbialiter ἀφάνναι, ἀντὶ τοῦ πόῤῥωθεν. At Romani de rebus nugatoriis. Gloſſarium, Apinæ, φάνναι. lege ἀφάνναι. Neque aliud eſt Affaniæ apud Apuleium libro IX. Hæc & alias ſimiles affanias fruſtra oblatrãtes eos retrorſum abducunt pagani. & libro X. ore ſemiclauſo effutiens neſcio quas affanias effutire. Apud eũdem Apuleium Folia, pro nugis. in vita Gallienorum Impp. Cyclopem etiam luſerunt omnes apenarij. lege apinarij. id eſt, quos vulgo in Gallia *Plaiſantins*. ab apinis, & nugis.

## C

*CAcula*] Gloſſariũm: Cacula, δοῦλος στρατιώτου.

*Caculatum*] Vt ædilatum.

*Caduca*] Virgam e manu Flaminis, quam Commẽtaculum vocabant, excidiſſe. Caducum auſpicium faciebat. & ni fallor, infelix erat. in Gloſſario: Caducus, πολιχο πολιχὸς, δημόσιος. lege, πτωτικός. In eodem, Caducos, ἐπιληπτικοι. lege, ἐπιληπτικοὺς.

*Caduceator*] Caduceum Græcum eſt pro Caruceum: καρύκεον Syracuſane, & Tarentine, quod aliis κηρυκεῖον. R in D, vt contra ſæpe D in R.

*Cælibem*] κοίλιψ, eſt Carens concubitu, vt αἰγίλιψ, Carens capris: κερκόλιψ, carens cauda. κείτη, κοῖτος, vnde ὀρεσκῷος, in montibus cubans. Ea eſt vera etymologia.

*Cænaculum*] ea tantum eſſe, quæ ſcalis aſcenduntur vel fidem fecerit Ennius apud Sept. Tertullianum, qui dixit --Cænacula maxuma cæli. & Martialis: Et ſcalis habito tribus, ſed altis. Nam & Iuuenal. - rarus venit in cænacula miles. Cænaculum veteres Gloſſæ interpretantur διώρυγαι, ὑπερῷον.

*Cærimoniarum*] Cerus veteri lingua ſanctus, à quo Cerimonia. Vt à ſanctus, ſanctimonia. & myſticum erat nomen Iani Cerus manus in carmine Saliari. Quamuis & Creator bonus exponatur à quibuſdam veteribus. Nonnulli à Cerere cerimonias. Propterea Gloſſarium: Cerimonia, δημήτεια.

*Cæſones*] Plinius: Auſpicatius enecta parente gignuntur. ſicut Scipio Africanus prior natus, primuſque Cæſarum à cæſo matris vtero dictus: qua de cauſa cæſones appellati. Quod ait de Scipione & apud Tertullianum legitur libro de anima: Poſſumus illos quoque recogitare, qui execto matris vtero viui aerem hauſerunt, Liberi aliqui, & Scipiones.

*Cella*] Gloſſarium: Cellarium, & cellaromarium, ταμεῖον. lege Cellarium, & Cellar, Omarium. omarium & aumarium dicebatur. Petronius apud Fulgentium: In aumariū memetipſum conieci. Corruptum ex armario.

*Calaſis*] manifeſto Græcum nomen χάλασις, laxamentum tunicæ nodo retentum.

*Calatores*] Calatores, ἐκβιβασταὶ ἱερέων. δοῦλοι δημόσιοι, παρέπολοι. Calator, κλήτωρ. Gloſſæ Græcorum. Et Iſidorus: Calator, miniſter ſacrorum. Quemadmodum Calatores ſunt ſacerdotum præcones. ita etiam κήρυκες ab Homero καλήτορες dicuntur. ἐς δ' ἄγαγεν κήρυκα καλήτορα τοῖο γέροντος. Calator ergo καλήτωρ.

*Calbeos*] Suetonius Galbeos, & hiſtorici. Gloſſarium Calbæ: Calbæ, κόσμια.



*Calicata*] veteres dicebant Calecata, vt legitur hodie in Tabula vetuſtiſſima Aletri, quam deſcripſit ita amicus noſter Aldus Manutius Pauli F. iuuenis doctiſſimus: L. Betilienus L. F. Vaarus hæc, quæ infra ſcripta ſont, de Senatu ſententia facienda coirauit. Semitas in oppido omnis: porticum, qua in arcem eitur: campum, vbei ludunt: horologium, macellum, Baſilicam calecandam: ſeedes, lacum balinearium: lacum ad portam, &c.

*Calones*] Scribendum παρασσωμάτας, κᾶλα. vt-κάγκανα κᾶλα. Gloſſarium: Calo, δοῦλος δημόσιος. Iſidorus: Calones, Galearij militum.

*Calpar*] Gloſſarium: Calcar, θυσίαι ἀπαρχῶν οἴνου. Vides legendum eſſe, vt hic, Calpar. Item, Calpar, οἶνος ἐν θυσίᾳ. Vide Arnobium, & Coniectanea noſtra. Græcum eſt à κάλπη vt ab Aula, aular. Nam Calpar non vinum proprie eſt, ſed vas ipſum vini. Varro apud Nonium.

*Calpurnii*] Lucanus in Panegyrico ad Piſonem:

--hinc tua, Piſo,
Nobilitas, veteriſque citant ſublimia Calpi
Nomina, Romanas inter fulgentia gentes.

*Camillum*] Verſiculus ille exagitatus à veteribus Criticis: Prætextum in ciſta mures roſere camilli. Camillum intellexit Ouidius cum ait: Stat puer, & manibus lata caniſtra tenet. Vide Coniectanea noſtra. Gloſſarium: Camilla, ἱέρεια. Seruius P. Danielis: Alexander, inquit, Aetolus poeta in Muſis refert Camillam nomen fuiſſe Dianæ ab Epheſiis dedicato templo ei impoſitum. Hæc Seruius in Schedis reconditis, quæ ſunt in Bibliotheca Danielis noſtri. Sed profecto magnus ille Virgilij interpres fallitur. Nam in eo poemate Alexander Aetolus non Camillam, ſed Ὦπιν Dianam vocat. Cuius verſus habes apud Macrobium. Sed eſt μνημονικὸν ἁμάρτημα.

*Canalicolæ*] forenſes vocat, vt etiam Græci ἀγοραίους, hoc eſt χυδαίους, Cæterum ſingulari numero propter canalem legendum eſt, non, vt hic, propter canales. Plautus Curculione:

In foro infimo boni homines, atque dites ambulant.
In medio propter canalem ibi oſtentatores meri.

*Cancri*] Cancer, canceris, & mutato n, in r, Carcer, car-

ceris. non à coercendo, vt Varro. Apuleius: inter Orci cancros iam ipſos adhæſiſti.

*Canicæ*] A canibus ſcilicet. vide prouerbium, κυνῶν ἀπὸ μαγδαλιᾶς. Pacuuius: Qui apud te quaſi ſeruos eſt canicaceum paneum.

*Cannenſem*] Locus non tam obſcurus, quam ridiculus: obſcurus tamen. Quod & me tacente ſatis per ſe patet. Ego ſane non dubito ita legere: Cannenſem, curſorem Titinnius præpoſtere dixit. Recte. Nota eſt conſternatio, & fuga eorum, qui ex Cannenſi clade euaſerunt: qui noctes, & dies nunquam curſum, & fugam intermiſerint. Quod Liuius nominatim monet. Ab eo ilocaliter Cannenſes, hoc eſt, qui ex clade Cannenſi effugerant, vocabatur curſores, vt ſuſpicari licet. At contra, præpoſtere Titinnius curſorem vocauit Cannenſem. Non enim, ſi Cannenſes curſores dicebantur, ab eo conſequens erit & curſorem quemuis Cannenſem dici. Sed comica licentia eleganter hoc dictum à Titinnio accipiendum eſt.

*Capillatam* Supplendum ex Plinio de Veſtalibus libro XVI. cap. XLIIII.

*Capitalis*] Non poſſum aliter mihi perſuadere, quin Feſtus ita ſcripſerit: Capitalis locus, vbi ſi quid violatũ eſt, capite violatoris expiatur. Nam capite, non caput habent & priſcæ editiones. Quare Ouidius capitale templum, Mineruæ captæ intelligit, cum ſcribit Faſt. III.

Aut quod habet legem, capitis, quæ pendere pœnas.
Ex illo iubeat furta recepta loco.

Ergo capitalis locus eſt, qui habet legẽ, vt capital ſit, qui quid in eo violarit. Capitalis lucus hoc modo dicetur. Quare locus, non lucus legendum, quia locus & lucum, & alia cõprehẽdat.

*Capitarium*] Iam & hoc nego à Feſto vnquam ne in mẽtem quidam veniſſe. ſed, Capitarium, æs, quod caput eſt. Ait Capitarium æs, id eſt ſortem Capitarium vocari, quia caput ſit vſuræ. Græci ἀρχαῖον. Ego tamen malo Capitarium æs eſſe, quod capite penditur. aliud enim ex cenſu pendebatur. vide Tributorum.

*Capuam*] Sane Capys Græcum vel Tarentinum videtur Latine expreſſum per Falconem. Nam κάπυς παρὰ τὸ κάπτεσθαι, ἤγουν κάμπτεσθαι, quod ĩcuruos habeat pedes. vnde & Capus dictus κατ' ἐξοχὴν vt ὄρνις Gallina κατ' ἐξοχὴν. & multa alia eiuſmodi. Vt & vnus tantũ ex genere accipitrũ vocatus Falco, non omnes accipitres, quanuis omnes ſint χαμψώνυχοι. hoc enim ſignificat Falco.



*Carinari*[ Gloſſarium: Carinari, χλευάζεσθαι. Iſidorus: Carinantes, illudentes. Ennius:

Contra carinentes verba, atque obſcena profatus.

& tamen corripit in ſequenti mediam:

*neque me decet hanc carinantibus edere chartis.

Qui verſus nondum excuſi, citantur à Seruianis ſchedis doctiſſimi Danielis noſtri. Ita factum carinari à carina: vt apud Græcos γεφυρίζειν à γέφυρα. Idémque valet, ac carinari.

*Cariſſa*] In veteribus editionibus vafrum, non vafram. Cui adſtipulari videtur auctor Gloſſarij: Cariſa, μαυλίστρις, πορνοβοσκός. Iſidori Gloſſæ contra feminino: Cariſſa, lena vetus, & litigioſa. ancilla doloſa, & fallax.

*Carnificis loco*] Originem huius moris explicat vetus ſcriptor Caſſius Emina apud Seruium Danielis noſtri: Tarquinius, inquit, Superbus, cum cloacas populum facere coegiſſet, & ob hanc iniuriam multi ſe ſuſpendio necarent, iuſſit corpora eorum cruci affigi. Tunc primum habitum eſt turpe, mortem ſibi conſciſcere. vt non tantum de eo, qui ſe vulneraſſet, vt moreretur intelligendum ſit, ſed de eo, qui quouis modo mortem ſibi conſciſceret. quare adeo eiuſmodi abominabantur vetuſtiſſimi Romani, vt ne eis quidem iuſta facerent. Seruius in ſchedis: Varro ait, ſuſpendioſis, quibus iuſta fieri ius non ſit, ſuſpenſis oſcillis veluti per imitationem mortis parentandum eſſe. Artemidorus lib. I. ἄτιμός τε καὶ φυγὰς γενόμενος, ἀναρτήσας ἑαυτὸν ἐτελεύτησε τὸν βίον, ὡς μηδὲ ἀποθανὼν ἔχειν ὄνομα. τούτους γὰρ μόνους ἐν νεκρῶν δείπνοις οὐ καλοῦσιν οἱ προσήκοντες. In cariſtiis enim, & parentalibus omnium carorum iam vita functorum nomina ciere ſolebant. Auſonius. -- nomina tantum.

Voce ciere, ſuis ſufficiet tumulis.

Quæ Auſoniana paulo diuerſius interpretatur Turnebus: quod nõ debuit.

*Caſaria*] Eſt, quã Græci οἰκουρίδα vocant, Hæbræi Naua.

*Caſſabundus*] Vnico s, Caſabundus. vide Varronem.

*Caſsiculum* ] Gloſſæ Iſidori : Caſſiculum, rete iaculum.

*Catampo* ] Græcum ſcilicet, κάτ' ἄμφω. Videntur verba duorum, qui cum ludum exercebant. Ridiculus eſt doctiſſ. vir, qui in Codice Iuſtiniani libro tertio in fine hariolatur de genere luſuum dictum, quod ipſi Imperatori nunquam in mentem venit, præſertim cum de hoc Catampo ibi mentionem fieri putet. Dictum κάτ' ἄμφω, vt κάτ' ἕν. Sed puto potius Catambo ſcribendum per b καταμβῶ dictū vt ὀπισαμβῶ. eſt autē ὀπισαμβῶ ἡ εἰς τοὐπίσω ἀναχώρησις. καταμβῶ ἡ εἰς τὸ κάτω καὶ τὸ πρηνές. vide Euſtathium.

*Catax* ] Græcum eſt κατάξ, hoc eſt κατεαγὼς τὰ μέλη. Iſidori Gloſſæ : Catax, claudus, coxus. In veteribus Græcorum Gloſſis : Coxus, λολός lege χωλός. Hiſpani retinent nomen. claudum enim hodiéque vocant Coxo & Coxquear, claudicare. Quod & in illis optimis Gloſſis reperi, Coxigat, χωλαίνει. & Nonius, Catax dicitur, quem nunc Coxonem vocant. dicitur & cloppus. Cloppus, χωλός. Gloſſarium.

*Catillatio* ] Catillones ait à Romanis dici, qui prouincias Po. Ro. deſpoliaſſent. à Catillonibus, qui & catillos ipſos liguriunt, abſumpta prius dape. A Græcis vero eiuſmodi homines dicebantur μολγοὶ παρὰ τὸ ἀμέλγειν, καὶ κλέπτειν τὰ κοινά. vt ille fur apud Maronem:

Hic alienus oues cuſtos bis mulget in hora.

*Catones* ] Repone, vt in veteribus editionibus, Cothones. quid differat Cothon à portu, explicat Seruius.

*Caudecæ* ] lege, Caudeæ. Ita etiam Plautus Rudente.

*Cauiares* ] Locus corruptus in ſequentibus. Legendum: Cauiares hoſtiæ dicebantur, quod cauiar pars hoſtiæ cauda tenus dicebatur. Manifeſtum eſt in equo Octobri, de hic agitur, partem ſecundum caudam dictam Cauiar, vt in boue, Palaſeam: in ſue, offam penitam. De equo octobri, inquam, Feſtus intelligit. cuius coda tanta celeritate in Regiam perferebatur, vt ſanguis recens inde in focum ſtillaret. Fiebat autem hoc ſacrificium quinto quoque anno, vt nō multo poſt ſequitur. & Propertius refert:

Qualia nunc curto luſtra nouantur equo.

*Cauillare* ] Dictum à cauendo, ὑποκοριστικῶς. Propriúmque eſt leguleiorum, & moratorum verbum. Nam Iuriſconſultorum proprium Cauere. Ouidius:

Illo ſæpe loco capitur conſultus amore.
Quique aliis cauit, non cauet ipſe ſibi.

Tibullus:

Hæc mihi quæ cauerem Titio, Deus edidit ore.

Hodie inepte, quæ canerem Tityo. nullo ſenſu. At Tibullus ſe prudentum more de amore publice reſponſurum cuilibet conſulenti proponit. Quod ex ſequentibus, & ex nomine Titij apparet. ſed qui corruperunt, ignorarunt ſecundam, & tertiam coniugationem eandē apud veteres fuiſſe. vt igitur deminuerunt nomen in formulariis illis, Leguleios, non iuriſprudentes vocantes: ſic & verbum profeſſionis: cum cauillare, non cauere eos dicebant, propter tricas, & moroſas iuris præſtigias. Sane ita eſſe vel vnus Tertullianus ſatis dederit, qui in libro de corona ait: omnibus modis cauillandum. id eſt cauendum. παντοίως περιεργαστέον. Non ergo obſcurum, quare in vitium verterit hoc verbum: cum genus hoc hominum male ſemper audierit. Gloſſarium vero: Cauillatio, ἐνέδρα, ἀπάτη, παρεγχείρησις.

*Cautionem* ] Plautus: Opportune mihi cauita eſt hæc epiſtola.

*Celibari* ] Ouidius: Nec tibi, quæ cupidæ matura videbere matri, Comat virgineas haſta recurua comas. Vide Plutarchum Problem.

*Cenſui cenſendo* ] Prædia cenſui cenſendo dicebantur ea, quæ eſſent mancupi: quæ habebant ius ciuile: quæ ſubſignari apud ærarium, apud cenſorem poſſent. vt auctor eſt Cicero in ea pro Cæcinna. neque poſſeſſiones, id eſt agri, qui non mancipatione ſed vſu tenebantur, Cenſui cenſendo dici poterant, neque hoc nomine in cenſum dicari.

*Centenariæ* ] Vltima clauſula, quæ pro Gloſſemate eſt, addita eſt à barbaro truncatore: IDEST CENTVM ASSIBVS, QVI ERANT BREVES NVMMI EX ASSE. Hæc ſunt ſtigmata miſello Feſto ab illo erudito Longobardo inuſta.

*Centenas pondo* ] Quin & addebant ſæpe libras, Centenas pondo libras. Varro, Liuius, Gellius.

*Centuriata*] Mirum quam placuerit huic Paulo nomen Curiæ. hoc enim omnibus rebus attribuit. Vult Centurias, Curias fuiſſe. item Tribus ipſas: vt in voce Centumuiralia, & in voce Curia. Quare ſuperius in voce Centũuiralia, impactum Feſto pittacium à Paulo iis verbis, QVAE CVRIAE DICTAE SVNT. Item hic, ITEM CVRIATA. & in voce Curia, QVIBVS POSTEA SVNT ADDITAE QVINQVE. Quæ omnia ea confidentia tollere poſſumus, qua poſita fuerunt. Lege igitur: Centuriata comitia dicebantur, quia Pop. Romanus per centurias diuiſus erat.

*Cercolopis*] Legendum ſine vlla controuerſia, Cercolips. hoc eſt Simia, quæ caudam non habet. Martialis: Si mihi cauda foret, Cercopithecus eram. Cercolips igitur opponitur Cercopitheco, & proprium Latinum nomen habet, Cluna. At Feſtus hic manifeſtò errat, qui putat à κέρκος, & λίπος factum. Ideo quod craſſam, & villoſam vltimam caudæ partem haberet. Atqui talia nomina non ab aliis nominibus, ſed à verbis componuntur. vt αἰγίλιψ. παρὰ τὸ λείπεσθαι αἰγός. quod capra careat. quin & nullum eſt genus talium Simiarum. Catullus quoque harum ſimiarum mentionem facit in epigrammate:

-- & trepidas lingere Cercolipas.

Quam enim apertus ſenſus, omnes vident. quid enim fœdius, quam nates Simiæ, præſertim Cercolipis? Politianus tamen maluit Carbatinas. Quod ipſe non excogitauit. Sed ita in manuſcriptis viderat. Ita enim habet manuſcriptus Catullus clariſſ. & eruditiſſimi Cujacij, I. C. ac ſenatoris ampliſſimi. Sed non defuerunt, qui in Politiano candorem animi requirerent. Quod docti viri hic ſubſtituunt Cercalopex pro Cercolips, vt quod ingenioſe excogitatum ſit laudamus, ita quod alienum à Feſti ſententia reiicimus.

*Cercopa*] Quid habebat in animo Feſtus, aut Verrius, cum hæc ſcriberet? quæ enim cognatio τῷ κέρκῳ, & τῷ κέρδει? Sed κέρκωπες à Græcis πανοῦργοι dicuntur. Eiuſque rei cauſſam petunt ab hiſtoria.

*Cerrones*] Inde Concerrones, & Concerræ. Lucilius:

Tapullam legem rident concerræ Opimi.

*Ceruaria*



*Ceruaria*] Cerua mactabatur Dianæ. Ouidius:

Quæ ſemel eſt triplici pro virgine cæſa Dianæ,
Nunc quoque pro nulla virgine cerua cadit.

Cum ea non erat, ſuccedaneam eius mactabant ouem, quæ ob id Ceruaria ouis dicebatur.

*Ceſpes*] In modum lateris. Propterea elegantiſſime à Græcis vertitur χορτόπλινθος. Gloſſarium: Ceſpes, χορτόπλινθος, χορτόβωλος, πλίνθος. Male, χορτόβολος, πλῆθος.

*Chilo*] Græci interpretantur προκέφαλον.

*Ciccum*] Gloſſarium: Ciccum, ῥοᾶς ὑμήν. Iſidori Gloſſæ: Ciccum, mali granati membrana. Vide Varronem, & Coniectanea noſtra.

*Cicindela*] λαμπυρίς. Gloſſarium.

*Cicuma*] Iſidori Gloſſæ: Cecuma, noctua.

*Cilium*] Gloſſarium: Cilia, ὑπώφεια. lege, ὑπώπια. Palpebras intelligit.

*Cimbri*] λῃστρικοὶ ſane, καὶ πλάνητες fuerunt. Sed nõ magis Cimber latronem ſignificat, quam Iſaurus piratam: Ambro, diſſolutum, ac voracem: Opicus, obſcenum. Sed quia tales fuerunt eæ nationes, de earum nomine vocamus, qui tales ſunt.

*Cingulum*] Varro γεροντοδιδασκάλῳ. Nouos maritos tacitus taxim vxoris ſoluebat cingulum.

*Cinxiae*] Tamen Varro apud Auguſtinum de Ciuit. lib. IIII, cap. XI. ait Virginenſem Deam fuiſſe, cui virgines ſoluebant zonam. Eandem Fortunam Virginalem vocabant. Arnobius: Virginum togulas fortunam defertis ad Virginalem. Nam nuptiarum tempus virginibus idem erat ac pueris tyrocinij dies. Eo enim tempore feminæ prætextum deponebant.

*Citeria*] In verbis Catonis legendum, vectitatum iri.

*Citimus*] Declinabantur olim, Cis, citis: Vls, vltis. Pomponius de origine iuris dixit, vltis Tiberim. Dixit & Varro alicubi.

*Citroſa*] Næuius. pulchramque ex auro, veſtemque Citroſam. Feſtus vult ita dictum, quod ſit vndatim criſpa. At Macrobius, quod poma citri veſtibus insererentur, ad odorem cõcipiendum. In quo licet videre veterum incõſtantiam. Nam alia eſt citrus, ex qua menſæ fiebant: alia,

I

quæ poma habet, quam Medicam vocarunt. Quam cum dicant eandem eſſe cum Homerica Thyia, ipſi viderint. Vix enim & Virgilianis temporibus non ſolum Europæ, ſed & Aſiæ minori cognita erat.

*Claſſes*] Et claſſem procinctam, exercitum ordinatum. Lex Numæ: QVOIVS. AVSPICIO. CLASSE. PROCINCTA. OPEIMA. SPOLIA. CAPIVNTVR. IOVI. FERETRIO. BOVEM. CAEDITO. QVEI. CEPIT. AERIS. DVCENTA. DARIER. OPORTETO.

*Claßici teſtes*] Hoc eſt, Ciues Romani. Qui enim ciues Ro. erant, omnino in aliqua claſſe cenſebantur. Qui non habebant claſſem, nec ciues Ro. erant.

*Clauſula*] Suſpicor, quam Græci χῶλον vocant. ex quo factum κολοφῶν.

*Clingere*] Omnino legendum, Clingere, cludere. Alioqui fruſtra dixiſſet à Græco κλείειν manaſſe. Quin Iſidorus plane ſententiam noſtram adiuuat. Clingit, inquit, cludit.

*Clitellæ*] Clitellas etiam pro locis accliuis dicunt Græci. Nam κανθήλιον ſignificat non tantum clitellas, & ſagmata aſinorum: ſed etiam, vt dixi, accliuia loca. Quin & iidem Græci κλιτὺν dicunt locum in vallem demiſſum. A quo Clitellas formarunt Latini.

*Cluma*] Gloſſarium: Clunar κελύφη λέπυρον.

*Clunaclum*] Quid ſit cultrum ſanguinarium, ego neſcio. An cultrum iugulatorium? Propterea dicitur σφαγὶς Græcis. Sed puto mendoſum eſſe: & ita legendum: Clunaclum, cultrum ſane victimarium &c. Ita enim aliquãdo loquitur. vt ſupra: Aerarium ſane populus Ro. in æde Saturni habuit. Vel ſimpliciter: Clunaclum, cultrum victimarium &c. Vel, quod verius puto, cultrum ſaginariũ. Eſt enim culter laniorum, ad iugulanda pecora ſaginata. Neque dubito, quin hæc vera ſit lectio. Ita ergo poparũ culter vocabitur.

*Clunas*] Gloſſarium: Clura, πίθηκος. perperam, vt vides, Clura, pro cluna. Græce, ut ſupra monuimus, κέρκολιψ.

*Clunes*] Paulo diuerſius à Nonio citatur locus Plauti. Clunes maſculino. Plautus Agroico: Quaſi lupus ab armis valeo: clunes defertos gero.

*Cnaſonas*] Iſidorus, Cnaſon, acus, qua mulier caput ſcalpit. Nam duplex eſt acus ornatricum: altera, qua ſcalpũt caput, quæ diſcerniculum dicitur. altera, qua crines figunt, & ſuſtinent, quam Græci καλαμίδα. καὶ σύεργα vocant. Latini etiam aliquando fiſtulam. Eſt autem Cnaſon Tarentinæ linguæ. Nam Tarentinorum proprium eſt, ſimplicia verba κατὰ παραγωγὴν producere. vt ab ἄγω, ἀγάζω. Vnde Agaſo, ὁ ἀγάζων. & à κνάω, κνῶ κνάζω. vnde Cnaſo, ὁ κνάζων. Sed de hoc alibi.

*Cocetum*] Tertullianus libro contra Valentinianos: Pãdoram Heſiodi: Acci patinam: Neſtoris Cocetum: Miſcellaniam Ptolemæi.

*Coclacæ*] Nempe Græcanice detortum. κόχλακες.

*Coctiones*] Recte definit, quos ſuperius à Gallis *Barguigneurs* vocari monuimus. Et recte, vt ipſe ait, à veteribus per V, Cuctio ſcribebatur. Quia Cuctus dicebant, quod poſtea Cunctus. & Coiux, quod poſtea coniunx. & ſimilia. Cuctus, coniectus: vt tractus, pro traiectus. de quo in Appendice in Varronẽ. quia dicebãt Coicio, & coiectus. Laberius in Necromantia:

Duas vxores? hercle hoc plus negotij
Eſt, inquis. Cocio ſex ædiles viderat.

Vbi Cocio, non coctio ſcribitur, vt ſæpe alias. vt in Gloſſario: Cocio, μετάβολος, Iſidorus: Cocio, arilator. in veteribus Gloſſis: Cocionatura, μεταπρατικὴ. In Gloſſario; Cociatria, μεταβλητική. Mallem Cociatrina. vt; meditrina. Quare autem Gellius reprehendat Laberium, qui peruulgate dixerit Cocionem, cum veteres dicerent Arulatorem, non video. Plautus enim Aſinaria vſus eſt: Itaque non eſt peruulgatum, neque, vt ipſe Gellius loquitur, proculcatum vocabulum.

*Cocula*] Sunt Homeri κάγκανα ξύλα. & Varro nos docet libro 1. de vita P. Ro. Cocula, quae coquebant panem, primum ſub cinere: poſtea in forno. vtriuſque vocabulum à formo ductum, id eſt à caldore. Iſidorus: Cocula, ligna arida, vaſa aerea.

*Cœpiam*] In veteri quodã ſchedio reperiin verbis Catonis ſemeſa verba, non ſeditioſa. Erũt ergo verba tertiata, & quartata, vt idem Cato dixit aliquẽ tertiato, & quartato verba dicere præmetu, vt notat Seruius in Schedis.

quod imitatus eſt, vt alia, Apuleius lib. v. tertiata verba ſemianimi voce ſubſtrepens.

*Cognitor*] A veteribus Græcis, ἔκδικος. De eo Aſconius.

*Cohum, cælum*] Ennius vt notaui in quadam veteri membrana: --pilam vix
Sol mediam: complere cohum terroribu' cæli.
De hoc plura vide in Coniectaneis.

*Conquere*] Suſpicor, Conquinire, decubare. A quo conquiniſco. De eo vide apud Nonium. Conquiniſcere, eſt cernuum ſe inflectere, vel inclinare: vt faciunt exoneraturi ventrem. Pomponius Atellanarius:
---ſimul intro veni, acceſſi ad patrem. prendi manum,
In terra vt cubabat nuda. ad eum vt cõquexi, interim
Mulieres conſpiciunt-- Hoc etiam veteres cernuare dicebant. Quanquã & cernuare etiam ἀντὶ, τοῦ ἀσκωλιάζειν accipiebant. Varro lib. I. de vita Po. Ro. Etiam pelles bubulas oleo perfuſas percurrebant, ibique cernuabant. A quo ille verſus vetus eſt in Carminibus:
Sibi paſtores ludos faciunt coriis cernualia. Hic ludus ἀσκωλία vocabatur. de quo Virgilius-vnctos ſaliere per vtres. Nã cadebãt proni in armos. Idq; cernuare vocabãt Erant & Cernui ludij, κυβιστηταὶ de quibus in Cõiectaneis diximus. Et ab eo petauriſtæ, hoc eſt funambuli dicebãtur cernui. Gloſſæ: Cernulat, κυβιστᾷ. Seneca Epiſtola VIII. vt eſt animaduerſum à N. Fabro ex veteribus libris: Non vertit fortuna, ſed cernulat, & allidit. Cernulus, πεταυριστής. Cernauit πεπετάυρισται Male, Cernuit. Lucillius:
Modo ſurſum, modo deorſum, tanquam collus cernui. hoc eſt petauriſtæ. Euenit enim illi nunc ſurſum, nunc deorſum collum pendere, pro vt aut ſe deorſum deiicit, aut in altum ſubiicit.

*Collus*] Repone ex veteribus editionibus: Culleus. Non autem aliud genus tormẽti fuiſſe puto, quod hic dicatur, quam culleum, in quem immittebantur parricidæ. Res vulgatiſſima. Sed tamen apponam de eo quod inueni. ἐγένετο νόμος ἐς τοῦτο τρόπον πᾶσιν ἀνθρώποις· ὅπως ὅστις πατροκτόνιον πεποίηκει, δημοσίως εἰς μολγὸν πεμφθεὶς συνεῤῥαφῇ μετ' ἐχίδνης, καὶ κυνός, καὶ πιθήκου καὶ ἀλέκτορος ἀσεβῶν ζώων ἀσεβὴς ἄνθρωπος καὶ ἐπὶ ἁμάξης ἐζευγμένης μελανοῖς βουσὶ κατενεχθῇ εἰς θάλασσαν, καὶ ῥιφῇ εἰς βαθύ. Et mirum mihi videtur, quod de eadem re Iſidorus ſcribẽs in Gloſſis, ait Culleum tunicam fuiſſe ex ſparto in modum cruminæ factam, & ſolitam liniri à à populo pice, & bitumine. Plautus Vidularia: -iube hunc inſui culleo, Atque in altum deportari, ſi vis annonam bonam.



*Coloſſus*] Legendum à Charete, teſte vel ipſo artifice, qui ſubſcripſit Coloſſo:
Τὸν ἐν ῥόδῳ κολοσσὸν ἑπτάκις δέκα
Χάρης ἐποίει πήχεων ὁ Λίνδιος.

*Comiſſatio*] Græci interpretantur ἐπίκωμον.

*Comitiales*] Comitiales opponit nefaſtis Plautus, illis iocularibus verſibus:
Non potuiſti adducere homines magis ad hanc rem idoneos.
Nam iſtorum nullus nefaſtuſt, comitiales ſunt meri.
Ibi habitant. ibi eos conſpicias, quam prætorem ſæpius.

*Committere*] Scribe, delinquere, non relinquere.

*Comparſit*] Locus quidẽ Terentij notus vulgo ex Phormione, ita tamen, vt in aliam ſententiam, ac Feſtus interpretatur, accipiendus ſit.

*Compernes*] Græci vocant γονυκρότους.

*Compillare*] Aſconius in prætura vrbana: Compilarit: pilos, inquit, peruellerit: ſic fraudauerit furto, vt ne pilos quidem in corpore ſpoliatis reliquerit. Hæc indigna ſunt & veteri, & erudito interprete. Saltem ſyllabæ modulus debebat eum inducere, vt aliter exiſtimaret. Sed verbum eſt militare, compilare, cogere. Nam pilatum agmen dicebatur preſſum, ac denſum. Varro apud Seruium Danielis noſtri: Duo ſunt genera agminum: Quadratum, quod immiſtis etiam iumentis incedit, vt vbiuis poſſit cõſidere. Pilatum alterum, quod ſine iumentis incedit, ſed inter ſe denſum eſt, quo facilius per iniquiora loca tramittatur. Scaurus de vita ſua: In agrum hoſtium veni. pilatim exercitum duxi. id eſt, ſtrictim, & denſe. Ab eo pilare eſt premere, cogere. Hoſtius belli Hiſtrici primo:
Percutit, atque haſtam pilans præ pondere frangit.
Id:m--- ſententia præſto.

Pectore pilata eſt. Aſellio Sempronius : quartum ſignum accedebat,ſiue pilatim,ſiue paſſim iter facere volebat.Ennius Satyrarum ſecundo:

Inde loci liquidas,pilataſque aetheris oras
Contemplo-- hoc eſt preſſas , denſas:& , vt ipſe ſ ante dicit,liquidas.Ab eo igitur Compilare.non,vt Aſconius , à pilis. Qui igitur omnia preſſim colligit , dicitur Compilare. Quare hic recte , cogere,vt in vnum condere exponitur. In Græcis ſane id fero. qui compilare interpretantur, μαδίζειν.

*Compitalia* ] Gloſſæ : Compitalia , θεῶν ἀγυιαίων ἑορταί, αἱ γενόμεναι ἐν τοῖς τριόδοις ὑπὸ τῶν προσηκόντων τοῖς νεκροῖς.

*Conciliatrix*] Lucillius : Aetatem , & faciem, vt ſaga, & bona conciliatrix.Gloſſæ:Conciliatrix, προξενήτρια.

*Concinnare*] Perperam volunt mutare concinere in conciere.Vide ſecundum Coniectaneum noſtrum.

*Concipilauiſti*) Idem àc Compilaſti. vt reciprocus,reprocus:reciperare,incitegere,integere.

*Conclauata*) Haud dubie legendum Conclauia. & recte huic expoſitioni cõuenit Græcorum interpretatio. Conclauia, συνοικία. Quin & ſequentia confirmant.

*Condiscere*) Veteres Græci , συμπαρεστεῶς μετ' ἐπαγγελίας.
Condictio, συνταγή.

*Condalus*) Ita propius accederet ad origenem ſuam, κόνδυλος. ſed ſcimus veteres Cõdalum dixiſſe,& Condalium. υ in α. κύλιξ, calix. Plautus quoque fabulam Menandri δακτύλιον cum verteret, Condalium eam nominauit.

*Confeta ſus*) Talis fuit , quæ cum triginta porculis ab Aenea mactata eſt. Ambegna quoque ouis, confeta dici poteſt.

*Conflages*) Iſidorus legit confrages.ſed idem eſt propter cognationem F, cum R. vt ſufflamen,ſufframen. Fraxtabula, Flaxtabula. Eodem modo compoſitum confluges, quam Homerus vocat μισγάγκειαν. Liuius Andromeda:

Confluges vbi conuentu campum totum inhumigant.

*Confœduſti*)Imo potius videtur Confiduſti.à fidus,fiduſtus:vt ab ancus,anguſtus:ab vncus, vnguſtus.

*Coniuola*) Duplicem lectionem reperio in Gloſſis Iſidori : Coniuoli,cõcordes, iuncti.&, Cohibuli,concordes, coniuncti. Vtrique aſtipulatur Gloſſarij auctor,qui cohiuum , & coniuum interpretatur χάλυκα ῥόδου μεμυκότα. Vt videatur iam antiquitus in dubium hoc reuocatum, vtrum Conniuum,an cohiuum dicendum eſſet.



*Conlucare*] Profanam ſiluam dixit: Quia luci ſacri erant incædui. propterea ita deprecatur paſtor ille apud Ouidium in ſacro Palili :

Seu mea falx ramo lucum ſpoliauit opaco,
Vnde data eſt teneræ fiſcina frondis oui.

Neque tibi imponat, quod in Gloſſario legitur : Conlucatis, εἶδος νεκροῦ. Legendum enim , conlocatio , ἔθος νεκροῦ. erat autem Conlocare mortuum , in ianua ponere,pedibus in publicum conuerſis. Quod Græci προτίθεσθαι νεκρόν. Perſius: - tandémque Beatulus alto,

Compoſitus lecto,craſsiſque lutatus amomis
In portam rigidos calces extendis -- Gloſſæ Grammaticorum , in illud ἰλιάδος τ. ἀνὰ πρόθυρον τετραμμένος. εἰς τὸ πρόθυρον , inquiunt , βλέπων. τοῦτο γὰρ τὸ σχῆμα τῆς τῶν νεκρῶν προθέσεως. Ex quibus illuſtratur Perſianum , In portam rigidos calces extendis - Mos erat eam πρόθεσιν à filijs fieri. Dio in Tiberio de Liuiæ exceſſu : καὶ αὐτὴν ὁ Τιβέριος οὔτε νοσοῦσαν ἐπεσκέψατο οὔτε ἀποθανοῦσαν αὐτὸς προέθετο. Male enim hodie προσέθετο.

*Conquirere*]Legendum Coinquire,vel Coinquere.vtrũque enim videtur vſurpatũ,Coinquio,& Coinqueo. verbum nemini hactenus , quod puto , animaduerſum. Dictum autem veteri diſtortione coinquio , pro coanquio, anquire à Græco ἄγχειν. à quo anquina Cinna:

Atque anquina tenet ſtabilem firmiſſima curſum
veteres ergo per Q. dicebant, quod poſtea per G. Nam Anquere prius fuit , quam Anguere. Coinquire ergo ſeu Coinquere arbores,eſt coercere. verbum aptum ei rei.In tabula marmorea non dudum Romæ effoſſa,cuius exemplum communicauit mihi Cl. Puteanus , ita legitur ; EARVMQVE. ARBORVM. ADOLEFACTARVM. ET. COINQVENDARVM. ET. IN. EO. LVCO. ALLAE. SINT. REPOSITAE, &c. Videndum igitur, num ſuperius , vbi legimus , Coinquire deputare;



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

idem verbum intelligere debeamus, & mulitatoris negligentia commiſſum ſit, quo minus illud explicatum ſit. Nam fulguritas arbores coercere, nihil aliud, quam ea parte ramis collucare, qua de cælo tactæ ſunt. vt pro deputare, legendum videatur, putare. Sane quicquid eſt, illud coinquire, nihil aliud eſt, quam id verbum, de quo nunc agimus.

*Conſentia ſacra* ] Erant gentilium inter ſe Conſentia ſacra, & Conſentes Dij. vt Corneliorum, Valeriorum, &c.

*Conſponſor* ] Intelligendum hic coniuratores, qui pœna ſacramenti mutuo ſe prouocant, cum in rem aliquam agerent, puta in litem vindiciarum. Nam, vt inquit Varro, qui petebat, & qui inficiabatur, de aliis rebus, vterque quinquagenos aeris ad pontificem deponebant, &c. Nam formula prouocationis erat hæc, QVANDO. NEGAS. TE. SACRAMENTO. QVINQVAGENARIO. PROVOCO. &, QVA DE. RE. PETO. LAVDABILITER. IVRA. Hoc erat Conſponſio. Nam qui exegerat iuramentum, rurſus & ipſe ſacramentum adigebatur ab aduerſario. vide ſacramentum.

*Conſtitutus* ] Non leuiter deprauatus locus. Sic legendum videtur: Conſtitutus hominum, Conſiſtentiũ multitudo appellatur. Varro: Comitiales dicti, quod tum eſſet populi conſtitutus ad ſuffragium ferundum.

*Conſualia* ] Gloſſarium: Conſo, τῷ υἱῷ τοῦ ἴσιδος. Male.

*Conſulas* ] Attius in Bruto: -- qui recte conſulat, conſul cluat. ita legendum apud Varronem memini me admoneri ab amico quodam meo Colonienſi, doctiſſimo iuuene.

*Contubernales* ] Laudo coniecturam doctorum hominum: Licet & tentoria ex pellibus fiant. Ego tamen verius crediderim: Vnde & Tabernacula dicta ſunt, licet ex tentis pellibus fiant. Licet, inquit, non ex tabulis, ſed ex pellibus fiant. Lucilius:

Hic vbi conſeſſum, pelléſque vt in ordine tentæ. & apud Cæſarem, detendere tentoria.

*Contuoli* ] Non eſt dubium, quin legẽdum ſit, Coniuoli, vt ſupra. Quod & ipſe Grammaticus declarat, cum dicit, Conniuentibus palpebris.

*Conuentæ* ] Omnino legendum, Conuenta cõditio. Nam & id ſimpliciter dicebatur conditio. vnde formula repudij: Conditione tua non vtor. Et quod dicebatur, Parentes liberis ſuis conditiones quærere.



*Copona* ] Non video, quare doctis viris hic viſum mutare à cupis, pro, à copiis. Nam nihil eſt apertius.

*Corculum* ] Plauti exẽplum hic nihil ad rem. ſed potius, quod ait Cicero de Scipione Naſica, eum vulgo Corculum dictum.

*Corgo* ] Vetus Gloſſarium per G, Gorgo. Goreo, ἀναμφίβολος. Lege, Gorgo, ἀγχαμφιβόλος. Gorgi, ἀγχαμφίβολοι

*Corius* ] Lege, Hæc lupus: non, Hæc ludus. Ennius:

Endotuetur ibi lupu' femina conſpicio amnem.

*Corniſcarum* ] Cornices eſſe in tutela Iunonis præter fabulas, cognomen etiam ipſius Deæ docuerit, Moneta. nam inde Gracchuli Monetæ, & Monetulæ dicti. Poſterior ætas per D, Monedulæ. Gloſſarium exponit Monetam, μνημοσύνην. non male. Higinus: Ex Ioue, & Moneta, Maia. Moneta ergo ἡ Μνημοσύνη, mater Muſarum: & in Odyſſea veteri Liuij Andronici: Nam Diua Monetas filia docuit, hoc eſt μοῦσαι. Nam ex illo; -- οὕνεκ' ἄρα σφέας.

Οἴμας μοῦσ' ἐδίδαξε --

*Cornua* ] Alluſit Horatius -- & addit cornua pauperi

*Corona* ] Et nos quoque alibi docuimus Coronam Græcæ originis eſſe. Simonides:

Φοῖβος ἐσαγεῖται τοῖς τινυδαιείδησιν ἀοιδῆς,
αἱ ἄμετροι τέττιγες ἀπημείψαντο χορωνῷ.

Ideoque non carebant ratione, qui cum aſpiratione ſcribebant.

*Coſſi* ] Eos poſtea Cuſos inuenio vocatos. Gloſſarium: Cuſus, ξύλου σκόληξ. Vnde Hiſpani hodie vocant Guſanos.

*Cotilia* ] A Græcis quibus ſcilicet reſponſum redditum.

Στείχετε μαιόμενοι σικελῶν σατούρνιον αἶαν,
ἠδ' ἀβοριγενέων, κοτύλην οὗ νᾶσος ὀχεῖται.

κοτύλην ergo Græci vocarũt. In Strabone monuimus χοιροσκολίας perperam legi. Legendum enim κοτυλίας.

*Coturnium* ) Ego non puto differre à Gutturnio. Sed literæ in ſuas cognatas degenerarunt.

*Craticulum* ] Ego quod verbum hic Græcum ſubſti

tuendum ſit non video. potius mihi videtur legendum, Craticulum à crate deducitur,& verum eſt. Crate neutro genere antiquitus, à quo Craticulum: vt rete, reticulum.

*Crepitulum* ] Apud Tertullian. Crepidulum in lib. de Pallio:& ſtollam, ſupparum, crepidulum,& caliandrum.

*Creui* ] Non proprie ſignificat hereditatem adij. ſed cretionem additio hæreditatis ſtatim ſequebatur. Vetus Gloſſarium : Cernitóque, καὶ ἐγχειρησάτω. Ita enim legendum eſt. Quaſi diceret,& faciat, vt eam poſſit adire: agat, aggrediatur.

*Crines* ] Nam ijdem eos χελιδὼς vocant. Falſum. & ſuſpicor ne hic quidem Græcam vocem deſiderari : ſed potius legendum : Nam ideo eos, crines vocant. ideo, inquit, propter χεῖσιν, crines vocant.

*Crucium*] Crucium vinum Lucillius] dixit imitatione Alexidis, qui de vino Corinthio ita pronunciat:

οἶνος ξενικὸς παρῆν. ὁ γὰρ Κορίνθιος
βασανισμός ἐστι --

*Crumina* ] Verſus Plauti mendoſus ita legi debet:

Di bene vortant. tene cruminam. in ea erunt triginta minæ.

*Cruſtumina*] Non prætermittendum, quod Caſſius Emina apud Seruium Danielis noſtri ſcribit : Siculum quendam nomine vxoris ſuæ Clytemeſtræ condidiſſe Clytemeſtrum, mox corrupto nomine Cruſtumerium dictum. Clytemeſtram vero ſine N, pro Clytemneſtra & Auſon. dixit:

Vindicem adulterij cum Clytemeſtra necet.

*Cubans*] Virgil. Pellib. incubuit ſtratis, ſomnóſq; petiuit.

*Culigna* ] Lego, quam illi dicunt κυλίχνην.

*Culina* ] Poëta innominatus.

Neque in culinam, & vncta compitalia.
Dapéſque ducis ſordidas. εὔπρας eas vocari iamdudum monuimus. Significat & culina τὸν ἀφεδρῶνα. Gloſſarium: Culina, ἀπόπατος. Item: Conclauis, & culina, ἀφεδρὼν, ἀπόπατος. Gloſſæ Iſidori : Culina, latrina, ſeceſſum. Petronius : Qui inter hæc nutriuntur, non magis ſapere poſſunt, quam bene olere, qui in culina habitant.

*Cum alter* ] dictum, vt in epiſtola Caſſij : In præſentiarum, Cumpartim, cumprime, & ſimilia.



*Cupes*] Varro IIII. de Latino ſermone: Ad corneta forum cupedinis, à faſtidio. Ita enim legitur in manuſcripto. & recte. Faſtidium enim eſt, quod vulgus Gallorum dicit *Friandiſe*, & faſtidioſus, *Friand*. Italice *Giotto*. à glutiendo. vetuſtiſſimus orator Fauorinus : Is nunc flos cœnæ habetur inter iſtos, quibus ſumptus & faſtidium pro facetiis procedit. Iſidorus: Cuppes, faſtidioſus, cupidus. Gloſſarium : Cupidus, κυπὸς. Lego, Cupedius. Κυπὸς, eſt re vera, quem faſtidioſum vocari admonuimus. qui non multa, vt oratores, ſed electilia edit: neque facile inuenit, quod ad palatum faciat. ſignificat & κυπὸς parcum. quod non recedit à priore ſignificatione. Porro Cupedinis forum eſt, forum piſcatorium. vt cognoſcimus ex Apulei variis locis.

*Cupreſſus* ] Plenius apud Seruium, qui nondum editus eſt: Romani moris fuit propter cerimonias ſacrorum, quibus P. Romanus obſtrictus erat, vt potiſſimũ cupreſſus, quæ exciſa renaſci non ſolet, in veſtibulo mortui poneretur, nequis imprudens funeſtam domum rem diuinam facturus introeat, & quaſi attaminatus ſuſcepta peragere non poſſit. Ex his Seruianis intelliges quare Plinius de ea arbore loquens dixerit, Diti ſacra, ideo & funebri ſigno ad domos poſita. Nouum autem hunc morem fuiſſe, neque tam vetuſtum, quam putat Seruius, vel ex eo apparet, quod peregrina erat arbor, ſeróque Romam aduecta fuit, non multum ante Catonis ætatem. neque enim de ea tam verboſe locutus eſſet Cato, vt notat etiam Plinius. diuitum autem tantum non etiam omnium ædibus præponi ſolere auctor Lucanus:

Et non plebeios luctus teſtata cupreſſus. Cuius rei cauſſam nullam aliam puto, quam raritatem arboris, quod initio pauci in agris aut intra vrbanas villas eam arborem inſtituebant.

*Curia* ] Calabra. Gloſſarium: Calabra, ἱππών, βουλή. ſane hoc verbo ἱππῶνα ſignificari nũquam legi. Supra monuimus inepti mutilatoris verba eſſe, QVIBVS POSTEA SVNT ADDITAE QVINQVE. Illa vero etiam mendoſum tinniunt: NOMINA CVRIARVM VIRGINVM. Legendum enim Curium, aut Curetium Virginum: vel ſi mauis, Curienſium. Sabinarum enim virgi-

num nomina impoſita Curiis.

*Curiales*] Dicuntur & ſerui Curiarum, qui etiam poſt deſitam Curiatorum comitiorum ſolennitatem ea comitia conuocare ſolebant. Terentius non alios intellexit, Curialis vernula eſt, qui me vocat. niſi, quod verius puto, curialem dixerit ab eo quod Græci cenſebant ſeruos ex tribu, populo & curia dominorum. Itaque apud Ariſtophanem legimus, τὴν ςρυμοδώρου θεράπαιναν ἐκ τοῦ φελλέως. A qua mente dicit ſeruus in Phormione: Amicus ſummus meus & popularis Geta. vocat popularem ſuum in palliata Comœdia, ſeruum cuius herus eiuſdem δήμου eſſet cum ſuo hero. Si ſerui erant Curiales, & vernas quoque fuiſſe neceſſe eſt. Quare eruditiſſimus vir Ant. Goueanus aſſequi non potuit, cum tamen, ſi illud ſagax ingenium adhibuiſſet, potuiſſet, ni fallor, aut verius pronunciare, aut pudentius tacere. Ii ſerui cum liberabantur a magiſtratu, prænomen & nomen ipſius magiſtratus accipiebant. Publici ij ſerui erant ex iis, qui dicebantur Serui Romani. Porro Curiales, poſtea & Curiones dicti ſunt, quia cũ antea Curionum eſſet habere Comitia Curiata, ipſi poſtea obſoleta veteri conſuetudine Comitiorum eorum vicem ea Comitia habebant. & propterea abuſi ſunt poſteriores Romani eo nomine, vt omnes ſeruos publicos, deinde & præcones vocarent Curiones. Martialis: epigrammata Curione nõ egent. Sed & Calatores ipſos antiquitus vocabant Curiones, vt in carmine Saliari: omnia dapatilia comiſſe Iani Cuſiones, hoc eſt Calatores, vel præcones ſacrorum. Illi, vt, dixi, erant ſeruilis conditionis.

*Cuſsilires*] Prius dictos puto Coſſilires. Sic vocati ignaui, & oſcitabundi, qui per vias vrbis otioſi incedunt varici, & lentis paſſibus. Metaphora ab aratoribus, qui porcas in agro faciunt. Oportet enim eos pedes ambos in ſulcis ſeu liris ponere, & porcam in medio habere: vt neceſſe ſit varicitus incedere, quod dicebatur Coſſim lirare, vnde Coſſilires. Coſſim, pro coxim eſt varicitus. Vide Nonium. Attius Parergis: Bene proſciſſas Coſſigerare ordine porcas, bidenti ferro rectas deruere. Formatum verbum ex Coſſim, & aggerare.

*Cypriobouì*] Tam verum eſt vllos boues σκατοφάγους



eſſe quam vllas oues ὠμοφάγους. Vtrunque enim contrarium animali ruminanti. Scio quidem in quibuſdam nationibus piſces arefactos, ac ſale duratos bubus apponi. Sed aliud eſt piſces pecori dare, cum iam amplius piſces non ſunt: aliud pecus ipſos viuos conſectari, & paſci. Sed οἱ σκατοφάγοι βόες non ſolum Feſtus ait: ſed & Græci παροιμιογράφοι, exponentes prouerbium Κύπριοι βόες. Vide illos.

# D

*DAgnades*] Scribe per, C. δακνάδες. Heſychius: δακνὶς, ἄδος ὄρνεα. Quod vero CANTVRIENDO hic mutant docti viri. & ſubſtituunt Cantitando, neſcio quare ſibi perſuaſerint Canturire verbum Latinum non eſſe: cum alij veteres vſurparint, & vetus Gloſſarij ſcriptor: Canturit, μινυρίζει.

*Daliuum*] Gloſſarium: Daunum, ἄφρονα. manifeſto legendum Daliuum. ſinceriora veſtigia apud eundem ſcriptorem in illo, Dauus, ἄφρων, ἄπειρος. Daliuus enim legendum.

*Damia*] Gloſſarium: Damium θυσία, ὑπαίθριον γινόμενον. contra dicit, ac Feſtus. Falſum vero ἀντιφραστικῶς dictum, quod minime publicum ſit. Imo ita dictum, quod pro populo fieret. Iuuenalis:

Pro populo faciens quantum Lauſella bibebat: Sequentia quoque ita legenda: Dea quoque ipſa Damia, & ſacerdos eius Damiatrix appellabatur. Sane Damiatrix etiam in antiquitus excuſis legebatur. Quod inepti homines in neſcio quas Græculas ineptias mutarunt.

*Daps*] Exempla dapis pro verna, aut hiberna ſemente habes apud Catonem,

*Decima quæque*] Vide quantum iuris Barbarus ille ſibi ſumſerit in hoc loco mutilando. vni enim tantum Herculi hoc fiebat.

*Decrepitus*] A lucerna, vel candela, quæ vltimum expirans crepitum edere ſolet. Hoc enim eſt Decrepare, vt apud Perſ. deſtertere. Decripitus a veteribus Græciæ magiſtris exponitur, ἐσχατόγηρος, τετυμβωμένος, ἀφθὸς, γέρων παχυθάνατος.

*Defrenſam*] Gloſſarium : Defrenſa, ἀφύγρα θερισθεῖσα. Defrens, ἄφυκρα, θερισμός.

*Degunere* ] Fortaſſe Degumare. Quod in Coniectaneis monuimus.

*Deincipem* ] Apuleius dixit deincipem ſermonem.

*Deliquium*] Imo quia delinquere apud veteres erat deficere. Tubero: Num delinquit, aut ſupereſt aliquid tibi? Cælius in Hiſtoriis : delinquere frumentum: Sardiniam hoſtes tenere.

*Deliquum*] Scribendum per C, quatuor ſyllabarum, Delicuum. In Caſina-- quando nil tibi domi Delicuum eſt. Gloſſarium : Delicuum interpretatur πλάσμα.

*Delubrum* ] Græci Grammatici, καθίδρυμα. ξόανον, ἀνάθημα.

*Demagis* ] Contra Gloſſarium : Demagis, σφοδρῶς. Et Nonius : Demagis, valde magis. Sed de hoc ſatis dicemus in Plautum.

*Depeculatus*] Legendum : Depeculatus, a peculatu dicitur. Quod ſequentibus confirmatur. veteres Græcorum magiſtri, Depeculatio, νοσφισμὸς δημοσίων χρημάτων.

*Depuuere*] Lege, Depuuire.

*Deris* ] Gloſſæ veterum : Segeſtræ, διφθέρα, διφθέρα πλοίου. Gloſſarium: Segeſtre, στήγαστρον περιδέρμιον. fortaſſe περιδέρμιον, vel potius γεράδερμον, vetus pellis, vt γεράνδρυον.

*Derogare* ] Gloſſarium : Derogat, εὐτελίζει, χρεωκοπεῖ. retulit ad tabulas nouas. Nam & ideſt derogare veteri credito.

[*Deſiuare*] Vetus editio: Deſinare. fortaſſe melius. Gloſſarium : Deſinator[], ἀβοήθητος. Qui ſcilicet deſinit deſtitutus ope. Tamen dubito. Nam & alibi legitur: die ſuatur, [] ἐκθέτεται. pro Deſiuatur], ἐκθέτεται. Sane apud Senecam epiſtola CXVIII. Deſinare per N legitur. Imbecille, inquit, mentis iſta ſunt verba, & hac deſinatione miſericordiam captantis.

*Detudes* ] Gloſſarium : Detudes, μανθέντες.

*Dianius* ] Lege : Dianium, vt Mineruium, & Vitruuio Aeſculapium.



*Dice*) In veteri editione, Dice pro dicam. Recte. Legendum enim, Dicem, pro dicam. ſic ſupra Attingem pro Attingam. Vbi ſimilis error, Attinge, pro Attingem: vt hic Dice, pro Dicam. Dicem ergo ſecunda coniugatione, & dicebo apud veteres. Nonius Primum, quod dicebo recte ſecundum, quod dicebo, eo melius.

*Dierectum*] Quod Græci dicunt εἰσφθαρῆναι, Latini dierectum intrare. quod, οὐκ ἀποφθαρεῖ ἐντεῦθεν; Latine id eſt, Non hic dierecta abibis? & ſimilia. De quibus ſatis apud Plautum.

*Dignorat*) Gloſſarium: Dignorat, ἀναπλύνοντα. Sed melius infra : Dicorat, διαγινώσκει. Lege : Dicnorat.

*Dirigere*) Lege Diſcindere, non diſcedere. Locus Plauti quem intelligit, eſt in Curculione:

Clipeatus elefantum vbi machæra dirigit. Sed hodie male diſiicit. Nonius legit, diligit. Sed de his omnibus abunde apud Plautum ipſum.

*Dirus*) θεοχόλωτος.

*Diſertiones*] ἀρχαϊσμὸς, pro diſſortiones. Apello, Apollo. Gloſſarium. Diſſortes, διακληρωθέντες. eſt & Diſſortium, διαχωρισμὸς διάστασις.

*Diſulcus*] Gloſſarium : Diſulcis, χοιροσφαγίτης, διαύλαξ. Lege, χοῖρος διχαίτης.

*Diuidia*] Gloſſæ: Diuidia, διχόνοια. vide Coniectaneum tertium.

*Dium*] Et dius heroum aliquis, &c. agnoſcis facile ſubæratum Pauli numiſma. qui ſine dubio plane legerat apud Feſtum Dius Fidius. Is enim eſt a Ioue genus ducens. Grammatici Græci : Dius filius, Διὸς υἱὸς, Ἡρακλῆς.

*Donaticæ*] Sunt vt puto, aliter prouinciales dictæ. Tertullianus: ſunt & prouinciales auræ (coronæ) imaginum iam, non virorum. capita maiora quærentes. Erant & donaticæ haſtæ, quæ militibus ob virtutem dabantur. vide in Optionatus.

*Dubenus*] Locus mendoſus. Proculdubio ita legendus eſt, Dubienus apud antiquos dicebatur, qui nunc dubius. Vide ſupra quæ annotauimus in Abddubanū. Gloſſarium Dubinus, διστός. Ibiquoque Dubienus reponendum. Et

tamen mirum, quod in eodem Gloſſario legitur: Dubius ſtatuis ſ. *διαπόντης*. videtur enim vulgatæ lectioni huius loci fauere.

*Duicenſus*) Gloſſarium: Duicenſus, *διτῶς* δεύτερον ἀπογεγραμμένος*. Illud *διτῶς*. eſt, *δισσά*, β. hoc eſt, *δισσά, δεύτερον*, dupliciter, iteratoue cenſus.

# E

Eccere] Veteres, Gloſſæ: Eccere, *ναὶ τὸν δήμητρα*.

*Edeatre*] Scribe per diphthongnũ, Edeatre, *αἰδάτρα*.

*Edecimata*] Gloſſarium, Decimata. Decumatum, *δεκατευθέν, ἐπίλεκτον*. Tamen in aliis Gloſſis: Edecumatus, *ἀδέκατος, ἀδωροδόκητος*.

*Effaſilatum*] Vox nihili. Legendum Exfilatum. poterat & Exaffilatum.

*Elecebræ*) Plautus Menæchmis:

Nam ita ſunt hic meretrices omnes elecebræ argentariæ. Vulgo, illecebræ argentariæ legitur.

*Elices*) Gloſſarium: Elix, *ἀγαπητοὶ ὀχετοῦ*. Elicatores, *ὑδροσκόποι*. Male putantur dici *ἕλικες* Græce in l. I. D. de aqua & aquæ pluu. in Pandectis Florentinis. Neque enim, vt puto, vnquam id Vlpianus ſcripſerat.

*Elinguem*) Vt Elinguatio. *γλωσσοτομία*.

*Elucus*) Pro ipſo affectu Tertullianus in libro de corona, cum ait ab eluco defenſare. Id enim eſt, *ἀπὸ τῆς ἐκλύσεως καρηβαρίας*. & Gellius lib. XVI. cap. XII: tarditatem animi, & ſtuporem, qui hallucinantib. plerunque vſu venit,

*Emancipatus*) Eleganter veterum Gloſſæ: Emancipatio, *ἐξοικείωσις*. Emancipatus, *χειράφετος*. Emancipatio, *χειραφεσία*.

*Endoprocinctu*] Ita exple in Gloſſario: Endoprocinctu, *ἐζωσμένοι ἐν πολέμῳ*. Exponit Endo, *ἐνείς*. lege, *ἐν, εἰς*. Endopicus, *ἀπαθεὶς ἐνδοτέρω*, lege, Endo, *ἔσω, εἰς, ἐνδοτέρω*. Nam ὃ Picus ſequenti voci adiungendum, Eniber picus, *ὄρνις ποικιλά*.

*Epicrorum*] Gloſſarium: Epicrocum, *ἱμάτιον εἶδος. ἢ σχοινίον ἀρτῶμεν κατάπερον*. vide Varronem lib. VI.

*Endoplorato*) Gloſſarium, Endoplorato, *ἐπικάλεσον*.

Enubro]



*Enubro*) Gloſſarium: Enibra, *ἐναντία*. Embrum, *πράγματος ἐπιβλαβής*. lege, Enibrum *πράγματος ἐπιβλαβές*. Eniber picus, *ὄρνις ποικιλά*. Inebra, *ὄρνεον μαντευτικόν*. Seruius in fragmentis: Certa genera auium ab auguribus appellantur, quæ pennis, vel volatu omina poſſunt facere: quæ ſi fuerint proſperæ, Præpetes: ſi aduerſæ. Inebræ dicuntur.

*Epulam*) Non mirum, cum adiectiue ſumatur, Intelligitur enim dapem, & epulæ, dapes. Sic Epulæ oues Varroni.

*Equus Marti*) October equus.

*Erctum citumque*] Tolle copulam QVE. Erctum citum eſt hereditas diuiſa. Gloſſæ: Herctus citus, *διαίρεσις τῶν ὑπαρχόντων*. Donatus apud Seruium: Erctum nōn citum; hoc eſt patrimonium non diuiſum. Erctum ciendum: hereditas diuidũda. Gloſſarium: Ciendæ, *διαιρεθησομένης*. Idem Erciſcundæ, *διαιρέσεως*. fortaſſe *διαιρετέας*.

*Erebum*) Quiſquis poeta dixit Erebo creatam noctem, interpretari voluit quod toties Græci poetæ dicunt, *νὺξ ἐρεβεννή*. *ἔρεβος* eſt nomen Hebræum, aut Syrum. Ereb enim in iis linguis eſt *ἑσπέρα*. Ab eo Arabes, quaſi dicas *ἑσπέριοι*. qui & ab eadem re dicuntur, *ἐρεμβοί* Eadem eſt origo.

*Eritudo*] Erus ſcribebant veteres. a quo Eritudo ab antiquo Græco *ἔρος*, vnde *εἰρερος*.

*Erugere*) A quo Eructum Gellio libro X. cap. VII. vinumque eructum, & fœtidum potare. Græcum eſt *ἐρυγή, ἐρεύγεσθαι*.

*Eudiæon*) *εὐδίαιον*. Ab eo Eugium dixerunt Latini. Lucillius Epodis: Hymnis ſine eugio, ac diſtina. Imitatio Græcorum. vide Heſychium *εὐδίαιον*..

*Europam*) Legendum, & nauem, quæ Iouis tutelam effigie Tauri habuerit. notum, quid ſit tutela in naue. vetus Gloſſarium: Tutela, *παράσημον τοῦ πλοίου*. Tutelas nauium a Phœnicibns *παταίκους* dici, auctor Herodotus: hoc eſt, cælaturas, *καὶ ἐκτυπώσεις*. Qui Hebraice ſcit, non negabit verum eſſe, quod dicimus. Nam nemo paulo doctior dubitat Phœnices Hebraice locutos.

*Exagogen*) Plautus Rudente.

K

*Examen*) στήκχομα Græci. vnde latini ſacoma. Vitruuius. Vel Scama. Gloſſarium: Scama, στήκχομα. Apud eundem auctorem. Scaua, ζυγός. Lego Scama.

*Examuſſim*) Quod ait, Amuſſim etiam ferramentum eſſe, quo vtuntur Fabri in poliendo, verum eſt. Inde enim Amuſſiuum Vitruuio. Varro Quæſtionum Plautinarum libro II. Amuſſis eſt æquamen, læuamentum. Vetus Gloſſarium: Examuſſim, ἐρυρως. Id potius conueniret voci Examina.

*Exbueres*) Exbuæ dictæ a bua infantium puerorum voce. vnde vinibuas Lucillius bibaces mulieres vocat. niſi auctoritas Feſti intercederet, ego libentius Exuberes ἀπογαλάκτους infantes interpretarer, quemadmodum contra Sububeres ὑπομαστίους. vt inueni in Gloſſis Latinis.

*Exeſto*) Quod ait in quibuſdam ſacris, recte docet non in omnibus ſacris id obſeruatum: ſed in illis tantum, quæ Reſolutoria dicebantur, ad quæ niſi ſolutis nodis accedi fas non erat. Seruianæ ſchedæ Danielis noſtri in illud: Vnum exuta pedum vinclis, in veſte recincta: Solent enim, inquit, & reſolutoria ſacrificia ab auſpicibus fieri. & ad Iunonis Lucinæ ſacra non licet accedere, niſi ſolutis nodis.

*Exſir*) Vide quæ olim in Coniectaneis ſuper hoc diximus.

*Exiles*) Lege, a tenuitate inarum. Vide Ilia. Quid ſit Ina in charta, diximus in libros Varronis de re ruſtica. Plinius de chartarum generibus: Deprehenditur & lentigo oculis: ſed inſerta mediis glutinamentis tenia fungo papyri bibula vix inis literæ fundenti ſe tantum eſt fraudi. Qui locus & perperam hodie legitur, & male conceptus eſt a Melchiore Guillandio, qui in ea capita Plinij de papyro ſcripſit. At nos plura in eum dicemus, & errata hominis in omnes bonos ſcriptores debacchantis in medium proferemus.

*Exodium*] Mirum diſplicuiſſe hoc doctis viris, qui pro eo ſubſtituerint Exodum. Quam bene, ipſi viderint. Meminerant quippe ἔξοδον a græcis dici, non ἐξόδιον. At iidem debebant contra meminiſſe, πρόλογον a græcis dici, non item προλόγιον, cum tamen Pacuuius prologium dixerit.



Varro Hecatombe περὶ θυσιῶν. Socrates cum in vinculis publicis eſſet, & iam bibiſſet κώνειον in exodiũ vitæ. Idem ἕως ποτὲ, περὶ ὡρῶν. Vitæ curſum vt agnoſcere poſſem, & quæ ſeruitutis, & libertatis ab origine ad exodium adducta. Idem περὶ μυριάπου. Quod cæperas modo in via narrare, vt ad exodium adducas.

*Exoletus*) Gloſſarius: Exoletus, ὑπέρακμος, καὶ ἐξώλης. Legendum puto, καὶ ἔξωρος: Idem: Exoletus, πέπανος.

*Extrarium*] Legendum cenſeo, extra focum, ſacra, iuſque ſit. intelligit ſacra familiæ, aut potius gentis. Sui heredes ſunt in ſacris patris familiæ.

*Exugere*] Gloſſarium: Exugit, ἐκπιπίζει.

# F

F*Abam*) Nam & Lemuralibus iaciunt eas laruis. Varro de vita Po. Ro. lib. I. Quibus temporibus in ſacris fabam iactant noctu, ac dicunt ſe lemures domo extra ianuam eiicere. Ouidius:

[redacted] perluit vnda,
[redacted]
Auerſque iacit. ſed, dum iacit, Hæc ego [redacted]
His, inquit, redimo meque meoſque fabis.
Hæc nouies dicit. nec reſpicit. vmbra putatur
Colligere, & nullo terga vidente ſequi.

*Fabius*] Fabiani fuerunt partium Romuli: Quintiliani, Remi. Ouidius Faſt. II.

*Fala*) Falandum, ſeu Falantum, græcum eſt, φάλαντον. Vnde & Paulatium, quod prius Palantium dicebatur.

*Falarica*) Ennius: Quæ valido venit contorta falarica miſſu. veteres gloſſæ: Falarica, χειροβαλίστρα.

*Falcones*) Vide ſupra in Capua. gloſſarium: Falcones, δάκτυλοι ποδῶν ἔσω βλέποντες. Idem pene Iſidorus in gloſſis.

*Falſius*] Vox rationabiliter eſt Pauli, qua etiam alij inferioris notæ grammatici vtuntur. Voluit dicere ἀναλόγως.

*Famelicoſam*) Aridam. vt græci Famelicoſum hominem vertunt λιμόξηρον & famelice, λιμοξήρως.

*Famino*] Cato: hoc vino præfamino. Lexicorum farci-

natores Vinum præfaminum diei putabant.<br>
*Farſenum*) Videtur legiſſe in Plauti Milite: eo præſter<br>
nebam folia Farfani, vel Farfeni.<br>
*Faſtigium*) In Gloſſario: Faſtidium, λέτωμα. Lege Faſti<br>
gium, ἀέτωμα. Ita ſæpe Vitruuius ex Cteſibio, & aliis. &<br>
ἀέτωσις, Faſtigiatio,<br>
*Faſtis diebus*) Lego, Faſtis diebus ius fari licebat. nefaſtis<br>
non fari licebat.<br>
*Faſti*) Eleganter veteres Græci, Faſtus, ἡμερολόγιοι. &<br>
faſtus in quarta declinatione. de quo quæſtio apud vete-<br>
res Grammaticos, ſuper illo Lucani: Nec meus Eudoxi<br>
vincetur faſtibus annus. Ex quibus licet coniicere antiqui<br>
tatem eius Gloſſarij, & quantum fidem eius ſequi debea-<br>
mus. Ego alioqui inueni duos verſiculos Iambos in lite<br>
ra R. qui videntur dedicationis loco eſſe:

Τοῖςδε δῶρ' εἰ τῇ σοφῇ γερουσίᾳ<br>
ὕπατος ὑπάρχων φερεσφέρω Φιλόξενος. Videtur

fuiſſe is Philoxenus, qui temporibus Iuſtiniani Cõſul fuit<br>
cum Probo. Porro verba ultima, Faſti enim dies feſti ſunt:<br>
ne Pauli quidem ſunt: [redacted]

*Fauiſſas*) Non eſt dubium, quin Græci vocarint θησαυ-<br>
ροὺς ea loca. Plutarchus in Philopœmene: οἱ μὲν δὴ ἀγά-<br>
γοντες αὐτὸν εἰς τὸν καλούμενον θησαυρὸν, οἴκημα καταγειόν, οὔτε<br>
πνεῦμα λαμβάνον, οὔτε φῶς ἔξωθεν, οὔτε θύρας ἔχον, ἀλλὰ με-<br>
γάλῳ λίθῳ περιαγομένῳ κατακλειόμενον, ἐνταῦθα κατέθεντο.<br>
Liuius cum acciperet hæc ab eodem auctore, ex quo hau-<br>
ſit poſtea Plutarchus, ita reddidit de eadem re loquens li-<br>
bro XXXIX. Admonent deinde quidam, eſſe theſaurum<br>
publicum ſub terra, ſaxo quadrato ſeptum. eo vinctus de-<br>
mittitur: & ſaxum ingens, quo operitur machina, ſuper-<br>
impoſitum eſt. In quo annotandum, eleganter ab ipſo Li-<br>
uio τὸν περιαγόμενον λίθον verti ſaxum, quo operitur machi-<br>
na, hoc eſt mola inferior, quam metã vocat Paulus Iuriſ-<br>
conſultus. Intelligit ergo Catillum, vt idem Paulus vocat:<br>
hoc eſt ſuperiorem molam. Machina enim ſignificat mo-<br>
lam apud veteres. Vnde Auſonius dixit Machinale põdus,



pro mola. Hinc Italicum vulgus Machinare, pro molere. Sane neque Plutarchus ſine Liuio: neque ille ſine Plutarcho exponi potuerat. Porro & Varro theſaurum pro eadem re dixit lib. de Latino ſermone VI. Sed quod Delphis in æde foramen ad latus eſt quoddã theſauri ſpecie, quod Græci ὀμφαλὸν dixerunt. Theſauri ſpecie, hoc eſt ad modum illarum Fauiſſarum, quod Græci θησαυροὺς vocant. Non tamen ignoro aliter olim a nobis eum locum expoſitum. Sed eleganter Naeuius in ſuo Epitaphio Orciuum theſaurum ab ea tranſlatione dixit.

Itaque poſtquam eſt orciuo traditus theſauro.

*Fauſtulum*] Fauſtitatem Deam colebant veteres pro incremento pecoris: vt, Si foetura gregem ſuppleuerit. propterea almam Fauſtitatem vocat Horatius.

*Februarius*] Ait diem Lupercalia a veteribus Februatum vocari ſolitum Varro: Lupercalia dicta, quod in Lupercali Luperci ſacra faciant. Rex, cum ferias menſtruas Nonis Februariis edicit, hunc diem Februatum appellat.

*Fertum*] Iſidori Gloſſæ: Fertores, ferto libantes.

*Feſnoe*] Lego Fa[redacted] ex veſtigiis priſcæ editionis. Faſcinoe, vt Pilumnoe, poploe: hoc eſt, faſcini, Pilũni populi,

*Feſtram*] Nihil præterea addit ineptiſſimus mutilator, hoc vno contentus, vocabula tantum nobis apponere, ſignificationis & omnis ritus, atque antiquitatis ſecurus. At nos ſciamus Feſtram fuiſſe oſtium minuſculum in ſacrario. Quod tantum abeſt, vt praetermittere debuerit abbreuiator iſte, vt etiam de eo librum iuſtum confecerit doctiſſimus ſimul, atque vetuſtiſſimus Grammaticus M. Antonius Gnipho. Macrobius: Item Antonius Gnipho, vir doctus, cuius ſcholam Cicero poſt laborem fori frequentabat Salios Herculi datos probat in eo volumine, quo diſputat quid ſit Feſtra, quod eſt oſtium minuſculum in ſacrario, quo verbo Ennius etiam vſus eſt. Ita, iamdudum legendum in Macrobio ſuſpicati ſumus, cum ecce confirmata eſt ſententia noſtra libro Macrobij manu ſcripto, cuius copiam nobis fecit eruditiſſimus, ac totius antiquitatis iuriſque ciuilis promptuarium Petrus Pithoeus, amicus noſter.

*Flaminia*] Omnino legendum: Flaminia, ædes Flami-

nis Dialis Nam Flaminiæ ædes mirum nõ eſt ſi ſunt domus Flaminis . quomodo dicitur Flaminiús Camillus . & Flaminius lictor. Apud Ouidium in Faſtis:

Ipſe ego Flaminia poſcentem Februa vidi.
Februa poſcenti pinea virga data eſt.

Flaminia, ex ædibus Flaminis . Ita legimus apud Ouidiũ pro eo,quod hodie flaminiam.

*Flaminica*] Patrimem,& matrimem interpretatur,cuius vterque parens in viuis eſt . At alij.qui ex eodem patre & matre nati . Nam ἀμφιθαλῆ vertunt . At contra ἀδελφὸν ἑτεροθαλῆ vocat Cedrenus vterinum,aut conſanguineum

*Flator*] Gloſſariũ: Flat:flator,φυσᾷ, αὐλητής. Arnobius libro ſecundo : Tibia, calamoque flantes. Veteres gloſſæ: Αὐλητὴς flator. tibicinator

*Fluſtra*] Tertullianus de Pallio : Sic & mari fides infamis , dum flabris aquæ mutantibus de trãquillo probum, de fluſtris temperatum , & extemplo de decumanis inquietat.

*Folliculare*) Folliculum vocat, quod græci ἄσχωμα.

*Forbeam*) Seruius: Fibræ , herbam Nigid. Commento grammaticali : φορβὴ , ſed antea Fibra dicta eſt, vt nunc etiam ruſtici dicunt. Hæc Seruius qui adhuc eſt in conditoriis eruditi amici noſtri P.Danielis. Ex quib⁹ ſuſpicor alterutrum ſcriptorem ex altero emendandum.

*Fordicidus*] gloſſarium:Fordas,ἐγκυμονούσας. Forba,θυσία ἐγκύμονος βοός.

*Forma*] Lege:vt cum exta,quæ dantur, Formida appellantur:

*Formucales*] Manifeſto legendum formucapes. vnde contractum Forcipes.

*Fortus*] Reſtitue ex veteri editione Forctis . In XII. Tabulis:SANATIBVS. IDEM. QVOD. FORCTIBVS IOVS. ESTO. id eſt bonis , & qui non defecerant a populo Ro.

*Forum*] Forum agere. Lucas in Actis. αἱ ἀγοραῖοι ἄγονται.

*Frauſus*) Liuius lib. XXIII. qui capitalem fraudem auſi, quique pecuniæ,iudicati in vinculis eſſent. Lege, faudem frauſi. Plautus Aſinaria:



Metuo,in commune ne quam fraudem frauſus ſiet.

*Fringilla*) σπῖνος.

*Fruniſcor*) Quod ait vulgo dici infrunitum, vſus eſt Seneca de Benef. lib. III. Infrunita, inquit,& antiquaria eſt, quæ neſciat matrimonium vocari vnum adulterum. vt Iter, itiner, Iecur, Iecinor, Se, ſine. ſic Fruor, fruinor, Fruiſcor, Fruiniſcor,& Fruniſcor.

*Frutinal*) Veneris Fruti meminerunt Solinus: Dum, inquit,ſimulacrum dedicat Veneri matri, quę Fruti dicitur. Item Auguſtinus lib. IIII. cap. XXI. de Ciuit. quam Diuam Fruti Seiam vocat. Trium horũ teſtimoniis, Solini, Feſti, Auguſtini cur fidem eleuemus, quominús Frutinal legamus, cauſæ non eſt. At Erucinæ Veneris templum fuit Romæ. Quid? propterea non erit & Veneris Fruti , præſertim cum conſtet fuiſſe Venerem cognomine Fruti? Neque nos non vidimus nummum Conſidij Noniani. eius enim copiam, & aliorum vetuſtatis monumentorũ, nobis fecit Chriſtophorus Neytter Auguſtanus. At Gloſſariũ Erucinam non Venerem , ſed Iſim putat : Erucinæ, Ἴσιδος. Male hodie Erudnæ: A Venere Fruti dicta eſt Frutilla, ἴυγξ. quia Veneri dicata eſt. Gloſſę. Sine dubio Fruti detruncatũ ex ἀφροδίτη. Nam cum poſt tempora Numæ in vrbem Venus recepta ſit, non potuit habere nomen Latinum, ſed Græcum Afrodite , quod diſtortum in Fruta, ſeu Fruti. ſic etiã dicebatur Venus Murti, vt Venus Fruti. Varro: Intimus circus dictus ad Mamurtim. Vtrunq; autẽ poteſt dici & Fruti & Frutis. item Murti,& Murtis.

*Frux frugis*) Puto ita diſtinguendum & ſupplendum: Frux, frugis dixerunt antiqui. Mox à capite: Fructum , & fructam à fruor. Frux quidem dixit Auſonius imitatione veterum:

Ante equidem , campis quam ſpicea ſuppeteret frux.

Fructus ſum & perfructus aliquam rem dixerunt veteres, inter quos Lucretius.

*Fucilis*] A fuco, vt ab herba, herbilis. Nihil mutandum.

*Furcilles*] Imo quibus aliquid mouebant. Furcillis mouere, expellere, eiicere , & Latinis prouerbialiter effertur, & Græcis ipſis , qui δικρόνοις ὠθεῖν dicunt , a deo vt ne inferiorum quidẽ temporũ Græci ignorarint. Cedrenus:

τοὺς βασιλικοὺς θησαυροὺς κιναίδοις, καὶ σαμβυκιστρίαις, καὶ ὀρχηστρίσι, καὶ ἀκολάστων ὅλων πλήθει διεφθαρμένοις ὅλοις ἀποκειμένους. Non eſt dubium, quin ea verba, QVIBVS HOMINES SVSPENDEBANT, ſint emplaſtrum ipſius Pauli breuiatoris.

*Futare*) Iſidorus: Futo, ἐλέγχω.

*Futilis*) Lutatius Grammaticus: Futile, vas lato ore, fundo anguſto, quo vtebantur in ſacris deæ Veſtæ: quia aqua ad ſacra Veſtæ in terra non ponitur. Quod ſi fiat, piaculum eſt. Vnde excogitatum eſt vas quod ſtare non poſſet, ſed ſi poſitum, ſtatim funderetur. Vnde & homo commiſſa non retinens, Futilis dicitur. Hæc ille vetus Grammaticus. At Terentius in Eunucho vas futile intelligit plenum rimarum.

## G

G*Enas*] In verſu Pacuuij potius legerim flora, quam flore. Munc primum opacat flora lanugo genas. Nam idem Attius in Bacchis:

Genas lanugo flora nunc demũ irrigat. Idẽ in iiſdem:
Nam flori crines video vt propexi iacent.

Quod Euripides πλοκαμός τε χρυσοῦ ξανθός -- Pacuuius Antiopa:

-- Ceruicum Floros diſpargite crines.

Eſt coronis Anapæſtica Vergilius tamen contra lib. XII.

Tum mihi prima genas veſtibat flore iuuentas.

*Geniales*] In fine corruptiſſima ita reſtituo: Geniales dicti à genendo, qua plurimum poſſe putabantur, quos poſtea Genios appellarunt. Id eſt: Qua re plurimum pollẽt, hoc eſt genitura. ſunt enim θεοὶ γενέθλιοι. Quod autem ait Geniales deos eſſe ſemina & elementa rerum, non latuit Græcos magiſtros, qui interpretantur Geniales, στοιχεῖα. Genialem etiam τύχην & Genialia, τύχια. Addendum & quod Sãtra vetus ſcriptor monet: Scis enim Geniales homines ab antiquis appellatos, qui ad inuitandum, & largius apparandum cibum promptiores eſſent. Poteſt & vulgaris lectio defendi, à gerendo, & Gerulos. Nã & idẽ Cenſorinus: Eundem, inquit, eſſe Genium & Larem multi veteres memoriæ prodiderũt. in quis etiam C. Flaccus in



libro, quem ad Cæſarem de indigitamentis reliquit ſcriptum. hunc in nos maximam, quinimo omnem habere poteſtatem creditum eſt. Gerulus enim apud veteres, nõ ὁ βαστάζων, vt poſtea, ſed ὁ περάτης, καὶ περατὴρ dictus eſt. Vt Plautus in Bacchidibus dixit gerufigulos mendacij: gerulos, & figulos, hoc eſt περατῆρας, καὶ πλάστας. Et veteres Gloſſæ, Geruli, περατῆρες.

*Genialis lectus*] De eo Arnobius contra gentes. Deſcribitur prolixè à Catullo de Nuptiis Pelei, & Thetidis. Gloſſæ, Genialis lectus, κλίνη συμποσίου. Non de eodẽ intellexit. Nã Genialis lectus ſternebatur Genio, & Iunoni.

*Genius*] Laberius, Genius, generis noſtri parens.

*Geſum*] Lege, Geſum, graue iaculum. Varro de vita Po. Ro. lib. II. qui gladiis cincti ſine ſcuto cum binis geſis eſſent. Iſidorus: Geſum, haſta, iaculum βολίς.

*Gigeria*] Falſum eſt Gigeria eſſe cibum confectum ex multis obſoniis. ſed Gigerium eſt, ventriculus Gallinarũ: quod verbum hodie in Gallia retinemus. *Giſier* enim vocamus. Lucillius. -- Gigeriæ ſunt.

Siue adeo hepatia --

*Gingriator*] Tibicen. Vide Athenæũ, Gloſſæ Heſychij: γιγγρεῖαι, αὐλοὶ μικροί, ἐν οἷς πρῶτον μανθάνουσι. ὅθεν ἔνιοι γίγγροι. Gloſſariũ: Gingriua, εἶδος φωνῆς πελαργοῦ. Gingriũt, χῆνες κλώζουσι. Gingrum, φωνὴ χηνός. Arnobius libro VI. anſerum gingritibus. vide Solinum cap. x.

*Glittis*] Lege, Glutis. Cato: Vti bene ſubactũ, vtiq; bene glutum fiet. In Gloſſis Latinis: Glis, glitis, humus tenax.

*Gloria*] Antiquitus Gloſia, à Græco γλῶσσα.

*Glucidatum*] Vide tertium Coniectaneum. Gloſſarium, Gloditatus, ἡδύς Glocidatus legendum.

*Glos*] Gloſſarium: Glos, ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφὴ γάλως, πρὸς πλωτῷ.

*Gnaus*] Idem quod Næuus, vt Natus, gnatus: Nauus gnauus.

*Gnarigauit*] Et Gnaruris. Auſonius:

Non cultor inſtans, non arator gnaruris.

Apud Arnobium libro II. Cur eſſe dicatis in aliis præceptionibus gnarures. Male hodie in Auſonio gnarus eſt, in Arnobio, gnariores.

*Gnaruiſſe*) Gloſſæ: Gnaritur, γνωρίζεται.

*Gnefoſſum*) Gloſſarium: Gnetuſum, ἀμαυρὸν, σκοτεινόν. Corrige, Gnetonſum.

*Gnitus*) Lege, à genubus.

*Gradiuus*) Quia gramine ſit ortus. ex flore neſcio quo concepit eum mater. Ouidius lib. v. Faſt.

*Gnotu*) Gloſſæ: Gnotum, γνῶσιν, διάγνωσιν.

*Gramia*) Λήμη Aeolice γλάμα. vnde Gramia.

*Graſſari*) Graſſari, ὀξυποδεῖν, ἐπιρρεῖν, βαδίζειν. Graſſa, βάδισμα, βῆμα. Graſſatur, λωποδυτεῖ. Graſſator, λωποδύτης.

*Grallatores*) Gloſſarium: Grullatores, παντικὲ φορεῖν. imo Grallatores. Παντικὲ φορεῖν explicat quod de ægipanibus hic dicitur.

*Groma*) Gloſſæ: Gruma, γνώμων, βασιλικὴ γνώμη. & male lectum ab ipſo auctore Gloſſarij, Gauma, ὅραμα τεχνικόν. lego gruma ὄργανα τεχνικά. in aliis gloſſis: Gruma, διόπτρα, ἢ τῶν μέτρων. & grumari. Lucill. --- viamque.

Vis degrumari, vt caſtris menſor facit olim. gloſſarium: grumat, μετρεῖ, ἐξισοῖ. Nonius: grumæ ſunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur, & conueniunt viæ. rectæ. Nam & in caſtris & in coloniis capiẽdis groma ponebatur in tetrãtem, antiqua & poſtica linea ſe inuicem ad angulos rectos interſecantibus. Auctor Agenus.

*Gruere*) gloſſæ: gruunt, γερανίζουσι.

*Grumus*) gloſſarium: grumi: τύμβοι. grimini, οἱ διορίζοντες τοὺς ὅρους λίθοι. Lege grummi.

*Gullioca*) gloſſæ, gulluca, κεροιοτομια, & outilli, ocæ, κάρυα μακρὰ, παρὰ λυχνίω. lege, gulioca, καρυοτόμια. gulliocæ, κάρυα μακρά. De longis nucibus alibi ſatis diximus.

*Gurguſtium*) Quin & gurgulio. gloſſæ enim interpretantur οἰκημάτιον βραχύ.

*Gutturnium*) gloſſæ, gutturnum, εἶδος σκεύους ὀστράκινον. Gutturnium. βαθμὸς, περιχυτὴ, ὡς Βάῤῥων. Vltimum videtur dictum quod Guttatim fiat.



# H

HAlapanta] Ego ſuſpicor Plautum ſcripſiſſe Halopanta per o, vt παρὰ τὸ πλὰ ἅλα ſimile faceret, vt παρὰ τὸ σῦκον factum eſt ſycophanta. Nihil ſignificat Halopãta, ſed Comice & tempore luſum eſt, propter habitum marinum. & recte hodie in Plautinis codicibus legitur per o. Halophantam, ac ſycophantam hunc magis eſſe dicam, neſcio, in Curcul.

*Hallus*] Vt ſupra Allus. ὁ ποδὸς μέγας δάκτυλος. Gloſſæ.

*Heluella*] Titinnius.

Lenti calido eluella, rapula, rumices.

*Helas*] Lege: Helus, & Heleſa.

*Herbam do*] Nam nemo poterat dici victor, niſi prius is quem viciſſet, ſe victum fateretur, & victorem agnoſceret. Ennius:

Qui vicit, non eſt victor, niſi victu' fatetur. Citatur in fragmẽtis Seruij, quæ extãt in pluteis P. Danielis. Verſus vero Attij, qui citantur ex Meleagro à Nonio, nihil ad rem. imo contra ſententiam ipſius Nonij, qui eos ad hoc prouerbium accommodat. Sunt autem hi:

Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent.

Pro ſe quiſque cum corona clarum conluſtrat caput.

Nam hic quidem agnoſcitur victor, at non a victis. Sunt enim ſocij & æquales Meleagri, victori de ſue interfecto gratulantes.

*Herbilis*] Lucilius: Anſeris herbilis virus. Citatur in fragmentis Seruij.

*Herem*] Vereor, ne Verrius in corruptam ſcripturã offenderit: vt Herem pro Nereniem legerit. Nam Nerien vna ex comitibus Martis. quanquam nihil affirmo. Cæterum herem pro heredem dicebant. Accius Didaſcalicon lib. I.

-ſapientiæque inuictæ gratia,

Atque honoris patera erem mactauit aurea. Ita enim ſine aſpiratione, vt apud Plautum Menæchmis:

Quor auſus facere, quoi ego, qua tu, eres eram.

Nam male veteres tam excuſi, quam ſcripti, habebant,

*Hetta* ] Veteres Gloſſæ: Ecta, φλοκὶς ἄρτιε. At Hitta aliter interpretantur: Hitta, Hicta, ὑμὴν ῥοιᾶς. videlicet; quod ſuperius Ciccum dici annotatum eſt. &, Hittus φωνὴ κυνός. Vnde factum Hittio, ἰχνεύω, proprium canum veſtigia indagantium cum aliqua vocis nictatione.

*Hillum* ] Gloſſariū ſine aſpiratione, illū νῆστικος τὸ ἐντός. Et ita in Plauto, vt oſtēdemus aliquando, ſi Deus fauerit.

*Hippacare* ] At Iſidori Gloſſæ, Hippitare.

*Hirquitallus* ] Gloſſæ: Irquitalus, νηπιώτατος. Et, Irquis, τραγέων παῖς ἀρχιμηνιαῖος. Lege τραγέων παῖς ἀρχὴν ἡβώσας. vel τραγῶν παῖς ἀκμὴν ἡβώσας.

*Horctum* ] Lege, Horctē, & Forctē. vide ſupra Forctis.

*Hordearium* ] Hordeariæ etiā quadrigæ dicebātur, quia victori agitatori hordeum præmiū dabatur. Auctores veteres Virgil. interpretes, qui ſunt in Bibliotheca P. Danielis.

*Hoſtia* ] Corrige Gloſſarium: Hoſtia, θῦμα, ἱερεῖον, θυσία, τέμνον: Nam vulgo, θυσίας τέμνον.

*Hoſtis* ] Seruius Danielis noſtri: Perſas, qui erant Græcorum hoſtes, ξένους. à Lacedæmoniis appellatos refert Herodotus. Inde hoſtes, inquit, pro hoſpitibus dixerunt. Nam inimici perduelles dicebantur. Locus Herodoti eſt ἐν ὑστερίᾳ, vbi de Lacedæmonibus loquitur. οἱ ἔφοροι εἶπαν ἐπ' ὅρκου καὶ δὴ δοκέειν εἶναι ἐν Ὀρεστείῳ στείχοντας ἐπὶ τοὺς ξείνους. ξείνους γὰρ ἐκάλεον τοὺς βαρβάρους.

## I

I*Cadion* ] Lucillius:

> Querquera conſequitur febris, capitiſque dolores,
> Tamde mihi infeſti, quam Rhondes, Icadionque.

*Idulis* ] Ouidius: Idibus alba Ioui grandior agna cadit.

*Ignia* ] Aliud in Gloſſis: Ignia, νοτὰ, φυλίκτις.

*Ignis Veſtæ* ] Tertullianus in libro de pœnitentia: Quid illum theſaurum ignis æterni æſtimamus, cum fumariola quædā eius tales ictus flammarum ſuſcitent, &c. Pro terebrare in quibuſdam editionibus legitur verberare. Sed terebrare poſſumus in ſuo loco quietum eſſe iubere. Simplicius in III. de cælo: ἀπὸ ξύλων δὲ πῦρ ἐκβάλλουσι, θάτερον τῶν ξύλων ὡς τερέτρον ἐν θατέρῳ περιστρέφοντες. Heſychius: ἀχέλκευτα τρύπανα. τὰ φρύγια πυρεῖα. Σοφοκλῆς ἐν Φινεῖ δευτέρῳ.



*Ignitabulum* ] Gloſſarium: Ignitabulum, δᾳδὸς ῥαβδίον πυρόστροφον.

*Imbrica* ] Et imbricitur in Gloſſario: Imbricitur, ὀμβροῦται, βρέχεται. Sed ſine dubio fallitur ille ſcriptor, qui apud Ennium Imbricitur, pro Imbricitor legerit in illis verſibus ex Annali decimoſeptimo:

> Concurrunt, veluti venti cum ſpiritus auſtri
> Imbricitor, aquiloque ſuo cum flamine contra
> Indu mari magno fluctus extollere certant.

*Imbulum* ] De BV effutitia puerorū vocula, ſupra diximus.

*Immuſculus* ] Gloſſarium: Immuſulus, εἶδος ὀρνέου. Infra, Immuſtulus. Gloſſarium: Inemuſtulus, ὄρνεον βασιλικὸν, ὄρνις βασιλικός.

*Impetritum* ] Gloſſarium: Impetratus, θυσία. Non plane explicauit. ſed ſi dixiſſet, καλλιέρησις. In ſacrificiis quod Litare eſt, id in auſpiciis impetrire. Nihil aliud eſt, quā impetrare. ſic dicebant Artitū, pro artato. dolitū, pro dolato.

*Impite* ] Perperam. Legendum, Impetite. ab eo, Impete, ὁρμηδόν. & Impeteius, βίαιος. Gloſſæ.

*Impolitias* ] Gellius: Item ſi quis eques Romanus equū habere gracilentum, aut parum nitidum viſus erat, impolitiæ notabatur. Id verbum ſignificat, quaſi tu dicas incuriæ. Neſcio an & hic iſti Barbaro mutilatori ſatis credere debeamus.

*Impos* ] Gloſſarium: Imros, ἀνεξούσιος. lege, Impos.

*Improlus* ] Gloſſarium: Improles, ἀφῆλιξ, μήπω πολιτευόμενος. Contrarium eſt Duicenſo. Nam duicenſus, qui cum prole in ciuitatem adſcribebatur. Ab iiſdem Gloſſis Improles exponitur, ἄγονος, ἄτεκνος, ἄπαις.

*Inarculum* ] Seruiana Fragmenta: Arculum eſt virga ex malo Punica incuruata: quæ fit quaſi corona. Et ima ſummáque inter ſe alligatur vinculo laneo albo. quam in ſacrificiis certis regina in capite habebat: Flaminica autem Dialis omni ſacrificatione vti debebat. Gellius: Eædē ferme cerimoniæ ſunt, quas Flaminicas Sacerdotulas Diales ſeorſum aiunt obſeruitare: veluti eſt: Quod venenato operitur. Et quod in rica ſurculum de arbore ſiliqua ha-

bet. In quibus non de Punica malo, ſed de ſiliqua arbore fieri præcipitur: quamuis alij felici arbore legant. de venenato etiam Seruius in iiſdem membranis: Vetere cerimoniarum iure præceptum eſt, vt Flaminica venenato operta ſit. Idem etiam ait: Flaminicam præcipitur habere arculum, ricam, venenatum, fibulam. Sequitur apud Gellium: Et quod ſcalas, quæ Græce κλίμακες appellantur, eas aſcendere ei plus tribus gradibus religioſum eſt, Lege: & quod ſcalas, niſi quæ Græcæ appellantur, &c. Idem Seruius alio loco: Apud veteres Flaminicam ſcalas plus tribus gradibus niſi Grecas ſcandere non licebat, ne vlla pars pedum eius, crurúmve ſubter conſpiceretur, eóque nec pluribus gradibus, ſed tribus, vt in aſcenſu duplices uiſus non paterentur extolli veſtem, aut nudari crura. nam ideo & Græcæ ſcalæ dicuntur. quia ita fabricantur, vt omni ex parte compagine tabularum, clauſæ ſint, ne aſpectum ad corporis aliquam partem admittant. Hoc egregium Seruij fragmẽtum, vt & alias eius Grammatici reliquias, debemus optimo & eruditiſſimo amico noſtro P. Danieli, .I. C. ex cuius loci ſententia ita locum Gellij, qui ſemper alioqui nunquam non mihi ſuſpectus fuit, emendaui.

*Inceſſere*] Perperam quidã pro iactu, iaculo ſubſtituunt.

*Incitega*] Superius monuimus Incitegam dictam ab integendo. Quia veteres Incitegere pro integere dicebant, vt Reciprocum pro reprocum: Reciperare, pro reparare: concipilare, pro compilare. Dicta ab integendo, quia partem menſæ tegat. Ea autẽ vtebantur, ne vinarium vas, puta crater magnus, aut amphora labem ex fundo in menſa relinquat. cum ſæpe videamus lagenas menſæ impoſitas circulum de vino deſcribere in mappa. Itaque copones, ne mappa, aut mantile maculam illam contrahant, imponunt circulos de ligno: ſuper quibus ſtatuuntur lagenæ. Sed creſcente luxuria has machinulas Romani abiecere: &, ne Citreæ menſæ læderentur, ſi ſine incitegis crateres impoſitos nudæ ſuſtinerent, Gauſapas inſternebant. Pauperes vero, vt puto, incitegas retinuerunt. Martialis:

Nobilius villoſa tegant tibi gauſapa citrum.



Orbibus in noſtris circulus eſſe poteſt. Nam poteſt intelligi incitega per circulum illum. Sed nihil impedit & maculam circularem vaſorum vinariorum intelligere. & incitegæ, vt puto: non erant circuli ſpecie. Porro incitega à Græcis vocatur ἐγγυθήκη. Polemo περιηγητής. ἐγγυθήκη, καὶ ἐπ' αὐτῆς κύπελλον. Vt manifeſto appareat ἐγγυθήκην ὑπόστημα eſſe. Dicta autem quaſi ἀγγοθήκη. Et ita vocabatur ab Alexandrinis. Athenæus: ἡ δ' ὑπ' ἀλεξανδρέων καλουμένη ἀγγοθήκη, τρίγωνός ἐστι κατὰ μέσον κοίλη, δέχεσθαι δυναμένη ἐντεθέμενον κεράμιον. ἔχουσι δὲ ταύτην οἱ μὲν πένητες ξυλίνην, οἱ δὲ πλούσιοι χαλκῆν, ἢ ἀργυρᾶν. Vocatur autem ab Herodoto ὑποκρητήριον. Cuius nominis cauſſa obſcura non eſt.

*Indictiuum*] Indictiua funera ad quæ per præconem euocabatur populus his verbis: EXEQVIAS. L. TITIO. L. FILIO. QVIBVS. EST. COMMODVM. TEMPVS. EST. OLLVS. AEDIBVS. ECFERTVR.

*Indiges*] Gloſſarium: indigetes, ἡμίθεοι, κούρητες.

*Indigitamenta*] Explicatio hæc Pauli eſt, non Feſti. Quis ignorat Pontificios libros ita vocatos? Gloſſarium: Indigitamenta, ἱερατικὰ βιβλία.

*Indoles*] Incrementum ſignificat primigenia notione. Vt apud Gellium mendi indoles. Olere enim, creſcere. ſignificat & ſpem, quam ex vultu colligimus virtutis futuræ in pueris. quæ vocatur χαρακτὴρ à Græcis. vt ab Euripide dictum, ὡς δεινὸς τῆς εὐγενείας χαρακτήρ. Gloſſæ: Indoles καλὴ ἐλπὶς ἐν νεωτέρῳ.

*Inebræ*] Inebra, ὄρνεον μαντευτικόν. Vide ſupra Enebra.

*Iners*) Lucill. Vt perhibetur iners, ars in quo non erit vlla. Citatur in fragmentis Seruij. Ab eo inertitudo formarunt veteres. quam ἀδρανίαν vertunt Græci, hoc eſt ignauiam, vt inertẽm ἀδρανῆ.

*Infector*) Infector, βαφεύς. Infecti, ἀνεστυμμένοι.

*Inferiæ*) Idem Inferilia, hoc eſt, καταχθόνια, ἐσχαρώματα. Gloſſæ.

*Infindere*) Gloſſarium: Infendere, ἐπιτεῖναι, ἐγκληματίσαι. Lege, Infindere. Metaphora à ſurculis, qui infiſſis truncis arborum inſeruntur. Quod eleganter vertitur, ἐγκληματίσαι. κλῆμα, ſurculus, ſarmentum.

*Infit*) Ἀρχεῖ λέγειν, ἐπιχείρεται. ἄρχεται. Infe, ἄρξαι.

*Ingluuies*) Lego, guttur, gluttus. Gloſſarium, Gluttus, βρόγχος. Perſius:

Nec glutto ſorbere ſaliuam mercurialem.

*Inhibere*) Puto legendum, inigere, non iungere.

*Inori* (Scribo, Inori, inores. Quia ſcilicet, inores vſitatius eſſet, quam inori. Turpilius Demetrio: In acta cooperta age inoras oſtres

*In pelle lanata*) Seruius, qui eſt penes Danielem noſtrum, tantum refert ad confarreationem. Mos, inquit, apud veteres fuit Flamini, ac Flaminicæ, vt per farreationem in nuptiis cõuenirent, ſellas duas iugatas ouili pelle ſuperiniecta poni eius ouis, quæ hoſtia fuiſſet: & ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione Flamen, ac Flaminica reſiderent.

*In procinctu*) Gloſſarium: in procinctu, ἐν προτομῇ πολέμου στῆναι μετ' ἐσθῆτος ὑπατικῆς, ἤτοι διαθέσεως ἐν ἀρχῇ πολέμου ἀγράφως.

*Inſeque*) Gloſſarium: inſéque, εἰπέ. Liuius Andronicus initio Odyſſeæ: Inſéque muſa mihi virum verſutum.

*Inſuaſum*) Gloſſarium: Inſuaſum, εἶδος δοχειοκαπνισμένως. Lege, εἶδος δοχείου κεκαπνισμένου. Et ſane hoc vult Feſtus, eſſe colorem ſimilem illi, qui eſt in illis trabibus, quas diutinus fumus infecit.

*Intergeriui*) Ego mallem ſcribere per duo rr. Eſt enim à Gerris, hoc eſt cratibus. Vnde & Concratitij parietes aliquando dicuntur, Gloſſarium: Intergeries paries, τεῖχος ὁ διοχλήσεις διορίζων.

*Iouiſtæ*] Putarem legendum IOVS ESTO. qui ita legitur in veteribus legibus. Habeo & fragmenta quarundam, in quibus ita ſemper exaratum legitur. Sed cum ipſe compoſitum eſſe dicat, hæ vero ſint duæ voces, non poteſt legi, IOVS ESTO. Quid ſit ergo, quæramus.

*Iſipe*) Gloſſarij auctor non bene legit, vnde vnde accepit. Iſipti, αὐτοί. Legendum enim, Ipſipe. Sed & ipſipte poteſt legi. Ita enim vitioſe vt pronunciabant, & ſcribebant veteres. Vnde Claudius Imperator multauit Senatorem, qui ISSE, pro IPSE dixerat.

*Ipſullices*) Alibi monemus legendum Ipſiplices. Cuius



ſententiæ adhuc me non pœnitet. Gloſſarium: Ipſiplices, αὐτόπλυκτα φύλλα.

*Ircei*) Imo Ircens, vt infra. Neque iterum ponendum erat.

*Irpices*) Seruius Danielis, in illud, VIMINEASQVE TRAHIT CRATIS. Ad agrorum, inquit, ſcilicet exæquationem, quam Irpicem ruſtici vocant. Vide Coniectanea noſtra.

*Italia*) Ab Attelido. Puto diſtinguendum, ab Atte Lydo. quaſi: Attalia. Sane ἄττης eſt nomen Lydium, & Phrygium. Lydos vero in Italiam veniſſe, nemo dubitat. Quin & Strabonem nobiſcum facere poſtea deprehendimus. lib. v. οἱ Τυρρηνοὶ τοίνυν παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις Ἐτροῦσκοι, καὶ Τοῦσκοι προσαγορεύονται. οἱ δ' Ἕλληνες οὕτως ὠνόμασαν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ Τυρρηνοῦ τοῦ Ἄτυος, ὥς φασι, τοῦ στείλαντος ἐκ Λυδίας ἀποικίαν δεῦρο. vide cetera. Vide Herodotum lib. I. item Dioyſium Halicar. lib. I.

*Iubilare*) Ruſticorum plane verbũ, vt & ipſe dicit. Attius in Chryſippo: Io buco, quis me iubilat? Vicinus Atus antiquus. Prius enim iobilare. Nã Io, ruſticorum ἐπίφθεγμα. Vt in Attellana, Io venit ſimus & villa.

*Iugere*) Gloſſarium: Iugit, ἰκτὶν βοᾷ, Ita enim legendum. Varro Seſquiulyxe: Iugere volitans miluos aquam è nubibus tortam indicat fore, vt tegillum ſibi paſtor ſumat. Vide in Coniectaneis.

*Iuge*) Cicero II. de Diuinatione: Huic ſimile eſt, quod nos Augures præcipimus, ne iuge auſpicium obueniat, vt iumenta iubeant diſiungere. Seruij fragmenta in illud: — primum omen equos in gramine vidi: Multi de libris Augurum tractum tradunt. Iugetis enim, quod ex iunctis iumentis fiat. obſeruatur enim, ne prodituro magiſtratui diſiunctis bubus plauſtrum obuiam veniat. & infra: Cum autem dicit IVGO, veram ſignificationem Iugetis facit.

*Iugula*) Gloſſarium: Iugula, ἄστρον ὠρίωνος, δέξτιος ὥς φησι. Sane Horatius meminit Orionis, non autem iugulæ. Sed legẽdum: ὁ Ἄττιος ὥς φησι. Varro: Iugula ſignum eſt, quod Attius appellat Oriona, cum ait: citius Orion pateſit. Ita nec quidem conſtabit ſua fides illi Gloſſario. Nam Attius

non dixit iugulam, ſed, Orionem. Sed puto μνημονικὸν ἁμάρτημα. cum meminiſſet à Varrone Iugulæ, & Attij vno in loco mentionem factam, putaſſe ab Attio ipſo iugulæ quoque mentionem fieri.

*Iurare*) Notum ex edicto perpetuo Prætoris: SACERDOTEM. VESTALEM. ET. FLAMINEM. DIALEM. IN. OMNEI. MEA. IVRISDICTIONE. IVRARE. NON. COGAM. Liuius libro XXXI. C. Valerius Flaccus, quem præſentem creauerant, quia Flamen Dialis erat, iurare in leges non poterat. Vide Plut. Problem.

*Iuſti dies*) Vnico verbo Gloſſariũ cum alia interpretatione: Iuſtidium, ἀρχοντικὴ ἡμέρα. Tanquam iuſti dies ſint, quibus ius dici poterat, quod verum non eſt.

*Iuuentutis*) Alij iuuentatis. non male. non tamen, vt propterea Iuuentutis reiiciamus. Indifferenter enim vtrumque vſurpabant. In Gloſſario: Iolinta, ἥβη. Lego Iouenta.

# L

*Lacerna*) Verba ſunt Pauli, Lacerna, quod minor capitio ſit. Vltimis temporibus Capitium ſignificabat capitis tegmentum. Antiquitus autem mamillare feminarum. Neque vnquam boni auctores pro cucullione acceperunt, vt poſterior ætas barbara, quæ epomidas monachorum capitia vocat. Nos olim adoleſcentes docuimus in Coniectaneis Nonium errare, qui putarit à veteribus in eum ſignificatum accipi, in quem accipiebat ſua ætas. Quin locus Varronis, qui ab eo producitur, manifeſtò contra eum facit. At Hieronymus antiquitatis & linguæ Romanæ peritus ſcriptor, Capitium non aliter accipit, quam Varro, & veteres, in Epiſtola de veſte Sacerdotali.

*Lacuna*) Pro lama perperam manuſcripti limam. Neque id tam mirum, quam doctos viros pro eo ſubſtituiſſe λίμνην. En cacoethes bonos auctores corrumpendi. Cur ipſis diſplicuit lama? an ignorant idem eſſe, quod luſtrũ? Et ſane ita veterum Gloſſæ: Lamæ, πηλώδεις τόποι. Melius tamen lamæ, collectiones aquarum exponerentur.

*Lance*) Notum ex XII. Tabulis eſſe. ideoque repetendum ab vltimo Athenienſium iure: Nam qui concipiebãt in aliqua domo furtum, nudi cincticulo amicti, quod vocatur hic licium, ædes ſuſpectas ingrediebantur. Ariſtophanes νεφέλαις.

*κατάθου θοἰμάτιον. ἠδίκηκα τί;*
*οὔκ, ἀλλὰ γυμνοὺς εἰσιέναι νομίζεται.*
*ἀλλ' οὐχὶ φωράσων ἔγωγ' εἰσέρχομαι.*

Plato etiam de legibus lib. XII. φωρᾶν δ' ἂν ἐθέλῃ τίς τι παρ' ὁτῳοῦν γυμνὸς, ἢ χιτωνίσκον ἔχων ἄζωστος προομόσας τοὺς νομίμους θεοὺς, ἢ μὴν ἐλπίζων εὑρήσειν, οὕτω φωρᾶν. Propter matremfamilias autẽ & virgines opponebat lancem ante oculos, quia etiam in γυναικωνῖτιν intrabat. quod non licebat apud Græcos viro externo, ne corrumpendi feminas potius, quam furti concipiendi cauſſa ingreſſus videretur. Ideoque lãcem ob oculos ponebat, ne videret eas. Sed quæro, quid ergo proderat intraſſe Gynæconitin, & nihil videre? Sane qui ita oculos tegeret, quid videre poſſet, quo modoue furtum concipere, neſcio.

*Lance*) Vide in Pilæ.

*Lapit*) Pacuuius Periboea:

Lapit cor cura, ærumna corpus conficit.

Imitatum à Græcis, qui πώρωσιν ἀντὶ τῆς λύπης dicunt.

*Larentaria*) Placet librorum quorundam lectio, Fauſtuli inuentoris Remi. quanquam non diſplicet nutritij. Inuentor eſt pluſquam nutritius, qui expoſitos ſuſtulit, & educauit. Inuenti enim infantes dicuntur, οἱ χαμαιρριφεῖς. & qui expoſiti ſunt, propterea in Conſtitutionibus dicti χαμευρετοί.

*Latine loqui*) Omnia ſequentia ſunt Pauli. Qui fateatur vix vllam notitiam Latini ſermonis ſupereſſe, ne ſperemus ab eo Latinati conſultum, qui illo barbaro ſæculo Feſtum nobis mutilauit.

*Lauerna*) Lauernam Romani fures precabantur, vt inſtituta ſua, & conſilia furandi ac mentiendi fortunaret. Plautus Cornicularia:

Mihi Lauerna in furtis celebraſſis manus. --Horat.

Pulchra Lauerna Da mihi fallere. Sic Græci eodem modo orabant τὴν πραξιδίκην vt conſilia furandi ad effectum perduceret. Erat autem ea Dea tantum caput, ſine reliquo corpore. Gloſſæ Græcorum: πραξιδίκη, δαίμων

κιά φασι, τὴν ὥσπερ τέλος ἐπιπηδεῖσαν τοῖς τε λεγομένοις, καὶ πραττομένοις, διὸ καὶ τὰ ἀγάλματα κεφαλὰς γίνεσθαι, καὶ τὰ θαύματα ὁμοίως. Quare recte gloſſarium, Lauerna, φορξιδίκη. gloſſæ Iſidori: Laberna, gladiator. Daberna, ferramenta latronum, vel graſſatorum, vel furum. Laberna, latro, aut qui filios alienos ſeducit. Vides plagiarium manifeſto vocari Lauernam. Quod & Auſonius intellexit cum de plagiario bonorum carminum ait:

Nec iam poſt metues vbique dictum:
Hic eſt ille Theo poëta falſus,
Bonorum mala carminum lauerna.

hoc, eſt, vt Martialis etiam loquitur, alienorum ſcriptorum plagiarius.

*Lautia*) Melius veteres editiones, Lautitia. Porro notum quid ſit Lautia, quæ prius dautia vocabantur. Eadem etiam Lauta loca, item legatorium dicebantur. Seruius Danielis. Alij dicunt Carinas montem nominatum, quod ager ſuburbanus ante portas Cariis erat. Alij lauta loca, legatoriúmque in ea regione inſtructa accipere conſuerant. Habes & apud Liuium.

*Lautitia*) ἄμυλον intelligit.

*Lemniſci*) Lege, faſciæ coloriæ.

*Lepiſta*) In Gloſſario, Lepiſtra, εἶδος χύτρας. De hoc ſatis olim in coniectaneis. Varro de vita populi Rom. lib. I. Vbi erat vinum in menſa poſitum, aut lepeſtam, aut galeolam, aut ſinum dicebant. Tria enim, pro quibus nunc Acratophoron dicitur. Qui locus coagmentatus partim ex Nonio, partim ex ſchediis Seruianis, quæ ſunt penes doctiſſ. Danielem noſtrum.

*Leria*] In ornamentis muliebribus qui ſint λῆροι in Coniectaneis diximus.

*Leuir*] Græcis ἀνδράδελφος. Eſt autem ex Græco δαὴρ. Quare propterea prima producitur, vt apud Senecam in Octauia. Male enim quidam docti corripiunt.

*Liberata*] Illa verba, ID EST LOCVTA; ne Pauli quidem ſunt. Quare expungenda. Effata, liberata, deſanata, idem. Arnobius, Spatiola templorum deſanata.

*Librilia*] Lege, Librilia. Porro vltimis temporibus ſeneſcentis imperij hæc in deſuetudinem abierunt. Sed magiſter rerum vſus in eorum locum Fuſtiballum commentus eſt. de quo apud Vegetium.



*Lingula*] Græci, Lingula μύστρος, καὶ γλωττίς. Malo tamen Ligula, vt Martialis: & aliæ Gloſſæ, Ligula, μυστίον.

*Lixabundus*] Gloſſæ Iſidori: Lixabundus ambulat, qui voluptatis cauſſa ambulat.

*Loebeſum*] Seruiana ſchedia: Sabini Cererem panem appellant: Liberum, Loebaſium, quia Græcè λοιβὴ dicitur res diuina.

*Lucani*] Lege: loca æroſa, non Cretoſa.

*Lucar*] θεατρικὸν à Chariſio, & Gloſſis, itémque μισθὸς ἀπὸ φίσκου. Apud Liuium lib. III. Pythio Apollini republica voſtra bene geſta, ſeruatáque lucris meritis donum mittitote. nulla controuerſia legimus, lucatis meriti donum. ex eo lucare dabatur pecunia in ſumptus & impenſas ſcenicas: vnde θεατρικὸν vertunt Grammatici. quibus impenſis modum factum fuiſſe, & lucar hiſtrionum coercitum temporibus Tiberianis, refert Tacitus Annali primo. Inuenio in veteri inſcriptione, LVCAR IIIII INAE REDEMPTVM A REP. Tertullianus aduerſus Gnoſticos. loquitur autem de præcurſore Domini: Ipſe clauſula legis, & Prophetarum, nec Prophetes, ſed angelus dictus contumelioſa cæde truncatur in puellæ ſalticæ lucar. Eleganter. Nam lucar, erat merces ſaltatorum, & hiſtrionum. Plutarchus vertit, τὸ τελούμενον εἰς τὰς θέας.

*Lucetius*] Gloſſæ: Lucetius, Ζεύς. Vtrubi error, neſcio. Gellius habet Lucetius.

*Lucomedi*] Legendum à Lucumone. Propertius vocat Lucmonem.

Prima galeritus poſuit tentoria Lucmo.

*Lucumones*] Auſonius ad Theonem:

Scillito decies ſi cor purgeris aceto,
Anticipéſque tuum ſamiij lucumonis acumen:

Ita legendus eſt locus Auſonij, vt in Auſonianis lectionibus diximus.

*Lucuntere*] Lege, Lucunter. quod Græcum eſt λευκαντήρ, ab aſperſione farinæ quæ alba eſt. Dicitur, & lucuns, lucuntis. Varro περὶ ἐπιπλῶν, περὶ φιλοσοφίας.

Ac nulla ambroſia, ac nectar: non alia, ſardæ,
Panis, penuna, lucuns, cibu' qui puriſſimu' multo eſt,

Idem σκιαμαχία, περὶ τύφου.

Vinum, pemma, lucuns illi nihil iſta miniſtrant.

Ab eo ὑποκοριστικὸν lucunculus. Gloſſæ, Lucunculus, πηγανίτης. Afranius Fratriis:

Piſtori non: at cur non ſcriblitario?
Vt mittat fratris filio lucunculos.

Ita enim legendum in Afranio. Tertullianus libro de ſpectaculis: Stillicidia mellis de liracunculo venenato. Lege, de lucunculo. Apuleius libro x. de piſtore dulciario: hic panes, cruſtula, lucunculos, hamos, laterculos, plura ſcitamenta mellita.

*Luma*] Gloſſarium: Luma, βοτάνη ὁμοία ἡδυόσμῳ, ἣν τινες ποταμογείτονα καλοῦσιν, ἄλλοι καλαμίνθην. Quæ omnia falſa ſunt. Neque enim Luma eſt herba; ſed ſpina: vnde Falces lumariæ Varroni, neque ſimilis Potamogitoni, neque Potamogiton Calaminthæ.

*Lura*] Auſonius Lora, etiam pro ipſo vtre in Periocha decima Odyſſeæ. quod Homero, ἀσκός.

*Luridi*] Græci, Luridus, ὠχριακὸς, ὠχρός.

*Lustra*] Malo ex veteribus editionibus lamas, quam lacunas.

*Lustricus*] Tertullianus hunc diem vocat Nominalia libro de Idololatria: Circa officia vero priuatarum, & cõmunium ſolennitatum, & togæ puræ, vt Sponſalium, vt Nuptialium, vt Nominalium nullum puteum periculum obſeruari de flatu idololatriæ. Gloſſarium: Nominalia, ὀνοματοθεσία. Græci ἀμφιδρόμια. Gloſſæ Græcorum: ἀμφιδρόμια, ἡμέρα ἀγομένη τοῖς παιδίοις, ἐν ᾗ τὸ βρέφος περὶ τὴν ἑστίαν ἔφερον τρέχοντες κύκλῳ, καὶ ἐπετίθεσαν αὐτῷ ὄνομα, ὅτε ὑπὸ τῶν οἰκείων, καὶ φίλων δῶρα ἐπέμπετο. Quæ omnia explicant morem Athenienſium qui extat apud Terentium in protatica perſona primæ ſcenæ Phormionis Comœdiæ. Non tamen in Amphidromiis imponebant nomina, vt hic dicitur: ſed decima poſt natum puerum die. Itaque apud Suidam integriora hæc verba habentur: καὶ τῇ δεκάτῃ ἐτίθεσαν αὐτῷ ὄνομα. Sed de luſtrico die amplius vide Plutarchum in Quæſtionib. & Macrobium libro 1. Saturnaliorum de Nundina Dea.



*Luxa*) Gloſſæ: Luxum. στρέμμα, ἢ λυγισμὸς, ἢ ἀσωτία.

*Luxantur*) Gloſſæ: Luxatur, ἀνασπᾶται.

*Lycophos*] Imo dictum quod λύκη, lux, apud veteres. vnde manſit in, ἀμφιλύκη. Inde etiam lux, & lucere.

# M

M*Adusa*] Scribe vt in Pſeudolo, Madulſa: Probe madulſa ab eo.

*Mæandrum*] Etiam picturæ in lacunaribus propterea μαίανδροι dicũtur. Inde Mæandratum. Varro περὶ μυριώπου, ἢ περιέχοντες τὰς παρχίας. Mihi facies mæandrata, & vermiculata, atque adeo cingens orbem terræ.

*Mæniana*) Mænianum ἐξώστης. Menianus ἐκθέτης. Gloſſæ.

*Magisterium*] Difficile explere lacunas iſtas. Tamen de Apolline, & de quodam ſcriptore, qui contra orationẽ neſcio cuius quædam de Appolline dixerat, tractabatur. Suſpicor agi de oratione, quam habuit Varro ad populũ ludis Apollinaribus de Nonis Caprotinis. Verba eius ſunt hæc ex quinto de Latino ſermone: ob hoc togam prætextam datam eis Appollinaribus ludis docui populum.

*Magmentum*) Lege, Magmentum, maius augmentum.

*Maius*] Auſim affirmare me veram lectionem aſſecutum in corruptiſſimo fine huius loci: an a Maia. quod Mercurio Filio eius res diuina Idibus fiat eo menſe. nam ſine vllo prorſus dubio inuerſæ ſunt literæ in SOLEMNES PRO IPSO MENSE. Quia principium τοῦ IPSO cohæſit cum fine præcedentis τοῦ FIANT. Hæc eſt, ni fallo, vera lectio.

*Maior Græcia*) Quare Græcia dicta ſit, non dubitatur, ſed quare maior Græcia. Certiſſimum eſt ita vocatam a Romanis, quia propior ea eſſet illis quam tranſmarina Græcia. quemadmodum contra Græcos Italos ipſi Græci tranſmarini vocabant ἐξωτικοὺς, id eſt barbaros. Nã Meſſenio ſeruus apud Plautum vocat exoticam Græciam quam Romani maiorem Græciam non quidem ex perſona ſua: nam erat Siculus, neque vocaſſet conſulto ſe ipſum barbarum: ſed μιμητικῶς ex perſona Græcorũ ipſorum, qui Siculos & Calabros vocabãt ἕλληνας ἐξωτικούς.

ut Plautus cum ſe vocat barbarum & Barbariam Italiam, non ex conſuetudine Romanorum dicit: quis enim ſanus ſe barbarum vocet? ſed ex perſona Græcorum, qui βαρβάροις, καὶ ὀπικοὺς Italos vocabant: quod etiam ex Plutarcho in vita Pyrrhi cognoſcimus. Ego hoc monui de exotica Græcia, ne forte Turnebum ſequamur, & auctoritate tanti viri permoti imprudentes eundem lapidem offendamus, qui exoticam Græciam non de ea quæ dicta eſt Magna Græcia, ſed illam, quæ in Epiro erat, intellexit. In quo profecto non leuiter errauit.

*Maleuoli*] Ita ſcripſit Feſtus: Maleuoli Mercurij ſignum erat proxime Ianum. Qui item erat in Turdellis Mercurius, maleuolus appellabatur. maleuoli autem, quod in nullius tabernam ſpectabant. Notabis autem locum Romæ Turdellos, cuius nemo alius veterum mentionem facit.

*Malleoli*] Malleolorum incendiariorum mentionem facit Nonius ex Siſenna, & alij. Dicebantur græce ἀστίχοι, Gloſſæ Heſychij: ἀστίοχος, ἄγγος περιφερές, εἰς ὃ ἐμβάλλοντες πίσσαν, καὶ θεῖον καὶ στυππεῖον, ἠφίεσαν καὶ ἔνθα ἐφέρετο ἐκαίετο τὰ παρατυγχάνοντα. ἔστι δὲ καὶ γένος λίθου καὶ ξηροῦ ξύλου καὶ πεπωρωμένου. Vltima exprimunt notionem Malleoli. Gloſſarium: Malleolus, σφῦρα, πυρέκβολα.

*Malluuium*] Malluuiæ, & Pelluuiæ, græce χειρόνιπτρα, καὶ ποδόνιπτρα.

*Malta*] Gloſſarium: Maltana, πιστόκηρον.

*Mamertini*] Ita Feſtus: Mamertini appellati ſunt a Mamerte hac de cauſa. Deinde infra: Cum in parte ea Siciliæ conſediſſent, quæ Taurominia dicitur, forte parantibus bello cernere Meſſanenſib. auxilio venerunt vltro: eoſque ab hoſte liberarunt. Itaque prouinciales ob meritum eorum, vt gratiam referrent, & in ſuum corpus, communionemque agrorum inuitarunt eos, & nomen acceperunt vnum, vt dicerentur Mamertini. Strabo: τοσοῦτον δ' ἐπεκράτησαν οἱ Μαμερτῖνοι παρὰ τοῖς Μεσσηνίοις, ὥστ' ἐπ' ἐκείνοις ὑπῆρξεν ἡ πόλις. καλοῦσι δὲ Μαμερτίνους μᾶλλον ἅπαντες αὐτούς, ἢ Μεσσηνίους. Scripſimus Tauromínia, quia propius ad ſcripturam accedebat. & Strabo Ταυρομενίαν



vocat. Alioqui ſcimus adiectiuum Taurominitanum. Salluſtius in veteribus ſchedis: Scylla ſaxum eſt ſimile formæ terebratæ, quæ forte inlata naufragia ſorbens gurgitibus occultis, millia ſexaginta Taurominitana ad littora trahit. Quæ ad verbum Strabo expreſſit: Δείκνυται δὲ καὶ ἡ Χάρυβδις μικρὸν πρὸ τῆς πόλεως ἐν τῷ πορθμῷ, βάθος ἐξαίσιον, εἰς ὃ αἱ παλίρροιαι τοῦ πορθμοῦ κατάγουσιν εὐφυῶς τὰ σκάφη τραχηλιζόμενα μετὰ συστροφῆς, καὶ δίνης μεγάλης· καταποθέντων δὲ, καὶ διαλυθέντων, τὰ ναυάγια παρασύρεται πρὸς ἠιόνα τῆς Ταυρομενίας, ἣν καλοῦσιν ἀπὸ συμπτώματος τούτου κοπρίαν.

*Mamphula* Ego ſcio in Hebræorum commentariis Manphul eſſe mancipem piſtrinorum, deprauatum a græco μονοπώλης. Neque dubito quin Mamphula in traduces Syriacæ linguæ ex matrice Græcia propagata ſit. Sic in Daniele vetuſtiſſimo ſcriptore græcum eſt Pſanterin pro pſalterio: Sic in Paralipomenis, ſeu chronicis Rapſod παρὰ τὸ ῥαψῳδεῖν. verſus Lucillij ita legito:

Piſtricem validam ſi nummi ſuppeditabunt.
Addas empleuron, mamphulas quæ ſciat omnes

Non ſolum, inquit, validam dico, ſed quod magis eſt, ἔμπλευρον.

*Mamphur*] Quod eſt ſucula in machina tractoria: id Mamphur in torno. græcum eſt, μαννοφόρον. quia circumuolutum habeat lorum, vt collum monile, quod μάννον, & μάνιον vocant græci.

*Manalis fons*] Locus corruptiſſimus. qui, niſi fallor, ita reſtituendus. Manalis fons appellatur ab auguribus puteus perennis neque tamen ſpecu, inciliiſue cietur. quia flumen id auſpicatur, quod ſua ſponte in amnem influit. Ad auſpicandum, inquit flumina non proſunt, quæ opehumana, puta ſpecu, inciliis ducta ſunt: ſed quæ ſponte ſua in amnem influunt. Non eſt autem dubium, quin loquatur de Peremni auſpicio: quod dicebatur, quoties quis amnem, aut aquam, quæ ex ſacro oritur, auſpicato tranſit. Ex ſacro, hoc eſt ex capite fontis. Nam capita omnium fontium ſacra. Contra quæ ex caſtellis, aut diuiculis deriuatur, non eſt ſacra. Vide, in Petronia. Non

mediocriter ſtudioſos iuuerimus, qui tam vtilem locum, cum contineat in ſe egregiam antiquitatis cognitionem, emendauimus, atque illuſtrauimus.

*Manalem lapidem*) Imo Manale putabant eſſe oſtium orci. Ita enim nulla controuerſia legendum. Manal. ſeu Manale eleganter oſtium manium. Inde manale ſacrum, erat ſacrum Deorum manium. Varro de vita populi Romani libro II. Vrceolum, aquæ manale vocamus, quod eo aqua in trulleum effundatur. vnde Manalis lapis appellatur in pontificalibus ſacris, qui tunc mouetur, cum pluuiæ exoptantur Ita apud antiquiſſimos manale, ſacrum vocari quis non nouerit, vnde nomen illius? Hæc Varro. ex cuius verbis nouimus manale, ſacrum etiam ſignificare, cum hic etiam oſtium inferorum exponatur a Feſto. Sed de eodem vtrumque intelligere non dubito, quanuis diuerſe ab vtroque exponatur. Locus hic Varronis egregius, quem produximus, corruptiſſimus extat apud Nonium, & confuſus cnm altero eiuſdem auctoris, qui priore loco citatur. Nam ita legitur apud Nonium vbi explicat quid ſit Trulleum: non quæ luxuriæ cauſſa eſſe parata. eius vrceolum aquæ manalem vocamus. Legendum enim: non quæ luxuriæ cauſſa eſſent parata. & II: Vrceolum, aquæmanale vocamus, &c. Sed fallitur Varro in etymologiis, & ſæpe, etiam aliquando prudens ſciens. Nam non a manando, ſed a manibus dictum. eſt que id vas: quod poſtea aquimanile vocatũ. vt librale & librile vtrumque dicebatur. Gloſſarium: Aquimanile, χέρνιϐον. Diſtortius, in Pandectis Florentinis l. III. de ſupell. leg. Aquiminale.

*Manalem etiam*] Fulgentius: Labeo, qui diſciplinas Etruſcas, Tagetis, & Bacidis quindecim voluminibus explicauit, ita ſcribit: Fibræ iocinoris ſandaracei coloris dum fuant manales tunc verrere opus eſt petras. Deinde Fulgentius explicat: hoc eſt, inquit, quas antiqui ſolebant in modum cylindrorum per milites trahere pro pluuiæ commutanda inopia.

*Manare*] Supple ita: Manare ſolem ſolitos eſſe antiquos dicere ait, cum ſolis orientis radij ſplendorem iacere cœpiſſent. atque ideo primum dici tempus mane dictum. quanuis magis id dicitur, quod manum bonum dicebant. vnde eſt mature, quod id bonum, quod maturum. vnde & 



Matuta dicitur. Quod Feſtus dicit AIT, intelligit de Verrio, vt ſæpe.

*Manceps*] Quod manu capiatur. imo capiat. Ita ergo repone.

*Mancini fana*] Vetus editio, Mancini Tifata. Quare ergo mutatum eſt? Tifata ſunt iliceta. Ita ergo in ſuas ſedes, vnde vi deiecta erat hæc vox, reſtitui iubeo.

*Maniæ*) Non ſolum terriculamenta infantium, ſed & lactentium deos præſides ita vocabant. Itaque & Varro Cuninam & Ruminam inter Manias cenſet. Cuius hæc verba Cato de liberis educandis: Hiſce Maniabus lacte fit non vino: Cuninæ, propter cunas: Ruminæ, propter rumam &c. Male apud Nonium manibus.

*Manius*) Et hæc quoque male accepta ſunt non a Paulo, ſed ab inferioris ætatis hominibus barbaris. In veteribus enim editionibus legitur, Manius Aegerius Nemorenſem Dianæ conſecrauit. Ego lego: Manius Agerius Nemorenſem Dianam conſecrauit. Hic conſecrauit, eſt ἀφιδρύσατο. ſignum Dianæ poſuit. Notum eſt Nemorenſem Dianam Aricinam dici. & regem nemorenſem eius ſacerdotem.

*Manta*] Verba Cæcilij ita legenda:

—Iam ohe, adeo. manta iam. hoc vide
Vt cæcus animum aduentus angit—

*Manticularum*] Quot verba Pacuuij, totidem fere monſtra errorum. & tamen pulcherrimam priſci ſermonis notionem in ſe continent. Age igitur ita legamus: Pacuuius:

Ad manticulandum aſtu aggreditor. ſcite quid prome, erue. Item:
Educ, i, manticulator. ita me facti oppreſſit iugo.

item deinde:

Aggreditur aſtu regem. manticulandũ eſt hic mihi. &c:
—Machinam ordiris nouam,
Manticulatam aſtu, ſanctiora adicis
Iuraiuranda— Planius hoc ſignificare videtur.
—quibus quotidie
Paruæ noxæ extergeantur.

Planius, inquit Feſtus, hoc ſignificare videtur, & quaſi notionem verbi in eo quod ſequitur: quibus noxæ extergeantur. hoc eſt, illis verbis etymon verbi manticulari expreſſit Pacuuius, cum

extergendi ſignificatum adiecit. Nam mantilibus extergentur manus, quæ antiquitus dicebantur Manticulæ. Vnde Manticularia quæcunque erant ad manum, καὶ πρόχειρα, vocabant. quia nihil magis ad manum, quam Mantile. Sed verba Pacuuij coniungamus:

Machinam ordiris nouam, manticulatam aſtu.*
Sanctiora adigis iuranda iura, quibus cotidie
Paruæ noxæ extergeantur. --pro dicis, emendauimus adicis, quod dicebant pro adigis. Notum eſt, quid ſit adigere aliquem iuſiurandum, & quid Græcis ἐπακτὸς ὅρκος. eleganter & quaſi γνώμῃ παροιμιώδει definiuit iuſiurandum. Quid eſt iuſiurandum? mantile, quo quotidianæ noxæ extergentur. Quod fere, quanuis alia allegoria extulit Laberius:

Quid eſt iuſiurandum? emplaſtrum æris alieni. In illo verſu, Machinam, &c. deeſt finis. in eodem, traiecta erant ex diuulſione membra, manticula tactu an: pro mãticulatam aſtu. In illo verſu: E luc, i. verba illa, ita me facti oppreſſit iugo, idem valent ac Plautinum illud, Ita me in ipſo articulo oppreſſit. In illo verſu: Aggreditur: tertia à principio producitur. vnde indefinito modo. Aggrediri. Spero equidem huius tam egregij loci à nobis reſtituti candidos lectores gratiam relaturos. Sed illud prætereundum non eſt, quare iureiurando dixit extergeri noxas quotidianas. Alluſit ergo ad ſatisfactiones, quę fiebant, cum in gratiam redibatur. eius exemplum habes apud Plautum Amphitruone:

Mane: arbitratu tuo iuſiurandum dabo:
Me meam pudicam eſſe vxorem arbitrarier,
Id ego ſi fallo, tum te, ſumme Iuppiter
Quæſo, Amphitruoni vt ſemper iratus ſies.

& mos exigendi id à læſis, ſeu iniuria affectis, extat in eadem fabula:

Aut ſatisfaciat mihi. atque adiuret inſuper,
Nolle eſſe dicta, quæ in me inſontem protulit.

ex his luculenter illuſtratur inſignis locus Pacuuij. Habes & in Adelphis Terentij.

*Mantiſa*] Non eſt Tuſcum. ſed purum putum Latinum: Mantiſa, pro manutenſa. vt manterium Varroni pro manuterium. Teſum antiqui pro tenſum dicebant, & peſum, ſeu peſſum, pro penſum. & paſſum, pro panſum. Igitur Mantiſa, ſeu Mãtiſſa, quod melius eſt, & extat in quibuſdam veteribus editionibus, dictum pro Manutenſa,* pro eo quod manu porrigitur, prꝫter id, quod ad pondus exigitur. vt ſit mantiſa caro, vel mantiſa merx, γερόντιον χρέας. Porrigitur enim manu, non datur pondere. Porro Mantiſam, pro Manteſam dictum non mirabitur, qui ſcit veteres Pertiſum, pro perteſum, & ſimilia dixiſſe.



Poſt *Manumittit*] Ita, ni fallor, implendæ ſunt labes illæ: Manumittens modo caput, modo membrum aliud ſerui tenet, & dicit: Hunc hominem liberum eſſe volo. ac pro eo auri x ...... ſoluit, vt, priuſquam digreditur, efficiatur iuris ſui, dum his verbis, hominem liberũ mittit. Non dubium, quin intelligat dominum ſoluere viceſimam pro liberato ſeruo: de qua lata eſt lex Manlia, vt ait Liuius libro ſeptimo. Epictetus apud Arrianum lib. II. ὅταν οὖν στρέψῃς ἐπὶ στρατηγοῦ τὸν αὐτοῦ δοῦλον, οὐδὲν ἐποίησεν; ἐποίησε. τί; ἔστρεψε τὸν αὐτοῦ δοῦλον ἐπὶ στρατηγοῦ. ἄλλο οὐδέν; ναί. καὶ εἰκοστὴν αὐτοῦ δοῦναι ὀφείλει. τί οὖν; ὁ ταῦτα παθὼν οὐ γέγονεν ἐλεύθερος; Item libro III. ὁ δοῦλος εὐθὺς εὔχεται ἀφεθῆναι ἐλεύθερος. διὰ τί; δοκεῖτε ὅτι τοῖς εἰκοστώναις ἐπιθυμεῖ δοῦναι ἀργύριον. Quæ nam ſumma hic definienda ſit, non video, neque quare auri potius, quam fortunarum viceſima. Sed & in manumiſſionibus quæ fiebãt ſacrorum cauſſa, pendebatur auri neſcio quid. vide in Puri. adeo, vt nulla manumiſſio non eſſet vectigalis, quomodo loquitur Tertullianus.

*Mapalia*] Ait hominib. ſolute viuẽtibus exprobari vocem mapalia. & verum eſt. Seneca ἀποκολοκυνθώσει. Ego, inquit, P.C. interrogare vobis permiſeram. vos mera mapalia feciſtis. Volo ſeruetis diſciplinam curiæ. Mera mapalia feciſtis. hoc eſt, ſuſque deque habuiſtis, & diſſolute potius egiſtis. vel potius: Vos, o inepti & diſſoluti, id feciſtis. Vide quã bene locus ille ex Menippea Senecæ huius loci collatione illuſtretur. & tamen mirum, quantum negotij faceſſit viris doctiſſimis, qui in loco Senecæ exponendo plurimum æſtuarunt.

*Marſpedis*] Corrige ex iudicio Adriani Turnebi, quo

doctiorem noſtra non tulit ætas, in precatione Solitaurilium. Quicquid dubitet Meſſalla, conſtat in formula ſolitauriliũ ad luſtrandum agrum ambaruali ſacrificio, ſolum Martem nominari: MARSPITER TE PRECOR, &c. vt conſtat ex Catone Titulo CXLI. Pro quo ſuſpicor Marſpedis dictum à veteribus. At, quod putat doctiſſimi viri Marſpedis eſſe, Martis filium, hoc eſt, Martis παῖδα, plane eſt Horatianum, Humano capiti ceruicem equinam. Quare merito explodendum. Sed illud notandum, Martẽ in Solitaurilibus, aut aliis precationibus ruſticorum non eſſe alium, quam Siluanum. propterea coniunctim aliquando vocatur Mars Siluanus. Idem Cato: Votum pro bubus, vt valeát, ſic facito: Marti Siluano in ſilua interdius, &c. De quo ſic in libris de limitibus agrorum: Omnis poſſeſſio tres Siluanos habet. vnus dicitur domeſticus, poſſeſſioni conſecratus. alter dicitur agreſtis, paſtoribus conſecratus. tertius dicitur orientalis: cui eſt in confinio lucus poſitus: à quo inter duo, pluresue fines oriuntur. Ideo inter duo pluresue eſt lucus. De tertio intelligi apud Catonem neceſſe eſt. Primus vocatur etiam Siluanus larum. vt in illa inſcriptione, quæ extat Romæ:

SILVANO
SANCTO
LARVM
PHILEMON
P. SCANTI
ELEVTERI
D. D.

alterius, hoc eſt Siluani agreſtis mentio eſt in altera inſcriptione, quam ex fide doctiſſimi amici noſtri Aldi Manutij huc exſcripſimus:

SILVANO
AG. SACRVM
IN MEMORIAM
C. RVFI. ANTHI
IIIIII VIRI
TALLVS. LIB.
D. D

& de eodem intellexit Ouidius:

--nec, dum degrandinat, obſit
Agreſti Fauno ſuppoſuiſſe pecus.

Tertij mentio eſt apud Horatium in Epodis.



--& te pater
Siluane tutor finium.

Mars pedis igitur, & Mars pater apud Catonẽ intelligẽdus eſt Mars Siluanus orientalis agreſtium, in interfinio duũ, aut pluriũ agrorum. eſt autem ex iure veterũ Athenienſium. Nam in ſacramento, cui dicebant ἔφηβοι, adiiciebatur: ἵστορες θεοὶ ἄγραυλοι. Deinde ponit eos, ἐνυάλιος, ἄρης, ζεύς. vbi ζεὺς etiam eſt, quem dapalem Cato vocat.

*Martialis* ] Ad verbum Ouidius in Faſtis III.

Altera gramineo ſpectabis Equiria campo,
Quem Tiberis curuis in latus vrget aquis.
Qui tamen eiecta ſi forte tenebitur vnda:
Cælius accipiet puluerulentus equos.

*Maſculina*] Conſtat enim & veteres dixiſſe nomina virilia, & muliebria, vt Varro. Item nomina virilis, & muliebris ſexus. Deeſſe in fine hæc non dubium: qui non ἀνδρικὰ, καὶ γυναικεῖα ea, ſed ἀρρενικὰ, καὶ θηλυκὰ vocant.

*Maſculino genere* ] Maſculino genere ait dixiſſe malo cruce C. Gracchum in ea in Popillium poſteriore. & non adducit exemplũ. Item in ea in Popillium & matronas. Citatque exemplum, vbi malo cruce maſculino genere vſurpauit Gracchus. Quid eſt citare bis eandẽ orationẽ non tanquam eandẽ, ſed tanquam alteram? Deinde, quid iſtud rei eſt, in Popilium, & matronas? nota eſt cauſſa inimicitiarum inter Popillium, & Gracchum. de matronis ne verbum quidem. Quare hoc ἀτόπημα docti viri cum viderent, conati ſunt emẽdare ita: Item cum idem in Popilium & Mathonem ait. Vt illud in Mathonem ſucceſſerit in locum ꝙ in matronas. Laudo conatum. mallem tamen non coniecturas ſuas, ſed rem ipſam margini chartæ commendaſſent. Nam ſane ita ſcribendum erat: Item cum idem in populum, & matronas ait: eo exemplo inſtituto dignus fuit, qui malo cruce periret. Vide quam diſſimilia hæc ſint priſtinæ lectioni. partim enim verba Feſti putabantur eſſe, quæ nunc omnia ſunt Gracchi. exprobrat aduerſario duo Gracchus, & quod in populum debacchatus ſit, quem qui offendunt, maieſtatis poſtulãtur: & in matronas, qu ſexus, omnium conſenſu, multis priuilegiorum præſidiis munitur. propterea vocat malum

exemplum,eſt enim & contra leges,& contra bonos more·. Huius orationis Gracchi in Popillium mentio extat etiam apud Gellium.

*Mattici*] Explicatum à nobis in Coniectaneis.

*Matronæ* ] Matronæ à magiſtratibus non ſummouebantur,ne pulſari,contrectariue viderentur, neue grauidæ concuterentur. quam enim primam hoc iure viam ait Verrius,eam cæteris exemplum dediſſe.adeo vt nec cum vxoribus adeſſent, quo deſcenderent, cogi viros à magiſtratibus. quod communi vehiculo vehitur vir & vxor. Media ſi non penitus ipſis verbis Feſti concepta ſunt: at ſaltem à ſententia,ac mente Feſti propius abſunt.De Veſtali quod monent docti viri , id vero exemplum locum hic non habet. Nam & Veſtales matronæ non erant. & quod eſſent ἀνέπαφοι id non priuilegio feminarum ac ſexus,ſed iure ſacerdotij ac dignitatis conſequebantur.

*Matronis*] Magis odoramur,quid voluit Feſtus , quam vt verba in numerato edere poſſimus.

*Maximam hoſtiam*] Victimæ de maioribus animalibus dicebantur, hoc eſt armentis,etiam ſi lactẽtes eſſent. hoſtiæ de minoribus,etiam ſi opimæ χαὶ τέλειαι. inter victimas taurus præſtabat. Virgilius -- & maxima taurus victima -- inter hoſtias ouis. vt hic vides, & ratio poſtulat. in gregibus enim , quis ſues, & capras præferat ouibus? ergo maxima victima,taurus. maxima hoſtia,ouis. Hæc eſt ratio,non quam adfert Verrius, aut Feſtus.

*Maximus pontifex*] Poſtrema verba negotium faceſſunt doctis viris , quæ ſunt hæc. vindexque contumaciæ priuatorum, magiſtratuumque. Quid? non licebat illi animaduertere in cõtumaciam priuatorum? Audite Macrobium:Regem ſacrorum Flamineſque non licebat videre feriis opus fieri. & ideo per præconem denunciabant. nequid tale ageretur : & præcepti negligens multabatur. Quod licuit Flaminibus, hoc non licuiſſet Pontifici maximo? At magiſtratus contumaciam non coercebat, inquitis. Audite Val. Maximum : Metellus pontifex Max. Poſthumium cos. eundemque Flaminem Martialem ad bellum gerendum Africam petentem,ne à ſacris diſcederet,multa indicta , Vrbem egredi paſſus non eſt. Sed hic exemplis pleni ſunt Romanorum Annales : quæ ſtudioſus



ſus lector paſſim adnotare poteſt.

*Mediocriculo*] τὸ genere abundat in verbis Catonis. Itaque dele. Quin neque Paulus habet,quod non leuiter fulcit coniecturam noſtram.

*Medioxumum* ] Antiquitus prius dicebant mediotumũ, vt Plautus. Dictum à medio Mediotumum , vt à quoto quotumum. apud Plautum: quotumæ ſunt ædes? ποσταί.

*Medritina*] Eſt nomen ἐπιτηδεύματος , vt Cociatrina , lauatrina,& ſimilia.

*Mediusfidius* ] Quod Græci iurantes, μὰ , νὴ præponunt, id Romanis erat Me, & E. Mecaſtor , Mediusfidius , Mehercule. Eiuno,Equirine,Ecere,Epol,Ecaſtor.

*Meſancilum*] Lege , Meſancylum. μεσάγκυλον eſt amentatum iaculum. Ennius Anſatas vocat : Mittunt anſatas de turribus -- Menander : -- πῶς τὸ τραῦμα ἔτ' ἔχεις; μεσαγκύλῳ.

*Melus*] Si à ligno mali dicta eſt, non video,quam vtilis bello fuerit: cũ Malus arbor inepta prorſus ad haſtas ſit. Sed reſtituendum Melia. vt ſit μελίη. & Paulum cum ſuis etymologiis miſſum faciamus.

*Meltom* ] Scribo meliom. Tarentinum eſt Melior, ἀμίνων pro ἀμείνων. Cum duæ in Græca voce liquidæ interueniunt, altera ſemper mutatur in ἰῶτα in Latina lingua. φύλλος , folium : ἅλλομαι, ſalio, ἄλλος, alius: ἀμίνων, menior,quod poſtea melior.

*Membrum* ] Huc pertinent quæ de præcidanea porca.

*Memorioſus*] Gloſſarium Memorioſus, μνήμων.

*Menſæ* ] Menſæ in ædibus ſacris ararum vicem obtinent,quia legibus earum omnium ſacræ menſæ ſunt , vt velut in ararum,vel puluinaris loco ſint. Priuati quoque in priuis ipſis locis habent, vbi ſacra habituri ſint , qualis eſt parentatio , non ſacrificium. Parum abeſt , quin ita Feſtus ſcripſerit. Quod ait legibus ædium ſacrarum mẽſas quoque ſacras eſſe, id Papyriano iure continebatur: Menſas ſcilicet arulaſque eodem die , quo ædes dedicari ſolent, ſacras eſſe. Vt non dubium ſit,quæ lex dedicandæ ædis fuerit , eandem ad vaſa & menſas ipſas extendi. Cum enim ædis dedicaretur , & omnia quæ ea contine-

rentur, dedicari. Addit, in ararum vel puluinaris loco haberi. Id quoque in eodem iure Papyriano relatum fuit, vti menſa hoc ritu dedicata in templo, aræ vſum, & religionem puluinaris obtineret. Poſtremo priuatis licuiſſe in menſis ſuis ſacra facere, qualis eſt parentatio, non ſacrificium. Primum menſæ ſacræ erant impoſitione ſalinorum, & ſigillorum, quæ ἐπιτραπέζια vocabant. Arnobius lib. II. Sacras facitis menſas ſalinorum appoſitu, & ſimulacris Deorum. hoc eſt θεῶν ἐπιτραπεζίων. cuiuſmodi eſt Hercules ἐπιτράπεζος Silua Statij, & epigrammate Martialis celebratus. Inde ſacra menſæ frequenter apud veteres. Inde & in ὁμοτραπέζοις religio. Inde & Didoni apud Virgilium libatio in menſa: Dixit, & in menſa laticum libauit honorem. Deinde non omnia ſacra continuo & ſacrificia ſunt. Nam res diuina cum Deo fit, ſacrũ quidem eſt, non autem ſacrificium. Res diuina, aut ſacrum, non niſi in loco ſacro fiebat. Sacrificium etiam in loco non ſacro. Aelius Iuriſconſultus: Si qua ſacra priuata ſuſcepta ſunt, quæ ex inſtituto Pontificum ſtato die, aut certo loco facienda ſint, ea ſacra appellari, tanquam ſacrificium. ille locus, vbi ea ſacra faciẽda ſunt, vix videtur ſacer eſſe. Hæc ille. Igitur res diuina, vt parẽtatio, & ſimilia, rite in loco ſacro, puta in menſa fit. ſacrificium ſi fiat in loco quodam, non propterea ſequitur locum ſacrum eſſe, ſed religioſum. Sic ad ſepulcra res diuina fiebat ſacro parentali. quo nomine menſæ in ſepulcris ponebantur, & Græcanico, & Romano ritu. Cicero de legibus, & ſcriptores Græci auctores.

*Mercedonias*] Mercedonias, ſubintellige Dies. Ita enim omnes dies intercalaris menſis vocabantur. Nam menſis intercalaris Mercidinus vocabatur, vt ait Plutarchus in Numa; vel Mercedonius, vt ait idem in Cæſare. Iſidorus in Gloſſis: Mercedonius, qui dat mercedem. nihil præterea reperio.

*Merenda*] In Gloſſis, ἄριστον δειλινόν. Merenda exponitur, & ita Calpurnius--ſeræ cum venerit hora merendæ. Sed vide quid ad Varronẽ de re ruſtica ſuper hoc notauimus.

*Meritauere*] Meritauere, ſæpe meruerunt Cato dixit, Pœnorum IIII. Suffetes euocant omnis cohortes, omnis, qui ſtipendia meritauerunt. Ita mihi videor ſcripturæ



Feſti veſtigia odorari.

*Meſon*] Scribendum per diphthongum Mæſon. Quæ huc pertinent, tam quæ de notione huius vocis, quam de Ariſtophane Grãmatico, huc ex Athenæo cõiicere libuit: ἐκάλουν δὲ οἱ παλαιοὶ τὸν μὲν πολιτικὸν μάγειρον μαίσωνα, τὸν δὲ ἐκτόπιον τέττιγα. Χρύσιππος δ' ὁ φιλόσοφος τὸν μαίσωνα ἀπὸ τοῦ μασᾶσθαι, οἴεται κεκλῆσθαι, οἷον τὸν ἀμαθῆ, καὶ πρὸς γαστέρα νενευκότα· ἀγνοῶν ὅτι Μαίσων γέγονε κωμῳδίας ὑποκριτὴς Μεγαρεὺς τὸ γένος. ὃς καὶ τὸ προσωπεῖον εὗρε τὸ ἀπ' αὐτοῦ καλούμενον μαίσωνα, ὡς Ἀριστοφάνης φησὶν ὁ Βυζάντιος, ἐν τῷ περὶ προσώπων, εὑρεῖν αὐτὸν φάσκων καὶ τὸ τοῦ θεράποντος πρόσωπον, καὶ τὸ τοῦ μαγείρου, &c.

*Meta.....ſtices*] Scribe: Metaplaſticos dicitur apud poetas vſurpari id quod propter neceſſitatem metri mutant. quod idem barbariſmus dicitur in ſoluta oratione conſcribenda.

*Metelli*] Gloſſarium: Metellus, μίσθιος.

*Metonymia*] Lege ita verſum Ennij:

Cum magno ſtrepitu Volcanum ventu' vegebat

& illum:

Perſuaſit nox, vinum, Deus, qui multo eſt maximus.

cui ſimile Terentianum ex Adelphis: Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia: Humanum eſt. & Propertij.

Hac Amor, hac Liber, durus vterque Deus.

Vegere, pro vegetare. Vide Nonium.

*Migrare*] Migrare menſa, quod ſacra ſit. Diiſque tẽpli poſita, inauſpicatum habebatur, cum ſequior ſuaderet cauſſa. vnde quidam fuiſſe..... Reliqua aſſequi nõ poſſum. Recte ait inauſpicatum fuiſſe, menſa migrare, quia ſacra eſſet, vt iam ſupra diximus, & quia vel eo nomine menſæ omnes ſacræ eſſe debent, quod in quo templo menſa eſt, eius Dei, cuius templum eſt, ea ſacra ſit. Huius ſuperſtitionis Plinius meminit libro XXIIX. cap. II. Seruij, inquit, principis viri commentatio eſt, quamobrem mẽſa linquenda non ſit. vide locum. ego ſane, quæ hic Feſtus refert, ex ea Commentatione Seruiana deſumpta puto. Fortaſſe quæ ſequuntur, ita ſarcienda ſunt: vnde quidam fuiſſe in triſtibus dicũt ex libris, qui ſunt Rituales appellati. Nam in eo loco, in quo Rituales libri menſarum cõ-

ſecrandarum in templis ritum edocebant, veriſimile eſt & de illis auguriis menſalibus, quæ Verniſera appellabant, & de diris, ac triſtibus, quæ contra accidebant, tractaſſe. Sed hæc incerta ſunt ac fortaſſe melius erat tacere.

*Miluina.* ] Meminit Solinus, cap. x.

M*ina.* ] Mina ſingulariter dici pro eo, quod Minæ pluraliter dicimus, Curiatius auctor eſt. item M. Cato. in ſuaſione.....mina cogi nulla potuit.

M*inora templa.*] Qui nos reiiciunt ad Varronem in libris de linguà Latina, vt quæ ſint minora templa, ex eo petamus, non magis nos iuuant, quam ſi nullum de hac re verbum feciſſent. Ne verbum quidem apud Varronem, vbi ille loquitur quidem de templis: ita tamen vt quæ ſunt minora templa nihilo magis ſcias. Sed diſerte Seruianæ ſchedæ id nos docent his verbis: Alij templum dicunt non ſolum quoſt poteſt claudi, verum etiam quod palis, aut haſtis ſuſtentatum, aut aliqua tali re, & lineis, aut loris, & ſimili re ſeptum eſt: quod ecfatum eſt. amplius vno exitu in eo eſſe non oportet, cum ibi ſit cubiturus auſpicans. In quibus verbis fere omnia, quæ Feſtus ſcribit de minoribus templis, proponuntur. Tantum apud Seruium legebatur, quod & factum eſt, pro, ecfatum eſt.

M*inores.*] Si tres ſorores eodem nomine erant, cognominibus a numero diſtinguebantur. Seruilia Prima, Seruilia Secunda, Seruilia Tertia. Si duæ, ab ætate: Seruilia maior, Seruilia minor. Liuius: Aruns Tarquinius, & Tullia minor. Horatius: Cum Sagana maiore vlulantem.

M*inucia.* ] Sunt Feſti. Alterum τὸ Minucia eſt Pauli.

M*inuitur.*] Faceſſit negotium doctis viris, quod in fine poſitum eſt: IN CASTO CERERIS. Quod Græci dicunt ἁγνεύειν τινὶ θεῷ, hoc Latini, in Caſto alicuius Dei eſſe. Tertullianus libro de ieiunio: Sed bene, quod in noſtris Xerophagiis blaſphemias ingerens, caſto Iſidis, & Cybeles eas adæquas. Sed vide, quæ olim diligenter de hoc in Coniectaneis notauimus. Caſtimoniis Cereris qui operabantur, luctu carere ſolitos fuiſſe, tam ex Græcis, quam ex Latinis ſcriptoribus notum eſt.

M*inurritiones.* ] Gloſſæ: Minurit, μινυρίζει.

M*inutum.*] Scribe, μινύειν, non μειοῦν.



M*olucrum*] Scribe μύλακρον. verſus Afranij ita legito:

--ferme virgini
Excreſcit vterus, tanquam grauidæ mulieri.
Molucrum vocatur. tranſit ſine doloribus. &,

vbi Molatur, non, vbi immolatur.

M*omar*] Sicula vox vt etiam ipſe notat. μῶμαρ ſignificat. μέμφιν, αἶσχος. Iſidorus in Gloſſis: Momar, Siculus, ſtultus, qui cito mouetur ad iram. Plautus: Quid tu, o momar Sicule homo, præſumis? Vbi non tantum momar, ſed & Siculus, pro Stulto.

M*onitor*] qui in ſcena monent hiſtriones, dicuntur ὑποβολεῖς. & recte Gloſſarium: Monitor, ὑποβολεύς. In Phormione Geta monitor dicitur; hoc eſt, qui conſilium dederat. quem & Græci dicunt ὑποβολέα.

M*ortis cauſa*] Scribe: Cuius ſtipulationis mors fuit cauſa. Leuis error.

M*ortuæ*] Scribe, Flaminibus, vt etiam extat in veteribus editionibus.

M*os*] Mos eſt inſtitutum patrium [ defunctorum ] veterum, pertinens maxime ad religiones cerimoniaſque antiquorum. vocem defunctorum incluſimus circulis, quia gloſſema eſt.

M*uginari*] Plinius in Præfatione: Dum iſta, vt ait Varro, muginamur, pluribus horis viuimus. Iſidorus: muginatur cauſſatur.

M*ulciber*] Melius Obtuitu in verſu Pacuuij.

M*ulleos* ] Catonis verba ita legenda: Qui magiſtratum Curulem cæpiſſet, calceos mulleos, alij vncinatos, cæteri perones. Hæc erat antiquorũ εὐτέλεια. Magiſtratu functi mulleos, milites fulmentatos, cæteri Romani perones, ἐν ὠμοβυρσίνοις, ſumebant. de vncinis, & clauis militaribus ſatis in Coniectaneis. Verſus Titinij ita lego,

-- iam cum mulleis
Te oſtendiſti, quos tibiatim calceas. Tibiatim, hoc

eſt ad mediã vſque tibiam. Ita erant omnia ea genera calceamentorũ, qualia Turcarum hodie, medio crure tenus. Quod & Tertullianus manifeſtò oſtendit, libro de Pallio: Impuro cruri purum, aut mulleolum inducit calceum.

M*ultam*] Legendum, pœnam quidem: non quandam.

*Multifariam* ] Græcorum imitatione πολυφάτως, διφάτως, τριφάτως. multifariam, difariam, trifariam. Varro totfariam: In totfariam locis.

*Mundus*] Pro Ateius, lego Attius.

*Mundus*] Verba Catonis corrupta ita legimus: Mundo nomen impoſitũ eſt ab eo mundo, qui ſupra nos eſt. Forma enim eius eſt, vt ex iis, qui intrauere, cognoſcere potui, adſimilis illi. Eius inferiorem &c. Nam inde incipiũt verba Feſti. Supple etiam, maiores cenſuerunt. Nihilo melius ſe habent ſequentia. Quæ ita emendamus. ea de cauſſa, quod quo tempore ea, quæ occultæ, & abditæ religionis &c. Varro apud Macrobium: Mundus cum patet, Deorum triſtium atque inferum quaſi ianua patet. propterea non modo prælium committi, verum etiam dilectum rei militaris cauſſa habere, ac militem proficiſci: nauim ſoluere: vxorem liberum quærendorum cauſſa ducere, religioſum eſt.

*Muneraria*] Leuiter immutati Plautini verſus ita legendi:

Neque muneralem legem, neque lenoniam,
Roga. nec fuerit, nec ne, flocci exiſtuma.

Vetabat ob defenſam cauſam donum accipere. Vide Epiſtolam Plinij Iunioris ad Valerianum libro v. Etiam ſi legis mẽtio non fit.

*Municeps*] Vereor, ne legendum ſit: item, quẽ municipium à ſeruitute liberauit. Varro de Latino ſermone libro VII. In hoc ipſo analogia non eſt: quod alij nomina habent ab oppidis: alij aut non habent, aut non, vti debent, habent. habent plerique libertini à municipio manumiſſi.

*Munitio*] Vetus codex, Mortificatio. lege Morſificatio.

*Murciæ* ] Per c ſcribitur, cum antea per t ſcriberetur, vt ait Plutarchus. Vnde à murteto, quod ibi erat proximum, dictam volunt Varro, Plinius, & Plutarchus ipſe. Tertullianus de ſpectaculis: Conſus, vt diximus, apud metas ſub terra deliteſcit. Murtiæ quoque idolum fecit. Murtiam enim Deam amoris volunt. cui in illa parte ædem vouere. Lege: apud metas ſub terra deliteſcit Murtiàs. Has quoque idolum fecit. Nam metæ Circi Murtiæ metæ vocabãtur. Apuleius: ſi quis à fuga retrahere, vel occultam demonſtrare poterit fugitiuam regis filiam, Veneris ancillam, nomine Pſychen, conueniat retro metas Murtias Mercurium prædicatorem. Varro: Intimus Circus ad Murtim vocatus. Has metas in eodem libro paulo ante, primas metas vocauerat Tertullianus. Et nunc, inquit, ara Gonſo illi in Circo defoſſa eſt ad primas metas ſub terra. Quod hic ſcribitur de monte Auentino, de hac re ita in veteribus monumentis Danielis noſtri ſcriptum reperi. Vallis ipſa, vbi Circenſes editi ſunt, ideo Murcia dicta eſt: quia quidam vicinum montem Murcum appellatum volunt. alij quod fanum Veneris Verticordiæ ibi fuerit, circa quod nemus murtetis conſitum fuiſſet, immutata litera Murciam appellatam, &c.



*Murgiſo*] Tanquam dictus eſſet, Moriciſo. Iſidorus in Gloſſis: Murgiſo, callidus, murmurator. lego, callidus, morator.

*Muries* ] Vide, quæ ſuper hoc in coniectaneis notauimus. Addendum ex abſtruſis, necdum publicatis Seruij Schediis: Virgines Veſtales tres maximè ex Nonis Majs ad pridie Idus Maias alternis diebus ſpicas adoreas in corbibus meſſuariis ponunt: eáſque ſpicas ipſæ virgines torrent, pinſunt, molunt. atque ita molitum condunt. ex eo farre virgines, ter in anno molam faciunt, Lupercalibus, Veſtalibus, idibus Septembribus, adiecto ſale cocto, & ſale duro.

*Murricidum* ] Plauti locus eſt in Epidico: væ tibi muricide homo. Nam duo illa, ignaue, iners, ſunt gloſſemata Feſti. Melius autem ſcriberetur vnico r, muricinus. Quod videtur tanquam ioculariter ignauo exprobatum, vt qui hoſtem non potuiſſet, mures cæderet. quaſi μυοκτόνος. Muricidium tamen etiam dixerunt veteres, vt Pomponius Atellanarius. Auguſtinus de ciuit. lib. IIII. cap. XVI. Deam Murciam, quæ præter modum non moueret, ac faceret hominem, ait Pomponius, murcidum, id eſt nimis deſidioſum, & inactuoſum.

*Muſtricula*] Inuenio in Gloſſis Latinis, Muſtricula, machina ad ſtringendos mures. Et puto verum eſſe. Nam lignum illud ad calceos ſuendos, à ſimilitudine illius machinæ dictum videtur.

*Muta* ] Muta exta dicuntur, quibus nihil diuinationis, aut reſponſi elicitur. Vt contra Adiutoria, quæ certum

aliquid indicant, aut ab incendio, aut à veneno talique re certum inſtare periculum, portendunt, aut finium deminutionem.

*Mutae*] Infra. Verba Feſti ſunt vltima in epitome. Præcedentia ſupplebis ex ipſa epitome. Nam falſo putant docti homines, qua Paulus finit, ea incipere Feſtum. Antecedentia enim, vti dixi, deſiderantur. Quæ ſequuntur, alio ſpectant.

*Mutini* [Ita explemus: Mutini Titini ſacellum fuit in Veliis aduerſum murum Muſtellinum in angiportu: de quo aris ſublatis balnearia ſunt facta Domitij Caluini: cum manſiſſet ab Vrbe condita ad principatum Auguſti. Religioſe & ſancte cultum fuiſſe, manifeſtum eſt. Nam nunc ad ſextum, & viceſimum extra vrbem, ædiculam habet, vbi & colitur, & mulieres togis prætextis velatæ ei ſacrificant. Vltima ſuppleuimus ex Paulo, ita vt negari non poſſit, quin vera verba reddiderimus. Nam ex . . . iculum, fecimus ædiculam. ex . . . inc, mulieres. Nam . . . ine, ſunt apices literarum ſyllabæ, quæ eſt penultima in voce, Mulieres. Illud autem . . . vla, quis dubitat eſſe reliquias, vocis Velatæ?

*Mutire*] Vide in Coniectaneo tertio. Mutire, eſt ne mu quidem audere facere, quod Græci γρύζειν. Gloſſarium: Muttum, γρῦ. Etiam in idiotiſmo dicimus, ne muttum quidem audet dicere.

*Myoparo*] Lege, nam & Myon, & Paron per ſe ſunt. Ab inſulis Paro, Corcyra, dicta nauigia, Parones, Cercuri. Quin & Syriaca lingua retinuit Carcura. Hoc enim eſt Cercurus. niſi mauis κέρκον, καὶ οὐρὰν nomen dediſſe à forma, propter longitudinem videlicet. à forma autem μυώδης. hoc eſt anguſta, & oblonga: vt myobarbum, anguſtus & oblongus Liberi patris cantharus. Vt annotamus apud Auſonium. Mures enim & muſtellæ oblongo corpore.

*Myrtea*] Infra. Eſt fragmentum, quod pertinet ad literam S, de ſuis & neceſſariis heredibus. Cuius hæ extant reliquiæ: . . . vt patri ſuo heres exiſteret. Et tam heres eſt quam, ſi idem in poteſtate aliena non fuiſſet, ſuus heres. vt patet ex eo, quod ait Sulpitius in ea oratione,



quam dixit pro Aufidia. Perſpicuum eſt, quod ait, de eo qui in adoptionem datus, à patre adoptiuo emancipatus eſt. Tam enim is heres eſt beneficio Prætoris, quam ſi in aliena poteſtate non fuiſſet, ſuus heres futurus erat, iure ciuili. quanquam non ignoro in bonorum poſſeſſionibus nomen hæredis καταχρηστικῶς poni. Prætor enim heredem facere non poteſt.

*M* . . . .] Certum eſt, hic de munere Feſtum ſcripſiſſe. nempe Munus eſſe adminiſtrationem rei publicæ: & curam imperij quod plebis vniuerſæ totiúſque populi Comitiis delatum, ac mandatum eſt: vt fere in hanc ſententiam ſcriſipſſe videatur. Munus, dicitur adminiſtratio reipublicæ, magiſtratus, præfecturæ, imperij prouinciæ. Cum multitudinis vniuerſæ conſenſu atque legitimis populi Comitiis mandatur, vt capere eam iuſſu populi, certoue & tempore, & certum ad tempus adminiſtrare poſſit.

*Mi* . . . *letabarum*] Mille beatarum vrbium . . . s ſtetit pro regno . . . dixiſſe ait Veranius in libro priſcarum vocum. quod ei ſummæ originem ac cauſſam Græcus ſermo dederit: eo autem non omnes vti. His proximum neſcio quid dixiſſe videtur Feſtus: & recte ei ſummæ cauſſam dediſſe Græcorum ſermonem. Gellius lib. I. cap. XVI. Mille, inquit, non pro eo ponitur, quod Græcè χίλιοι dicitur, ſed quod χιλιάς. & ſicuti vna χιλιάς, & duæ χιλιάδες. vnum mille, & duo millia, certa atque directa ratione dicitur. Puto autem teſtimonium illud, quod producit Veranius, eſſe ex ſcriptis Catonis.

## N

N*acca*] Scribe, Nace, dicantur à Græcis. νάκη. Apuleius. lib. IX. Nam & opportune maritus foris apud Naccam proximum cœnitabat.

*Nænia*] Scribe: Græci enim νῆστιν extremum inteſtinum dicunt. At quis ignorat, à ieiunitate dictum? Deinde ſcribe. chordarum vltima νήτη dicitur. Gloſſarius: Nænia, ἀτονία ignauia ſcilicet. Nam & Nænia pro ineptiis.

*Nænia eſt* . . . .] Nænia eſt carmen, quod in funere

laudandi gratia cantatur ad tibiam. quod vocabulum Afranius in Materteris poſuit: næniam inter exequias cantitabant. Sunt qui eo verbo finem ſignificari crediderunt Plautus . . . . . . . . . . . . . abi ergo . . . . . . . . . . . Idem: huic homini amanti mea hera dixit domi & apud nos næniam de bonis meſto. Quibuſdam dictam placet, quod ei voci ſimilior querimonia flentium ſit. Quidam aiunt næniæ ductum nomen ab extremi inteſtini vocabulo. quo vocabulo vtitur Plautus in Bacchidibus: Si tibi eſt machæra, at nobis ueruina eſt domi. Qua quidem ego te reddam, vbi me irritaueris, Confoſſiorem ſoricina nænia. Siue quod eam vocem flendo efferimus. Siue, quod chordarum vltimas Græci νήτας dicunt, extremam cantionis vocem ab eo næniam appellarunt. In his videmus Verrio ſeu Feſto placuiſſe ex quorundam ſententia næniam ſignificare finem, ideo in Truculento Plautina næniam dixit, idem eſſe, quaſi ſupremam dixit: vale dixit. in ſuperiore enim teſtimonio mutilo, illa verba ABI ERGO facile declarant, næniam dicere, idem eſſe, ac abire iubere. Manifeſtum autem verba Plautina ex Truculento producta eſſe. quæ tamen hodie ſequius habent ita: huic homini amanti mea hera apud nos næniam dixit de bonis. Nam gloſſemata ſunt illa DOMI, & MESTO ad explicandam ſententiam. Nemo tamen negauerit plane ita olim Feſtum ſcriptum reliquiſſe: ſicuti & illa ex Bacchidibus, quæ proxime ſequuntur. quæ & ipſa aliter in noſtris exemplaribus concepta ſunt illo verſu: Qua quidem ego te faciam, ſi me irritaueris. vbi notandum in Epitome ex officina mutilatoris illa verba deprompta eſſe: Græci enim νέτον extremum dicunt. Non enim aſſecutus eſt Feſti interpretationem, qui cenſet næniam eſſe minutiſſimum inteſtinum, quod aliter hillam dicunt. ab eo Plautum dixiſſe confoſſorem ſoricina nænia. hoc eſt tam confectum vulneribus, vt ex eo nihil relinqueretur, quod hilla ſoricina non minucius eſſet. Sed profecto in eo longe errare Feſtum alibi docebimus. Quod infra legitur: Siue quod eam vocem flendo efferimus, idem prope eſt cum illo, quod ſuperius dixerat: quod ei voci ſimilior flentium quærimonia ſit. vult enim



næniam ὠνοματοποιΐας. quod ſcilicet flentes videntur eam vocem efferre. & ſane olim adoleſcentes docuimus eam vocem ab Hebræa lingua manaſſe ſine vllo prorſus dubio: in qua Nini eſt Plange plange. נהי נהי apud Probio: in qua Nini eſt Plange plange. נהי נהי apud Prophetam: vnde & Phryges, & poſt illos Græci veteres νηνίατοι vocarunt. Ab illis autem nationibus Syriæ morem illum præficarum deductum eſſe nemo ignorat, niſi qui in veterum hiſtoriis infrequens eſt. Imo Hebræi miri θρηνῳδοὶ fuerunt. quod crebro in Prophetarum libris occurrit. vide quæ vtiliter olim ſuper his notauimus in Coniectaneis noſtris. Porro perperam νεάτας pro νήτας tam in Epitome quam in ipſius Feſti reliquiis excuſſum fuit.

*Næuia* ] Infra Omnino ſuccenturiandum ita: Næuiam ſiluam vocitatam extra vrbem ad . . . miliarium: quod Næuij cuiuſdam ibi domus fuerit: à quo nemora Næuia appellata fuiſſe ait. quam obprobrij loco obiici ſolere, quod in ea morari adſueſſent perditi homines, teſtis eſt M. Cato in ea in Cælium ſi ſe appellaſſet. à qua ſilua porta Næuia. atque ea . . . . Quæ ſequebantur tantum indicabant Siluam Næuiam, quæ opprobrij loco obiiciebatur, veniſſe in prouerbium, idque prouerbium etiam ab ipſo Verrio referri.

*Nanum* ] De hoc quid iudicij noſtri ſit, vide in Coniectaneis. In Gloſſario: Bardatus, νάννος, τὸ σκεῦος. Scribe barbatus. Pumilio Græcum quoque eſt, πυγμαλίων. Idem enim ac πυγμαῖος, vt à ſimo, σιμαλίων. & ſimilia. Porro ſupereſt tantum de verbis Feſti: ad imitationem eiuſmodi hominum, aqualem humilem & concauum, quem vulgo ſitulum barbatum vocant, dictum fuiſſe. Reliqua ſupplebis ex Gellio, lib. XIX. cap. XIII. Quaſi quod hic in feſto deſideratur, ita explendum ſit. Nani, humili & breui ſtatura homines. vnde ad imitationem, &c.

*Nancitor* ] PEQVNIAM. QVIS. NANCITOR. HABETO. ET. SI. QVID. PIGNERIS. NANCITOR. SIBEI. HABETO. Nancitor, pro nancitur. & nancitur pro nanciſcitur. vt, apiſcitur. QVIS pro QVI, ἀρχαϊκῶς. Erat caput in fœdere Latino, vt intra decem dies poſt conteſtatam litem, creditori ſatisfieret. Hic vero vult ipſum pignus ſibi habere, ſi poſt illud tempus ipſi ſatisfa-

ctum nõ ſit. Vel potius intelligit, quod ante bellum conтraxerit Latinus cum Romano, ſiue mutuum ſit, ſiue pignus, vti id valeat.

*Narica*] ſcribe. narita. μείτης. Verſus autem Plauti, ita legendi: Muriatica autem video in vaſis ſtagneis:

Bonam naritam, & camarum, & tagenia:
Equinos fartos, conchas piſcinarias.

Equinos ſcriptum ἐρχάϊχῶς, pro Echinos. Stagneum vas intelligit, ni fallor, incruſtatum. Nam ſtagnare erat περιπηλοῦν τὰ ἄγγη. Vulgo in idiotiſmo dicimus inuitriare. Eo nomine cruſtariæ tabernæ Romæ inſtitutæ. Heſych. Νέβετα, πετάλωματα τῶν ἱερῶν, ἢ τῶν σκευῶν. lego: πεταλώματα τῶν ἱερῶν χαλκῶν σκευῶν. Stagnare ergo, περιπεταλοῦν, χαλκῶσαι, γαλθοῦν, στομοῦν. Sic enim malumus quam ſtagnea vaſa interpretari κασσιτέρινα, quanquã nõ diſplicet. Quam alieno a Plauti mente ſenſu Turnebus hos verſus reſtituere conatus ſit, facile qui hominis emendationem cum hac noſtra contulerit, deprehendere poterit.

*Naſsiterna*] Scribo, Naſiterna. quod tres naſos, hoc eſt anſas haberet. ita Vatinianis calicibus aſſignat naſos Martialis. & Iuuenalis: Tu Beneuentani ſutoris nomen habentem

Siccabis calicem naſorum quattuor, --Equos poſt confecta ſpatia ſolere perfuſione aquæ recreari in Circenſibus intellige, cum ait: quale eſt, quo equi perfundi ſolent. Vlpianus l. IIII. de his qui notantur infamia: Neque thumelici. neque xuſtici, neque agitatores, neque qui aquam equis ſpargũt. Verſum autem Plauti iiſdem fere verbis ex eadem fabula producit Fulgentius Placiades: Catonis verba emendamus: Quotiens vidi trulleos, naſiternas, pertuſos aquales, matellas ſine anſis.

*Natinatio*) Natinatio, negotiatio: & natinatores, negotia gerentes. M. Cato in . . . . Audito tumultu Macedoniæ, Etruriam, Samnites, Lucanos inter ſe natinari, atque factiones eſſe. Iſidorus: Natinare, negotiari. Eſt autẽ non tam priſcum verbum, quam priſca verbi forma. natare, natinare. vt, iter itiner: iecur iecinur: prodeunt prodinunt, & ſimilia. Eſt ergo natinare more natantium ſemper in negotiis fluctuare.

*Natio*) Nationem, & natum Cincius genus hominum, qui non aliunde venerunt, ſed ibi nati ſunt, dici auctor eſt.



Sed & nationem ait non tãtum vniuerſim de omnibus, ſet & de ſingularibus hominibus ſeiunctim dici. Hæc Feſtus. Sequebatur deinde teſtimonium veteris ſcriptoris, quod aſſequi non potuimus. Poſt Sabinos ſequitur: bona natio in pecoribus quoque bonus prouẽtus dicitur. Hoc igitur vult Feſtus, Nationem & natum de hominibus dici. nationem quidem de vniuerſis: vt Natio Græcorum. natum de ſingulis: vt, homo maximo natu. Sed & nationem de ſingulis. ad cuius rei fidem adducebat exemplum auctoris veteris. Præterea neque nationem tantum de hominibus, ſed & de pecoribus dici. quod non ſine Græcorum imitatione dictum eſt. vt Homerus ὀδυσ. ξ'. ἐν δ' ἵμεν εἰς συφεούς, ὅτι ἔθνεα ἔρχατο χοίρων. Nos SET ſcripſimus ἐρχάϊχῶς. quia ita eſt in illis reliquiis, ſetc. pro SET ET.

*Nauali*] Prima Feſti verba incipiunt: qui primus in hoſtium. Deſiderantur ergo præcedentia. quæ ex epitome ita ſupplebimus: Nauali corona ſolet donari, qui primus in hoſtium nauem armatus trãſilierit: cuiuſue opera, manuue nauis hoſtium capta fuerit. Itaque adeptus eſt eam M. Varro donante Cn. Pomp. Magno, bello piratico. Item A. Attilius, bello cõtra Nabim. Quae ſequuntur aliò pertinent. M. Varroni coronam naualam datam, auctor Plinius. Et Varro ipſe in II. de re ruſtic. ſcribit bello piratico inter Delum, & Ciliciam Græciæ claſſibus ſe præfuiſſe. A. Attilius prætor cum claſſe miſſus eſt in Græciam ad tuendos ſocios. Liuius libro XXXV. Quæ ſequuntur, vt dixi, maneſeſtò ad alia pertinent. Et Carmen, puto Saliare in teſtimonium producebatur.

*Naualis*] Naualis porta regionis decimæ quartæ a Naualium vicinia appellata.

*Naualis ſcriba*] Naualis ſcriba dictum, tam propter ſcribam, quam propter Naualis. quia & nautæ. & id genus hominum male audit. etiam apud Homerum Naualis ſcriba eſt conuicium, ὀδυσ. θ. φόρτου τε μνήμων, καὶ ἐπίστροφος ᾖσιν ὁδαίων. hoc eſt, γραμματεὺς φόρτου, καὶ ἐφοδίων ταμίας. Et legendum: columbar impudens. dictum eadem forma qua Catullus mulierẽ proſtituti pudoris vocat lupanar: Lucillius carcer vocat eũ, qui meruit in vincula conciici. Colũbaria in naue ſunt ea, quibus remi eminẽt. ita enim legẽdũ. dicta a ſimilitudine foraminũ, in quibus par colũborũ

nidificat. Ab eadem ſimilitudine & in re architectonicā quid ſignificet, habes apud Vitruuium.

*Nauia*] Aliter linter. & eo quoque vtuntur in vindemiis. Seruius in illud -- cauat arbore lintres: Alij, inquit lintres, in quibus vua portatur, accipiunt. Hæc Seruius Danielis. Tibullus lib. I.

Hæc mihi ſeruabit plenis in lintribus vuas. Nam & nauia, & linter, vtrunque eſt lignum cauatum. In verbis Feſti lege: Nauia eſt vnum lignum exculptum. vnum dixit: vnde μονόξυλα σκάφη Græci. Denique Linter & Nauia, eſt σκάφος. σκάπτειν, exculpere. Melius tamen legeris. Nauia ex vno ligno exculpto. Quod retinendum cenſeo. Cicero II. de legib. Ligneum autem quodque voluerit, vno e ligno dedicato.

*Nauia*] Tanti momenti hic locus eſt, ut de eo totius huius libri vtilitas æſtimari poſſit: inauditæ præterea, ac reconditæ eruditionis illis præſertim, qui neſciunt ficum Nauiam eandem cum ficu Rumina ſeu Ruminali fuiſſe. Ponemus prius locum, ſi non ipſis verbis Feſti, at certe ſententia ipſa incolumi, atque integra. Sic igitur hos hiatus explemus: iuſſit rex cotem ac nouaculam proferri. qua prolata interrogatus Augur, an cos illa poſſet præcidi nouacula, ſubito eam præcidit. Ex eo, Tarquinio, nihil auſo contra facere, nouaculam, ac cotem ſub locum conſecratum defodi iuſſiſſe. & ficum ab eo ſatam eſſe intra id quod contentum ſine ſacro ſit. eamque, ſi quando aruiſſet, ſubſeri iuſſiſſe. Deinde cum poſt tot annos aliæ in eo loco complures ficus eſſent, & euulſæ, de loco ſacro remouerentur, omnes, quæ inibi erant ficus, præter eam, eiectas fuiſſe admonitu ac iuſſu aruſpicum. & diuinis reſponſis, quandiu ea viueret, libertatem populi manſuram. ideo quod . . . . . . Poſtrema non poſſumus explere, quia non ſatis ſpatij relictum ſit ad explendum quantum poſtulat ſententia. Tantum enim loci deſideratur, quantum ſatis eſſet his, aut ſimilibus verbis: ideo quod in ea fatum populi Ro. eſſet: aut tale neſcio quid. Multi huius fabulæ meminere, qui omnes adiuuant coniecturas noſtras. ſed ante omnes Plinius. Cuius verba apponam ex libro XVI. cap. XIIX. Colitur ficus arbor in foro ipſo ac comitio Romæ nata, ſacra fulguribus ibi conditis. Magiſque ob



memoriam eius, quæ nutrix fuit Romuli, ac Remi conditoris appellata: quoniam ſub ea inuenta eſt lupa infantibus præbens rumen (ita vocabant mammam) miraculo ex aere iuxta dicato, tanquam in Comitium ſponte tranſiſſet. Adacto nauigio ilico areſcit, rurſuſque cura ſacerdotum ſeritur. Hæc ille. In quibus miror cur dixerit, Romæ nata. quaſi de alio Comitio, quam de Romano intelligi poſſit. Deinde quid eſt, adacto nauigio ilico areſcere? Scio Tiberim ad illum vſque tractum Vrbis tunc ripis ſuis eiectum fuiſſe: idque ſolitum alias vulgo accidere. At ſi nauigiis tunc ea aqua tramſmittebatur, quis tam religionis contemptor, qui ad ficum nauigium adigeret, vt illa exareſceret, cum ſciret hoc non poſſe euitari, ſi illuc nauem impingeret? Suſpicatus igitur ſum id, quod verum eſſe poſtea apparuit, locum deprauatum eſſe. Idque fortaſſe doctis viris probabimus, ſi noſtram ſententiam de eius loci emendatione proponamus. Ita igitur legendum putamus: Colitur ficus arbor in foro ipſo Romina, iam ſacra fulguribus ibi conditis: magiſque ob memoriam eius, quæ nutrix fuit Romuli, ac Remi conditoris, appellata, quoniam ſub ea inuenta eſt lupa infantibus præbens rumen) ita vocabant mammam) miraculo ex aere iuxta dicato: quam, tanquam in Comitium ſponte tranſeuiſſet, ab Actio Nauio. Ilico areſcit. rurſus cura ſacerdotum ſeritur. Primum quod ait Sacrā fuiſſe, idem & Dioniſius teſtatur his verbis: ἔπειτα δ᾽ αὐτὸν τὸν Νάβιον θεραπεῦσαι διέγνους (Tarquinius) ὡς ἁπάντων ἀνθρώπων θεοφιλέστατον ἄλλαις τε φιλανθρωπίαις ὑπηγάγετο, καὶ, ἵνα μνήμης αἰωνίου τυγχάνοι παρὰ τῶν ἐπιγινομένων, εἰκόνα κατασκευάσας αὐτοῦ χαλκῆν ἀνέστησεν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, ἣ καὶ εἰς ἐμὲ ἦν πρὸ τοῦ βουλευτηρίου κειμένη πλησίον τῆς ἱερᾶς συκῆς. Deinde ſubiicit de fulguribus ibi conditis. quia ſcilicet ibi puteus fuiſſet, qui cum de cælo tactus eſſet, procuratum eum locum poſtea operculo impoſito Puteal vocatum fuiſſe. nam Puteal eſt operculum putei etiam teſte Iuriſconſulto. Quare a loco ſacro ficum Sacram nominat. quin & Dionyſius ait aram ſuperimpoſitam, quod nihil aliud eſt, quam operculū ipſum oſtij Deorum Manium. ſed fallitur, vt homo Græcus, qui idem putet eſſe Puteal, ac φρέαρ, cum, vt dixi, Puteal non φρέαρ.

ſed πῶμα τοῦ φρέατος ſit. At locis fulguritis aram ſuperimponi ſolere auctor præter Dionyſium & Artemidorus, ὁ κεραυνὸς τὰ ἄσημα τῶν χωρίων ἐπίσημα ποιεῖ διὰ τοὺς ἐνιδρυμένους βωμούς, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γινομένας θυσίας. In ſequentibus de vtraque appellatione ficus illius innuit Plinius. Nam cum eam alij Ruminalem, alij Nauiam vocarent, frequentius, inquit, a nutrice Gemellorum Vrbis conditorum, præſertim cum ibi ſimulacrum æneum ſit lupæ, Ruminalis appellata eſt, quam Nauia ab Actio Nauio, qui ſponte ſua illam transſeuerit in Comitium. vtrunque enim verum eſſe, & Nauiam, & Ruminalem vocari: ſed magis vtique Ruminalem, quam Nauiam. propius enim vero eſſe, & magis cōſentaneum, eam ante Nauium fuiſſe, & ſub ea lupam Gemellis vbera præbuiſſe, quam poſtea ab Actio Nauio ibi transſeminatam. Vide quam pulchrum vetuſtatis monimentum ſub illo ſitu mendorum latebat. At enimuero iam Feſti verba luce ipſa clariora ſunt, neque egent interpretatione: tametſi ab illo dicatur Augur cotem præcidiſſe, non rex, vt ab aliis proditur. Sed a fabulis, non eſt exigenda fides. præſertim cum Lactantius idem dicat, quod Feſtus. In poſtremis verbis Plinianis elegantia latuerat eos, qui locū corruperunt. Nam, illico areſcit, rurſus ſeritur, eſt: ſimulac areſcit, ſtatim ſeritur. Notabis & elegans verbum in Feſto, Subſerere. quod eſt, priore ſata arbore intermortua, aliam in eius locum ſerere. Præterea, cum dicit locum conſecratum, eum eſſe, quem & βωμὸν Dionyſius, & alij Puteal vocabant. Neque prætermittendum quod ait, multas ibi ficus natas fuiſſe: Dionyſium non ficetum, ſed ſimpliciter ὕλην βαθεῖαν vocaſſe. cuius verba hæc ſunt ex libro I. ἦν δὲ λύχαμνα οὐ μάλα ἀγριαίνουσα τῶν ἀνθρώπων τῇ προσόδῳ, ἀλλ' ὥσπερ ἂν χειροήθης, ἀποστᾶσα τῶν βρεφῶν ἠρέμα, καὶ κατὰ πολλὴν ἀλογίαν τοῦ ποιμενικοῦ ὁμίλου ἀπῄει. καὶ ἦν γάρ τις οὐ πολὺ ἀπέχων ἱερὸς χῶρος ὕλῃ βαθείᾳ συνηρεφής, &c. Lege reliqua. Ennius quoque cum de eadem re loqueretur, ex quo illa ſua tranſcripſit Dionyſius pene ad verbum, non aliter, quam ſiluam vocat Annali primo:

Indutuetur ibi lupu' femina conſpicio amens.
Hinc campom celeri paſſu permenſa parumper
Coniicit in ſiluam ſeſe -- quæ pene, vt dixi, interpretatus eſt lingua ſua Dionyſius. Vltimum eſt, quod ponit Feſtus, fatum libertatis Po. Ro. in ea ficu ſitum fuiſſe. Idque aruſpices, & ſacras ſortes admonuiſſe. propterea diligenter ſubſerebatur, adeo, vt cum Neronianis temporibus, exareſcente trunco, & mortuis ramalibus deminuta eſſet, loco portenti habitum ſit à Pop. Roma. auctor Cornelius Tacitus. Idem fatum, aut ei proximum Caſa Romuli contineri putabant, quam diligentiſſima obſeruatione, & anxia ſuperſtitione reficiebant, neque ſinebant vetuſtate collabi. Cuius etiam ſimile nugantur Græci de naue Theſei.



*Nauitas*] Infra: Nauitas ſecundum incorruptum morem dictos, quos nunc nautas dicimus teſtis eſt, M. Cato in ea, quam ſcripſit, cum in Hiſpaniam proficiſceretur, cum ait: nauitæ quod ſecum portauerant vinum, atque oleum, vſūs tantum eo ſum. Quod hæc ſint ex illa oratione Catonis, confirmari certo poteſt ex Apuleio, qui in Apologia ſua fragmentum citat ex eadem oratione, quod non longe ab hoc fuiſſe videtur. verba eius hæc ſunt. M. autem Cato nihil oppertus, vt alij de ſe prædicarent, ipſe in oratione ſcriptum reliquit quum in Hiſpaniam conſul proficiſceretur: tres ſeruos ſolos ex vrbe duxiſſe, quoniam ad villam publicam venerat. parum viſum qui vteretur. iuſſiſſe duos pueros in foro de menſa emi. eos quinque in Hiſpaniam duxiſſe.

*Nauſtibulum*] Puto potius eo ναύσταθμον ſignificari.

*Nautiorum*] Primores quinque verſiculi cum duobus extremis certiſſimum eſt ad Nautiorum gentem pertinere. Media interiecta vt conſtat aliena hoc loco eſſe, ita quo pertineant, affirmare non poſſum. Scripſiſſe videtur Feſtus: Nautiorum familia à Troianis oriunda eſt: quia Nautes eorum princeps, qui ſecum ſimulachrum æneum Mineruæ abſtulit. vnde ei ſacra procurare ſoliti erant Nautij. quare Dea hac vocabatur de cauſſa Nautia. Aut igitur à Dea, aut inde à principe ſuo familia appellata eſt. ſacra Mineruę non ad gentem Iuliam pertinuiſſe, quæ ab Aenea deducitur, ſed ad Nautiam, quæ à Naute, qui fuit ſocius Aeneæ, teſtis Seruius. Inde ſuſpicor à Feſto

N

relatum Deam dictam eſſe Nautiam. Quanquam non video quare Feſtus famliam potius dixerit, quam gentem. eſt enim manifeſta κατάχρησις.

Poſt *Nautiorum* ] Hæc quæ ſequuntur, quo pertineant, vt iam dixi, neſcio. Sunt autem ferme ad hunc modum. Cum arceſſiti, conductíque ab illis eſſent ad Meſſanam oppugnandam, & à Senatu miſſus L. Cæcilius ab illis interfectus eſſet: miſſi porro ſunt expoſtulatum de fœdere violato . . . . us, P. Veturius. qui cum ob refectionem corporis, oppidum inſediſſent, Brutij eo quod illis pax cum Romanis erat, bello deſtiterunt: aut tale quid.

*Nauus* ] Ennius Annali ſexto:

Nauu' repertus homo Graio patre, Graius homo, Rex
Aemoni'. Pyrrhus, vti memorant, à ſtirpe ſupremo.

Alter verſus citatur à Nonio, ſed perperã ex Annali v. pro vi. In ſequenti verſu legendum, induperantum:

Nauorum imperium ſeruare, eſt induperantum.

Sententia à veteribus celebrata: Bene parere, eſt imperare. In verſu Plauti lege ductariæ, non ductarier:

Naue agere oportet quod agas, non ductarie.

Naue agi, eſt cum nauis remigio, aut ventis agitur. ductarie cum funibus aduerſo amne trahitur. Auſonius in politiſſimo Panegyrico Moſellæ:

Tu duplices ſortite vias, & cum amne ſecundo
Defluis, vt celeres feriant vada concita remi
Et cum per ripas nuſquam ceſſante remulco
Intendunt collo malorum vincula nautæ.

Valgius in Elegis.

Hinc mea me longo ſuccedens prora remulco
Lætantem gratis ſiſtit in hoſpitiis.
Et, placidam foſſæ qua iungunt ora Paduſam
Nauigat Alpini flumina magna Padi.

Ductarie ergo agere, eſt ῥυμουλκεῖν. Non omittendum, quod eſt in Gloſſis: Nauities, ἀρετή.

*Nebulo* ] Nebulo, μάλθων, ὁ τὰ ἴδια λάθρα καταφαγών, εἰκαῖος, ὁ λάθρα ἄσωτος. Gloſſarium.

*Nec* ] In verbis legis XII. Turnebus legendum cenſet: carcer cuſtos nec eſit, pro, Aſt ei cuſtos nec eſit. Quod quid ſit, ego plane non aſſequor.



*Nec mulieri* ] Mulier in veteri prouerbio Græco eſt inter ea, quæ facile beneficij accepti obliuiſcuntur. Prouerbium id eſt:

Μήποτ' εὖ ἔρδειν γέροντα, μήποτ' αὖ τινος κύνα,
Μὴ γέροντα, μὴ γυναῖκα, μὴ λάλον κωπηλάτην.

*Necerim* ] Necerim, pro, Nec im. Sucerem, pro ſuem: Nuceren, pro nucem. & ſimilia.

*Nefrendes* ] Verba Liuij ſunt ex veteri Odyſſea. Quem ego nefrendem alui lacteam immulgens opem. Ex illo, παῖδα γὰρ ἀνδρὸς ἐῆος ἐνὶ μεγάροις ἀτιτάλλω. ὀδυσσείας ὁ. ἀτιτάλλειν circumloquitur alere nefrendem lacteam immulgentem opem. vt poſſis aduertere περιεργίαν veterum Latinorum in reddendis & exprimendis Græcorum verbis. Cum tamen in ſententiis ſæpe eorum diligentiam requiram, vt oſtendi olim in Coniectaneis.

*Nefaſti* ] Nefaſti dies N, omni ex parte nefaſti ſunt. vt dies, apud quem nunquam licet fari Do, Dico, Addico, N E. P. nefaſti parte priore ſunt: quibus poſtea & ſerui liberati ſunt ſæpe, & . . . . unt. & in prouincias itur, & ſacra inſtituta fiunt, & ædes ſacrari, & vota ſolui poſſunt. Hic vides, N E. P, ſignificare idem, quod N P, hoc eſt, nefas partim. vt N E. P R. in Kalendario Romano: hoc eſt Nefas priore parte. Sic F. P. Fas priore, aut partim. alij dicunt N E. P R. Nefas prætori. quod non ita placet. Nam N E. P R. & N E. P. NP idem eſt, neque vlla differentia eſt. NP, & E N. partim nefaſti, partim faſti ſunt. Hæc tamen differentia. quod NP, ſemel nefaſtus, & ſemel faſtus eſt. E N. mani, & veſperi nefaſtus medio tempore faſtus. Vel, vt Varroniane loquar, NP, in quo nefaſtum cedit locum faſto, E N, in quo nefaſtum inſititio faſto diffinditur.

*Negibundum* ] Negibundus pro Negabundus: vt Artire, pro artare. impetrire, pro impetrare.

*Negumate* ] Lego, Neginate, vel Negunate. Neginare pro negare: vt Natinate, pro natare. Carminis Martiani verba ita videtur legenda: Quanuis indiuitium duonum, negunate. Quamuis, inquit, bonum fuerit initium, tamen negate ſemper futurum.

*Neminis* ] Neminis genitiuo caſu vſus eſt Cato, cum di-

xit : & quis diceret , cum ſit neminis idem de magiſtratibus vitio creatis : neminiſque . . . . Ennius in Erectheo,&c.

*Nemora* ] Prima linea deeſt. Supplendum autem totum ita : Nemora videtur idem , quod ſiluas amœnas valere. Cuius vocabuli auctor Homerus,cum ait : ἐν νέμεϊ σκιερῷ ἐπί τε λῖν ἔμβαλε δαίμων. Dubium non eſt deſignare locum,qui campos,& paſcua habet, διὰ τὸ νομὰς εἶναι ἐν αὐτῷ. Locus , quem citat, eſt ἰλιάδος λ.

*Nepos* ] Vide in coniectaneis.

*Nepus* ] Lego, Nepturus.

*Nequeunt* ] Melius : Neceunt. Verba Liuij ita legenda: Partim errant : nequinunt Græciam redire.

*Nequam* ] Suſpicor Lucillianum verſum hac emendatione egere :

Nequam eſt aurum auris quoius vehementius ambit. Cuius aures aurum ambit , nequam eſt homo. Male audiebant apud Romanos barbari,præſertim Pœni,qui aures perforatas habebant . neque mediocriter eos auerſabantur. Plautus Pœnulo:

Atque,vt opinor , digitos in manibus non habent.
Quid iam ? Quia incedunt cum anulatis auribus.

Vnde iocus Ciceronis in Afrum: Atqui aurem foratam habes. Aliter non video quæ argutia ſit , ſi Sinnij Capitonis ſententiam ſequamur.

*Nequinates* ] Ait Nequinates prius vocatos, qui poſtea Narnienſes dicti ſunt,expulſis colonis veteribus. Plinius: Narnienſes: quod oppidũ antea Nequitum vocatum eſt.

*Nequitum* ] Pacuuij Trochaicum emendamus:

Sed cum contendi nequitum vi , clam tendenda eſt plaga.

Vbi notabis , ſimpliciter plagam etiam pro rete. Gloſſarium : plagæ κυνηγετικὰ λίνα.

*Neruum* ] Gloſſarium : Neruus , ξυλοπέδη. Simpliciter veteres Attici Neruum vocabant κᾶλον , hoc eſt lignum. In duodecim: AERIS. CONFESSEI. REBVSQ. IVRE. IOVDICATEIS. TRIGINTA. DIES. IVSTEI. SVNTO. POSTIDEA. INDV. MANVS IACTIO. ESTO. IN. IOVS. DVCITO. NEI. IOVDICATVM. FACIT. AVT. QVIPSENDO. IOVRE. VINDICIT. SECVM. DVCITO. VINCITO. AVT NERVO. AVT. COMPEDIBVS. QVINDECIM. PONDO. NE. MINORE. AVT. SEI. VOLET. MAIORE. VINCITO. SEI. VOLET. SVO. VIVITO. NEI. SVO. VIVIT. QVI. EVM. VINCTVM. HABEBIT. LIBRAS. FARRIS. IN. DIES. DATO. SEI. VOLET. PLVS. DATO. Nam, vti dixi, κᾶλον vocabant hunc neruum. Vnde, qui ex lege Nexi erant , dicebantur ἐγκαλοσκελεῖς in legibus Athenienſium. Gloſſæ Heſychij: ἐγκαλοσκελεῖς. οἱ μὴ ἀποδιδόντες τὰ χρέα , ἐν κάλοις ἐδεσμεύοντο τοὺς πόδας. Vnde Terentianum : Ineruum potius ibit. Tertullianus : Neſcio an crus de periſcelio in neruum ſe patiatur artari , Verſus Plauti mendoſus ita legendus :

Perfidioſe captus. edepol neruo ceruices probas.

*Neſi* ] Neſi pro ſine poſitum eſt in lege ædis Dianæ Auentinenſis. De legibus ædium ſacrarum , vide quid notamus ad vocem Opima.

*Mictare* ] Proprie , quod Græci πτερυγίζειν. Verſus Cæcilij, & reliqua ita bene habebunt: Garruli ſine dentes iactent : ſine nictentur perticis. Nouius in Maccho copone : Actutum ſcibis,cum in neruo nictabere. De verſibus Ennij vide in Coniectaneis.

*Niger* ] Nigrum lapidem morti Romuli deſtinatum primo ait : deinde Fauſtulum nutricium Romuli ibidem ſepultum. Reliqua non aſſequimur. Lapidem hunc λίθινον λέοντα vocat Dioyſius Halicarnaſſeus. cuius verba , quia mentem Feſti nobis aperiunt, & lacunas explere poſſunt, adducam. Loquitur autẽ de pugna, quæ inter Romulum, & Remum fuit. in qua etiam Remus interiit : ἐν ταύτῃ φασί τινες τῇ μάχῃ καὶ τὸν Φαυστύλον ὃς ἐξεθρέψατο τοὺς νεανίσκους, διαλῦσαι τὴν ἔριν τῶν ἀδελφῶν βουλόμενον , ὡς οὐδὲν οἷός τ' ἦν ἀνύσαι, εἰς μέσους ὠσθῆναι τοὺς μαχομένους ἄνοπλον , θανάτου τοῦ ταχίστου τυχεῖν προθυμούμενον, ὅπερ ἐγένετο. τινὲς δὲ καὶ τὸν λέοντα τὸν λίθινον, ὃς ἔκειτο τῆς ἀγορᾶς τῆς τῶν ῥωμαίων ἐν τῷ κρατίστῳ χωρίῳ παρὰ τοῖς ἐμβόλοις , ἐπὶ τῷ σώματι τοῦ Φαυστύλου τεθῆναί φασιν , ἔνθα ἔπεσεν ὑπὸ τῶν εὑρόντων ταφέντος . Acro interpres vetus Horatij , in Epodos Horatij : Varro pro roſtris ſepulcrum Romuli dixit : vbi etiam in huius rei memoriã duos leones erectos fuiſſe conſtat. vnde factum eſt,

vt pro roſtris mortui laudarentur.

*Nungulus*] Dictum pro, necullus. nam non geminabant literas.&,N, interpoſitum. Confuſa ſunt teſtimonia Ennij & Martij.

*Nixij*] Gloſſarium: Nixæ, ᾠδῖνες. In fine, quæ ibi ſubiecta fuerint menſæ. hoc eſt, oppignerata argentariis Corinthienſibus. Deinde ex vetuſto libro: Etiam qui capta Corintho. hoc eſt, Sunt etiam qui dicant capta Corintho, &c.

*Nobilem*] Lege in fine. Liuius in Virgine: Ornamento incedunt gnobili. nam vltima vox abundat.

*Noegeum*] Noegeũ recte exponit amiculi genus prætextum purpura. Eſt enim verſum ex Homerico, φᾶρος πορφύρεον. Simulac lacrimas de ore noegeo deterſit.

δάκρυ ὀμορξάμενος κεφαλῆς ἀπὸ φᾶρος ἔλεσκε.

ὀδύσ. θ Nam paulo ante πορφύρεον vocauit. Quare vero putet hic eſſe adiectiuum Feſtus, interpretetúrque candido, cauſſam cominiſci non queo.

*Nomen*] Deeſt prima linea: Nomen dictum eſt, quaſi Nouimen. ſiue ex Græco ὄνομα. idque familiæ eſt. item pro debito, vt exactum dicimus nomen, cum pecunia ſit exacta à debitore. Feſtus καταχρηστικῶς ponit familiam pro gente. Nam potius nomen gentis eſt, vt Agnomen familiæ.

*Nonarum*] Deeſt prima linea. & ſpatia anguſtiora relicta ſunt, quam quantum ſatis ſit ad ea capienda, quæ deſiderantur. Ita igitur ſuppleto: Nonarum, Iduum, Kalendarum poſtridie, item ante IIII. Kalendas, Nonas, Idus nouæ nuptæ tempus atrum inluſciſcere obſeruatum eſt: quoniam atri hi dies eſſe iudicati ſunt decreto Pontificum. quod quotieſcunque Ro. duces belli gerendi gratia his diebus ſupplicauerunt, male Remp. geſſere. vide Gellium lib. v. cap. XIII. & Macrob. libro I. Saturnal.

*Nothum*] Spurius eſt, cuius pater ignoratur, atque, vt Lucretius loquitur, volgiuaga venere conceptus. Cuius vocabulum Græci non habent. Nam νόθους, quos vocāt, ij naturales apud Romanos: & patrem certum habēt: σκότιοι autem furto concepti ſunt. Spurio patre natos ioculari



dicto vocant Romani, quia cum pater eorum ignoretur, matris eſſe dicuntur. Sed quia nunquam matris dicebantur liberi iure Ro. neque enim dicebatur, L. Titius Gaiæ filius, ſed L. Titius Marci filius: propterea eos vocabant Spurij filios, vt. Titius Spurij filius, à parte ſcilicet matris, vnde procreati in lucem prodierunt, quæ honeſte nominari non poteſt. Nam Spurium eam partem vocabant veteres. Auctores Plutarchus, Apuleius, Iſidorus. Omnes enim Spurium ἀπὸ τῆς σπορᾶς vocatam dicunt eam partem. Hoc ita eſſe præter ea, quæ ſuperius a nobis dicta ſunt, fidem fecerit, quod eos etiam Fauonios vocabant. Nam Fauonia oua, quæ Græce ὑπηνέμια dicuntur, ea ſunt, quæ ſine initu maris concepta ſunt. Fauonij igitur quaſi ſine patre. Quin & Plutarchus cum SP. quo Spurius notabatur interpretetur ſine patre, ſignificat eos filios ſine patre vocatos. Recte igitur hic apud Feſtum noſtrum Nothum dici illum, quem vulgo ſpurio patre natum vocabant. Quod quam imprudenter doctiſſimi viri mutare conati ſint, nemo non videt: tum quia iiſdem verbis legitur apud adbreuiatorem, tum etiam propter eam cauſſam, quæ a nobis in medium producta eſt. Sed & Plutarchus aperte: διὰ τί τοὺς ἀπάτορας σπορίους υἱοὺς καλοῦσι; Nam falſa eſt lectio vulgata, σπορίους υἱούς. nunquam enim hominem vulgo conceptum, Spurium filium: ſed Spurium ſimpliciter, & Spurij filium vocabant. Delenda ergo menda de codice Plutarchi

*Nouæ curiæ*) Mirum cum ſeptem curiarum mentionem fecerit, quatuor tantum nomina appoſuiſſe. & cum dubium non ſit perperam ſeptem pro quatuor legi, proxime verum eſt, vt ex notis numerorum error ille manauerit, vt VII pro IIII legerit librarius. quod facile fuit. vt duæ primæ notæ inferiori parte inter ſe cohæſerint. Porro Forenſis, non Forienſis ſcribendum eſſe vel vnus Ouidius conuicerit Faſtorum libro III.

> Quintum Laurentes, bis quintum Aequicolus acer.
> A tribus hunc primum turba Forenſis habet.

Forenſes ſunt, quos Strabo Fornlos, Plinius Foretios vocat. Nam a populis finitimis Curias vocauit Romulus. Sic Tifatam, Velienſem &c. Velitia, cuius hic mentio, dicta

à Velitienſibus. quorum meminit idem Plinius. licet perperam in vulgatis libris Vellicenſes, pro Velitienſes hodie legatur. Cum ex his Feſti verbis pateat veteres curias præter quatuor, exauguratas fuiſſe: & in locum earum nouas conſecratas: iure quis dubitauerit, quare M. Varro ſuo tempore veteres vocet, non nouas, cum ait: Curiæ duorum generum. nam & vbi curarent Sacerdotes res diuinas, & curiæ veteres, & vbi Senatus humana, vt curia Hoſtilia. Fruſtra enim vocaſſet veteres, niſi & Nouæ quoque iam tum eſſent. Sed non dubium potius veteres dixiſſe: quia illæ vocatæ primum curiæ, nam nouæ adhuc non erant.

*Nouales* ] Deeſt prima linea. Noualem agrum Quintus Mucius cum eſſe volt. qui ad nouam ſementem ſit relictus, Quæ ſequuntur, fragmenta ſunt, quale quod ſupra poſitum eſt poſt Nautiorum. Eſt autem ferme ita: Conſulatu T. Sicini, Volſci cum prælium iniſſent aduerſum, victique eſſent, combuſti feruntur in crepidine, quæ eſt proxime circum. qui locus lapide albo conſtratus eſt &c, Quod fragmentum forſitan diſtractum eſt, a Nouendialibus feriis.

*Nouendiales* ] Gloſſarium: Nouendialia, ἔννατα ἐπὶ νεκρῷ ἀγόμενα.

*Nouendiales* ] Quid velit, non obſcurum eſt, vſque ad illa verba, quæ miſſa crate. Videtur illis nouendiale ſacrum factum, quos Tarquinius ſub crate necauiſſet. De quo vide Liuium.

N*ouerca*) Repone ex veteribus editionibus, arcendæ familiæ. Arcendi verbo primigenio vtitur Feſtus pro deriuato, Arceſſo, alibi cum ait: Sagmina vocantur verbenæ, id eſt herbæ puræ: quia ex loco ſancto arcebãtur a Conſule. Quod conſenſu receptum videtur, cum lex, & proportio ſermonis Latini poſceret, vt diceretur Arcire, non arcere. quod poſtea dictum Accire. vt Arcedo, accedo. Aruenio, aduenio: Arcio ergo, arceſſo: vt capio, capeſſo. Hic vero arcere ipſe Feſtus vſurpat pro coercere, vt ipſe interpretatur. quod olim non animaduertit Turnebus.

*Nouerca*) Infra: Deeſt prima linea. Nouerca dicitur, quã quis liberis ſublatis nouam vxorem ducit arcendæ familiæ gratia, id eſt coercendæ. Reliqua ſunt fragmentum Nouendialium feriarum. Et in illo, ecterrannia, agnoſco veſtigia nominis lectiſternia, quod verbũ accommodum eſt nouendialibus feriis. In fine hæc deſiderantur: Noualem agrum Aelius a noua ſemente. alij aiunt eſſe Græcum νειόν. ad quod teſte Homero quoque vtuntur: ἱέμενοι νειοῖο βαθείης τέλσον ἱκέσθ. Locus eſt ἰλιάδ. σ. Superius quoque de Nouali agro diſſeruit. niſi mauis coniungere cum his. Tamen non eſt nouum Feſto iterum, aut ter de eadem re loqui. vt de Supparo ter, de Sucula bis.



*Noxia*) Gloſſarium: Noxatio, εὐθύνα. Noxam dedit, εἰς κόλασιν δέδωκεν εἰς εὐθύνας, Porro Cæcilius citatur in Hypobolimeo Chæreſtrato, vt diſtinguatur ab altera fabula quam idem poeta docuit, Hypobolimeo Aeſchino. Gellius libro. xv. cap. iv, Caue confundas cum alia fabula eiuſdem, cui titulus erat, Hypobolimæa Raſtraria. Nonius eius ſæpe meminit, Sed in omnibus illius Grammatici etiam in recentioribus codicibus corrupte citatur. Igitur ita emendabis quotieſcunque citatam reperies hãc fabulam in his vocibus, aut verbis quæ ſubiungam: Lactare, Obſordere, Singulatim Mantare Cœpiam. In omnibus enim his verbis, vbi Nonius producit teſtimonia ex Cæcilio, ſemper corrigendum: Cæcilius Hypobolimæa Raſtraria.

*Nuces*) Nuces cadentes auſpicium ſoniuium facere ait Plinius lib. xv. cap. xxii quod hic vocatur ſoliſtimum auſpicium.

*Nuculas*) Næuius in Ariolo--- Heri

Quis apud te? Præneſtini, & Lanuuij hoſpites.
Suopte vtroſque decuit acceptos cibo.
Alteris inanem bulbam madidantem dare,
Alteris nuces in procliui profundere.

Nuculas manifeſto dictos confirmant hi verſus. Itaque iubet illis in procliui nucas profundere, vt ſolebat pueris. Quin in veteribus ſaxis mẽtio eſt ſparſionis nucum, quam quotãnis facere ad tumulum teſtatoris damnas eſt heres ex eo teſtamento.

*Numam*] Numam Pompilium Ianiculum habitaſſe ferunt. in quo arcam eius inuentam in ruinis a Terentio

quodam repaſtinante agrum.

*Numero*] Varro Cato, de liberis educandis: vt qui contra celeriter erant nati, fere Numerios prænominabant, quod qui cito facturum quid ſe oſtendere volebat, dicebat numero id fore. quod etiam in partu precabantur Numeriæ. quam Deam ſolent indigetare etiam Pontifices. Nelei Carmen & reliqua ita legendum: Nunquam numero matri faciemus volup. Id eſt nunquam nimium faciemus. Apud Næuium:

Neminem vidi, qui numero ſciret, quod cito eſt opus. id eſt nimium ſciret. Et tamen hic verſus attribuitur Turpilio. paulo leuius immutatus apud Nonium. Turpilius Demetrio:

Nunquam quenquam numero vidi facere, quod facto eſt opus: Porro totus locus ita ſupplendus: Numere ſunt videtur eſſe alienum Numero fuerunt. ſiue eo ordine vſurparunt veteres, conſuetudine loquendi quadam eiuſmodi: ſiue ob morem alium, quemadmodum videtur vſus Pompeius Sextus, extrema ſyllaba vocatiui caſus, eadem correpta, in e, temporis præſentis. Numero antiquos nimium dixiſſe apparet. Sinnius Capito eſſe nimium. Vos eſtis minimæ, niſi numero perbiterint. niſi cito, niſi nimium. Si iſſo qui exeam, numero eſtis mortui, hoc Exemplo, vt pingeretis--id eſt, cito mortui eſtis. Hæc Feſtus. In quibus notandum Numere per e, præſenti tempore vſurpari ſolitum: numero per o, præterito. ſic diequarte in futuro & præſenti. diequarto in præterito vſurpabant. Sic præfiſcino, præfiſcine. & ſimilia. In ſecundo exemplo dictum iſſo, pro iuero: vt iuſſo, pro iuſſero: capſo cepero. Sed melius legetur, iſtoqui exeam. Iſtoqui, vt Alioqui. & verum eſt.

*Nundinalem*] Nundinalem coquum Plautus dixit, pro nouendiali. Coquos ille nundinalis eſt. in nonum diem Solet ire coctum. nouendialem manifeſto ſignificat, quia in nonum diem coqueret. Fuit cum putarem nundinalem coquum dictum Plauto, quod tantum Nundinis conduceretur. Tamen melior Feſti ſententia.

*Nuptam*] Infra: Nuptam, nouam ſponſam, item vti pronubas mulieres, quibus in nuptiis vtuntur, ab eadem cauſa, hoc eſt a nubendo, aliqui appellatam eſſe volunt. Sunt



tamen, qui dicerent appellatam ab eo quod νύμφην Græci vocant. alij quod appellat vxorem νυὸν Homerus conſuetudine Græcorum antiqua, cum ait, ἐξ ἀπίης γαίης νυὸν ἀνδρῶν αἰχμητάων. Deerat prima linea, vt apparet, in reliquiis Feſti. verſus, quem in teſtimonium producit, eſt Ἰλιάδος γ.

*Nuptias*) Quod Græci dixerunt nymphea. intellige νυμφεῖα. Et tamen νύμφη non παρὰ τὸ νυμφεῖον. ſed contra. Obſcurum vero, quid ſit lex Parenſta. Puto legendum, legem, quoque Parens ta. I I I. hoc eſt, legem, cuius principium Parens, in Tabula tertia. ſic in voce Reus: Numa in ſecunda Tabula, ſecunda lege. Non ſolum tabula citatur ſed & lex. Nouum vero non eſt, edicta, & actiones legitimas, & capita legum, iis verbis nominare, a quibus incipiunt: cum talia paſſim apud veteres occurrant, præſertim apud Ciceronem. Ex his non dubium eſt, leges regias in duodecim tabulas à Decemuiris coniectas fuiſſe: & prima, ſecunda, tertia Tabula leges Regias contineri. quin leges regias de patria poteſtate in I I I I Tabulam relatas auctor Dionyſius. De ijs autem qui parentes interfeciſſent aut verberaſſent, Romulum, Tatium, Seruium Reges legibus capitalem poenam ſanxiſſe, conſtat vel ex eo, quod extat in voce Plorare, legis regiæ fragmento. Nam neceſſe eſt eam regiam legem fuiſſe, cum Solon nihil de ea reſtatuiſſet. Sed rogatus, quare prætermiſiſſet, Quia, inquit, nunquam putaui fore, qui tantum nefas auderet. Neſcio an veram lectionem aſſequutus ſim. Saltem ſpero me propius a vero abeſſe. quam qui Paricam legunt, decepti correpto loco Feſti ex ſequenti libro, vt ſuo loco dicemus. Sed & meliorem lectionem noſtram, quam Turnebi, qui inuſitate ponit legi parens.

Poſt *Nucicioſus*] Numidæ dicuntur Nomades, qui diutius viuere dicuntur. Vnde Cato viuaces eſſe Numidas, quod ætatem multam viuunt, dixit. Quæ ſequuntur alio pertinere ſcio, & ni fallor, ita concipienda ſunt; Nuces mitti Cerialibus Capito Sinnius ſolere dici ait, cum velimus ſignificare miſſilia Cerialibus in Circo mitti. reliqua non tam verbis reddere poſſum, quam ſententiam aperire. eas nuces flamma vſtas, aut toſtas fuiſſe. Eoque nomine

à populo diligi. Nam certum eſt inter miſſilia, & nuces, & cicer ſparſum fuiſſe. vt in Satira: -- cicer ingere late Rixanti populo. Vbi Cicer pro omni miſſili accipiendum, vt hic nucem. & torreri ſolere Plinius, & frigi Plautus, aiunt. vnde inter delicata edulia, frictas nuces ponit. Non ſolum autem in Circenſibus frictum cicer cum nucibus ſpargebatur: ſed & per ſpectacula circunferebatur, & vendebatur. Horatius:

Nec ſiquid fricti ciceris probat, aut nucis emptor. &:
In cicere atque faba bona tu, perdaſue lupinis
Latus vt in Circo ſpatiere, aut æneus vt ſtes.

Acro: Antiquis temporibus, vbi pauperiores erāt Romani, hæc dabantur, & ſpargebantur in vulgus ab his qui ludos Florales exhibebant, ad plauſum, & populi fauorem captandum. Hoc vult igitur Sinnius Capito, nuces pro omnibus miſſilibus dici. quia inter omnia miſſilia hæ a populo diligantur præſertim flamma cum ſunt vſtæ. Hæc omnino eſt ſentētia. Videamus num ita verba expleri poſſint: Nuces mitti Cerialibus Capito Sinnius ſolere dici ait, cum velimus ſignificare miſſilia Cerialibus in Circo mitti: quod, cum mitti nuces mos eſſet, plane volumus a parte totum deſignare: quia adeo diligantur ſupra alia miſſilia, praeſertim flamma cum ſunt vſtæ. Vel prae flamma, hoc eſt, prae toſtura, aut frictura. quod valde placet. Fuit, cum putaui haec pertinere ad literam V, & de vulpibus agi, quae ſtipulis inuolutae ſubiecto igne ardentes Circenſi ludicro Cerealibus mittebantur. Ouid. lib. IIII. Faſt.

# O

O*Beſcit*] Eſcit, erit. quod & eſit, dicebant.

*Obberbeſcere*] Simile in Gloſſis Iſidori: Ingraminat ager, in gramen irrumpit.

*Obices*] ἀντηρίδες ἀπίθεσεις.

*Obiurare*] In Penteſilea.

*Oblucinaſſe*] Manifeſto oſtendit & Allucinaſſe compoſitum eſſe. Et ita eſt. Nam Lucini inter eos numerati, qui aliquo oculorum vitio laborāt. Plinius, Ocellae, & Lucini cognomen iniuriae habuere. Fuerunt tamen, qui cum S ſcriberent, Luſcini

*Obnectere*] Lege, Obnectere, obligare, nexis, mancupiis,



frequens eſt. Vel, nexi, mācupij. Quae ſane lectio vera eſt:

*Obſidium*] Lege ita Salluſtij verba: Magnis operibus perfectis.

*Obſtinato*] Verba Catonis non mediocriter deprauata ſunt: quae ita emendato. Rumorem, famam: flocci facit, intercutibus ſtupris obſtinatus, inſignibus probis flagitatus. De quo alibi.

*Obſtinet*] Legendum in Carmine, de caelo, non ſe caelo.

*Obſonitauere*] Puto Catonem ſcripſiſſe: Qui antea per ſe caenitauere, poſtea cēteni obſonitauere. vnde obſonitare Feſtus rectè exponit conuiuari. Vide Macrob. de legib. ſumtuariis. Ita enim omnino legendum: quia lex cauebat de numero conuiuarum. Oratorie igitur Cato opponit per ſe, τῷ centeni. item caenae, τῷ obſonitare.

*Obſtrudant*] Lege in Titinio.

Obſtude lentis aliquid, quoad pectem ſedens,
Aut hic laetaſter, aut formaſter frigidus.

Laetaſter, χαιρεκεκιζόμενος. formaſter ὡραϊζόμενος. Lenti, maſculino, ἀρχαϊκῶς Titinius. Lenti calido, cluella, rapulla, rumices.

*Obuaricant*] Et obuarant quoq; dicebant. Ennius Achille: Nam conſiliis obuarant, quibus tamen concedit hic ordo. Obuarare dicitur περὶ ἐνοδίου οἰωνισμοῦ. Horatius:

Rumpat aut ſerpens iter inſtitutum.

*Occaſus*] Gloſſarium: Occaſus, σύμπτωσις. Putarem Ennium ſcripſiſſe: Vt datus eſt occaſus, Horatius inclutu' ſaltu. Deſcribebat Ennius Horatiorum, & Curiatiorum certamen.

*Occare*] Iſidorus in Gloſſis: Occa, raſtrum. M. Tullij etymon tranſtulit in dimetrum iambicum Serenus in opuſculis.

Occatio, occaccatio eſt dimeter Iambicus. Sed nos deriuamus ab occa.

*Occentare*] SI QVIS. CARMEN. OCCENTASSIT. QVOD. ALTEREI. FLAGITIVM. FAXIT. CAPITAL ESTO. Flagitium apud veteres ſignificabat infamiam. Itaque Plautus: maiore cum flagitio reddes poſtea: hoc eſt, cū infamia. & Cato: intercutibus ſtupris flagitatus. hoc eſt, inteſtinis probris infamatus. vnde Flagitatores dicti poſtea Foeneratores, quod

conuicio repetant fœnus. Nam odio fœneratorum hæc in illos appellatio obtinuit. cum alioquin lege XII. flagitare, hoc eſt conuiciis alicuius exiſtimationem lædere, capital eſſet. Itaque recte Feſtus ait turpe haberi, quia non ſine cauſſa fieri putetur. vix enim quiſquam eo audaciæ proueheretur, vt alicuius famam peteret, niſi iuſtiſſima cauſſa ſubeſſet. Quare occentare non licebat, cum aliquis rem ſuam repetebat. Hoc enim proprie dicebatur Flagitare: quod idē, vt puto, lex vocabat, pipulo poſcere, Plautus Aulularia:

Ita me bene amet Lauerna, iam niſi reddi
Mihi vaſa iubes, pipulo hic differam te ante ædis.

Cn. Martius in Mimiambis:

Dein cocenti vaſa cuncta deiectat.
Nequamve ſcitamenta pipulo poſcit.

Quod Plautus dicit pipulo differre ante ædes, idem in Perſa dixit occentare oſtium. Iſidorus in Gloſſis: Pipulo, conuicio, ploratu. Poſtrema quæ hic leguntur, ſunt addita ex corollariis Abbreuiatoris. neque eſt, quod docti viri in illis emendandis æſtuent. niſi Paulum Latine loqui putant. Non eſt autem omittendum illud apud Plinium, ex XII. SIQVIS. MALVM. CARMEN. INCANTASSIT, non eſſe idem cum hoc capite, quod tractamus: ſed longe aliud. loquitur enim de incantatoribus, de quibus ſuſpicor Feſtum tractaſſe in reliquiis illis, quæ vltimæ ſunt in littera P.

*Occiſum*] SEI. HOMINEM. FVLMIN. IOBIS. OCCISIT. EM. SVPRA. GENVA. TOLLITO. HOMO. SEI. FVLMINE. OCCISVS. ESIT. EI. IVSTA. NVLLA. FIERI. OPORTETO. ſcriptum ἀρχαϊκῶς IOBIS, pro IOVIS. Quod potius Librariorum ſupinitati, & deprauatæ pronuntiationi adſcribendū. vbicunq; fulgur hominē occiderat, ibi ſepeliebatur. Artemidorus: οὐ γὰρ οἱ κεραυνωθέντες μετατίθενται, ἀλλ' ὅπου ἂν ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταληφθῶσιν, ἐνταῦθα θάπτονται. Plinius in Catholicis fulgurum: Hominem ita examinatum cremari fas non eſt, condi terra religio tradit. ſepeliebantur autem ab Aruſpicibus. Seneca de Clementia libro 1. Ecquis regum erit tutus, cuius non membra aruſpices colligant? Quod ſi dij



placabiles, & æqui delicta potentium non ſtatim fulminibus perſequuntur, &c.

*Ocius*] Lego. Alij dictitant noſtras, alij tractum ex Græco. ex vetere ſcriptura, dictas noſtras. In fine citabatur Cœlius in hiſtoriarum libris. qui dixerit, concitantur Ociſſime. & Aelium Lamiam oportune veniſſe, aut tale quid.

*Ocrem*] Græcum ὄκριν. vnde oppida Interocrea, & Ocriculum. vt Græcis τράχων. τραχίνιοι.

*October*] Suſpicor legendum Meni Zana. pro Menzanæ hoc eſt, μηνὶ ζανᾶ. ἀπὸ τοῦ ζηνός. vt menſe Iouis cognomine Ioui hoſtia immolaretur. vel potius ζανᾶς apud illos, quem alij Dores ζᾶνα. Mirum autem Plutarchum in Romanicis Quæſtionibus, Idibus Decembrib. non Octobrib. immolari ſolitum illum equum dixiſſe.

*Offendices*] Addo ex Latinis Gloſſis: offendices, nodi, quibus libri ſignantur.

*Offudas*] Officias.

*Ommentans*] verba ex Odyſſea vetere Lucij Liuij Andronici ita legenda: in Pylum aduenieus, aut ibi ommentans. ex illo:

πειρήσω ὥς κ' ὔμμι κακὰς ἐπὶ χεῖρας ἰήλω,
ἠὲ πύλον δ' ἐλθὼν, ἢ αὐτοῦ τῷ δ' ἐνὶ δήμῳ. ὀδυσ. β'.

Potuerunt & dicere veteres aduenies pro aduenieus, vt prægnas, infas animas. Ennius:

Oua parire ſolet genu' pennis condecoratum,
Non animas--hoc eſt animans.

*Oluatium*] Fortaſſe corrupte legerunt, pro Olus atrum. vnde coniectura coacti ſint interpretari id, quod in rerum natura non eſt.

*Opima ſpolia*] Pompelli, vel Pompilij Numæ regis legem opimorum ſpoliorū corruptiſſimam nobis relictam eſſe nemo non videt. Nam non ſolum verba deprauata, ſed & traiectione loco mota ſunt, ac luxata. Nos ea, vt olim reliquerat Feſtus, infra ponemus.

QVOIVS. AVSPICIO. CLASSE. PROCINCTA. OPEIMA. SPOLIA. CAPIVNTVR. IOVEI. FERETRIO. BOVEM. CAEDITO. QVEI. CEPIT. AERIS. DVCENTA. DARIER. OPORTETO.

SECVNDA. SPOLIA. IN. MARTIS. ASAM,
IN. CAMPO. SOLITAVRILIA. VTRA. VOLVE-
RIT. CAEDITO.
TERTIA. SPOLIA. IANO. QVIRINO,
AGNVM. MAREM. CAEDITO. CENTVM,
QVEI. CEPERIT. EX. AERE. DATO. Ianum Quiri-
num etiam Ianum Quirini vocaſſe veteres, antiquitatis
Romanae mediocriter docto non difficile erit perſuade-
re. In ſecundo capite Vtra ſolitaurilia dixit, pro vel maio
ra, vel lactentia. Cato, Liuius. Sed ad vltima capita huius
hydrae, quae nondum plane confecta eſt, pergendum erit.
Lego igitur ſequentia: Huius aedis lex nulla extat, neque
templum habeat, necne, ſcitur. Olim leges aedium in ae-
dibus ipſis, in poſtico earum ponebantur. Varro: Eius
veſtigia etiam nunc manent tria: quod Saturni fanum in
faucibus: quod Saturnia porta, quam Iunius ſcribit, quam
nunc vocant Pandanam: quod poſt aedem Saturni in ae-
dificiorum legibus parietes poſtici muri ſunt ſcripti. Con
tinebant autem leges aedium inter alia, vtrum aedes illa
eſſet templum], necne. & hoc eſt, quod ait Feſtus. Nam
non omnes aedes erant templa. auctor Varro de Latino
ſermone lib. VI. & Gellius libro XIIII. ca. VII. Appone-
bantur & leges dedicationis. quibus ædes ipſæ ſacræ fie-
bant, neque ſine exauguratione transferri poterant. Pli-
nius ad Traianũ: Diſpice ergo, Domine, an putes ædem,
cui nulla lex dicta eſt, ſalua religione poſſe transferri.
Poſtrema, mirum quid hic poſuerit Feſtus: VT. QVEI.
OPEIMA. LEGE. FVERINT. Nam non memini
Opima lege, ſed optima ſcribi. In lege Veſtalis capiũdę:
SACERDOTEM. VESTALEM. QVAE. SACRA.
FACIAT. QVAE. IOVS. SIET. SACERDOTEM.
VESTALEM. FACERE. PRO. POPOLO. ROMA-
NO. QVIRITIVM. VTI. QVAE OPTVMA. LEGE.
FVAT. ITA. TE. AMATA. CAPIO. Male apud
Gellium: vti quod optima lege fiat. Dicebatur & OPTI-
MA. MAXIMA LEGE VT, FVNDVS, VTI. QVEI.
OPTIMA MAXIMA. LEGE. SIT.

*Ops*] Fortaſſe: Ops antiqui dicebant, quem nunc opu-
lentum dicimus. vt teſtimonio eſt non ſolũ ei cõtrarius
inops, ſed etiam cops: vt, is cops edit, ego egens exortus
ſum.



ſum. Nam re vera cops eſt compoſitum ab ops: coops.

*Optio*] Vltimus verſus Plauti non eo ordine, quo hic, habetur in vulgatis Plauti codicibus.

*Orata*] Oriculam quod ait pro auricula dictum, & Catullus vſurpauit:

Vel anſeris medullula, vel imula oricilla.

Alibi explicabimus.

*Oratores*] Eos noſtri alij pro legatis appellant. Legendum: Eos noſtri alias P. Ro. legatos appellant. Verba Catonis: M. Fuluio conſuli legatus miſſus ſum in Aetoliam, propterea quod ex Aetolia complures venerant: Aetolos pacem velle: de ea re oratores Romam profectos, &: Propter id, bellum cæpit Cælius PR. Albanus. Oratores miſſi Romam. Et: pro deprecatoribus. Nam ex primo errore labem contraxit: de creatoribus Et Afranij: ſi quid orator. . . . Item. . . & pro diſertis elocutoribus. ab eo quod antiqui orare dicebant pro agere. ob quam cauſſam orationes ediſſertationes quoque eorum vocantur.

*Orca*] Ego pro ficaria non dubito legere fæcaria. Sunt autem vaſa ad defæcandum muſtum. Cum ſcilicet muſtũ feruendo defæcatur. Neque temere. Sunt enim Orcæ vaſa teretia, ventroſa, cum anguſto ore: vt muſtum poſſit magis feruere. Cuius modi erant, quas Vitruuius vocatas αἰόλυ πύλας ait. Varro: ſæpe vbi conditum vinum nouum, orcæ in Hiſpania feruore muſti ruptæ.

*Orcheſtra*] Scripſerat Feſtus hiſtriones eos, qui ſuo tempore planipedes vocabantur, non ſolere in Orcheſtram admitti. Quod cognoſcimus ex Seneca, & aliis. propterea enim Planipedes dicebantur, quod non in podio, ſed de plano agerent. Stulte enim optimæ notæ Grammatici ab eo, quod planis pedibus. Id eſt excalciatis agebãt quanuis enim verũ eſt pedibus à nudis fuiſſe: tamen falſum, pedem planum, pedem nudum eſſe. Sed quemadmodum pedaneus opponitur Curuli: ita planipes mimo. Auſonius: nec de mimo planipedem, nec de Comœdis hiſtrionem. Vt planipes nihil aliud ſit, quam mimus pedaneus. Prodibant autem planipedes riciniati ad agendum. Quid ſit recinium habes & hic apud Feſtum, & apud Varronem.

*Oreæ*] Auſonius:

Inde floridum reflexis ver reuiſit oreis.

Verſus eſt Næuij:

Deprandi autem leonis obdas oras.

Prouerbialiter id dictum de re valde periculoſa. Nam eſurientis leonis & famelicoſi labias velle comprimere, periculoſum. Deprandius, eſt impranſus. Oreæ, labiæ, Græcanice. Nam & ipſi poetæ Græci frequentiſſime labra χαλινοὺς vocant. Eandem ſententiam promittit illud Lucillianum: Eſuriente leoni ex ore exculpere prædam. item Græcorum, λέοντα ξυρεῖν. At illud Catonis omnino prætereundum non cenſeo: Equos reſpondit: Oreas mihi inde. tibi cape flagellum. eſt enim notiſſimus Apologus, qui eſt apud Horatium: Ceruus equũ pugna melior, &c. In teſtimonio Cœlij, Equus, qui.

*Ortygia*] Ortygia, antiquitus ita, non Delos, dicebatur. Sequentia alio pertinent. Hiſtoria de Tullia Ser. Tullij regis filia mihi ignota eſt. neque quis ſit vicus, aut neſcio quid, quod ab orbibus dictum ſit, comminiſci potui.

*Oſcillum*] Lege: ab eo quod os cillere. Notum cillere, eſſe mouere. de perſonis Virgilius:

Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia quercu.

Oraque corticibus ſumunt horrenda cauatis.

Meminit & Maurus Terentianus. De oſcillis ſatis in Auſonium anno ſuperiore. Quare τὸ Cunarum in funium docti viri mutare voluerint, non video.

*Oſcines*] Picus Feronius dictus à Feronia, vt Martius à Marte. Feronia, Dea libertorum, in cuius templo raſo capite pileum accipiebant. In eodemque templo Tarracinæ ſedile lapideum fuit: in quo hic verſus inciſus erat:

Bene meriti ſerui ſedeant, ſurgant liberi.

Quam Varro libertatũ deam dicit, quaſi Fidoniam. Hæc primi ex ſchedis veteribus in Virgilium vulgamus.

*Oſcum*] Supinitas Veterum. Leges oſcitæ, manifeſto dictæ pro adſcitæ veteri idiomate. vt, obeſſe, pro adeſſe: obſtare, adſtare, vnde obſtetrix. Vide ſupra exempla de præpoſitione OB. Oſcitæ ergo, obſcitæ. B, interliſa eſt, vt oſtendit, pro obſtendit, vt dicebant veteres. Oſcus, prius erat Obſcus. Obſcitæ leges, adſcitæ. ſciſcere legem, quid



ſit, & pueri norunt. Deinde de oſcis & opicis. Opicus ἀῤῥητοποιός. Auſonius, Opicus, magiſter. id eſt, ἀῤῥητοποιός. Inde cõuicium, ſpurco ore: de quouis impuro. Lucillius:

Prætor noſter adhuc, quam ſpurco eſt ore, quod omnis

Extra caſtra, vt ſtercu' foras eiecit ad vnum.

Spurco ore eſt, μισητὸς, odio dignus. ſic opicus accipiẽdum apud Iuuenalem:

Et diuina oppici rodebant carmina mures.

quanquam Gloſſarium legit, Apici. Apicus, ὀπικιστής, ὡς ἰμβελάλιος. Sed videndum num hic apud Feſtum legendum opſcum, non opicum. & verum eſt. Ita igitur leges: ſcribitur opſcũ, pro oſco. & in verſu Titinij: Qui Opſce, & Volſce. opſcos vero pro Oſcos dicere ſolitos veteres ſupra docuit. Lege præterea: in fabula Quinto, nõ Quinta. Ita apud Nonium.

*Oſculana*] Pro Auſculana. Quæ deſunt, ita plus minus expleri poſſe videntur. Sulpitius: Pyrrhum victorem vicit item Imperator noſter. Titinij verſus non tam diuulſi ſunt, quam lacunæ præferunt:

Hæc quidem quaſi Oſculana pugna eſt, non ſecus.

Quia, hinc qui fugere impulſi, ſpolia colligunt.

Plauti verſus haud ſcio an recte ex Neruolaria producãtur. Conſtat enim eoſdem legi in Sticho:

PI. Oſculum. AN. Sat eſt mihi oſculi veſtri. PI. Qui amabo, mi pater?

AN. Quia ita meæ animæ ſalſura euenit --

*Oſtentum*] De verſu Attij vide ſecundum Cõiectaneũ. C. Gracchi verba: quod vnum nobis inoſtentum, ipſis inuſum aſportatur. Inuſum, eleganter, inuſitatum.

*Ouſentinæ*] Perperam Lucretius pro Lucillius, vt apud Varronem.

*Ouibus*] Lege duobus, non duabus. Sed profecto in his requiro Feſti diligentiam, qui in minoribus criminibus ouium duorum, in maioribus triginta boũ multam fuiſſe dixit. cum duo oues nunquam ſepararentur à triginta bubus: neque contra boues ab ouibus. Tantum abeſt, vt in multa dicẽda boues ante oues nominare religio eſſet. Quare in maioribus delictis multa erat ouium duorum,

boum triginta. & dicebatur maxima, vel ſuprema. in minoribus delictis ouis vnius. & eam minimā vocabāt. Vel poſtquam æſtimari cæpit. maxima ac ſuprema multa trium millium, ac viceſſis. minima, æris deni. Quomodo igitur Feſtus hic oblitus ſui contra ſententiam ſuam, hoc ſcripſerit, qui aliter in verbo Multa pronunciaſſet, mirari potius, quam rationem reddere poſſum. Deeſt autem numerus in bubus. in maioribus autem xxx. boum.

# P

P*alatium*] Palanto eſt Græce παλλωντοῖ. ſed eam Palatiam, & non Latini matrem, ſed vxorem dicit Varro IIII. de Latino ſermone: Sed hoc, inquit, alij à Palatia vxore Latini putarunt. Loquitur de Palatio.

P*antices*] Quid ſit frus, neſcio.

P*anus*] De Panicula, & Panuellium nos ſatis multa olim in Varronem. Gloſſarium: Pannucellium, πάνοι.

P*appi*] Infra. Loquebatur de eo, quod dicitur, conſules inter ſe parare prouincias. quod aliter comparare prouincias dictum fuit. definiebanturque dies, intra quos dies comparare deberent. Aut cum cōparatio nō interueniebat, vt is præferretur, qui lege, vel ſuffragio primum factus eſſet. aut talia: nequid nugarum harioler. Reliqua aſſequi non potui.

P*arici*] Perſuaſerunt ſibi docti viri Paricos quæſtores dictos, qui rerum capitalium cauſſa creati eſſent. Nos cōtra omni opere contendimus non Parici quæſtores, ſed Paricidi quæſtores legendum eſſe. Vide vocem Quæſtores. Ita igitur vocabantur Quæſtores rerum capitalium. Clauſula vero, PARRICIDA ESTO, in omni re capitali ponebatur. Cicero II. de legib. Sacrum, ſacroue commendatum, qui cleperit, rapſitue, Parricida eſto. id eſt, capital eſto.

P*arret*] In fine lege: vt fieret Paret, quod & inueniatur in Comparet, Apparet.

P*arum cauiſſe*] Non placet, quod ſubſtituunt docti: Patrauiſſe. Ea modeſtia fuit veterum, vt non feciſſe, ſed feciſſe videri: & ne feciſſe quidem, ſed parum cautum fuiſſe dicerent.

P*aſcales*] Paſcales oues, νομαίους, καὶ ἀγελαίους alibi interpretati ſumus. Propterea eædem Paſſales quoque dicebantur, quod paſſim paſcerentur. & nos ibidem ἀχαίους interpretabamur. Opponi pellitis, quæ in agro Tarētino paſcebantur admonuimus. de quibus pellitis hic in fine ſcribebatur. Propterea pro illis verbis, ignaro Terentino, ſcribo, in agro Tarentino. Non igitur de ludis Terenti in campo Martio hic agebatur, vt volunt docti viri. Vide Coniectaneum tertium.



P*aſſer*] Plautus Perſa:

Vola curriculo. P. iſthuc marinus paſſer per circum ſolet. Notauimus ad Auſonium in illud ad Acciū Paulū Rhetorem Begerritanum:

Ouum tu coque paſſeris marini.

*Patagium*] Patagium aſſuebatur veſtimētis mulierum, vt clauus virorum. Liuius libro IIII. Placet tollendæ ambitionis cauſſa Tribunos legem promulgare, ne cui album inueſtimentum addere petitionis cauſſa liceret. lege, ne cui clauum in veſtimentum. Nam ex corrupta ſcritura clabum manauit error.

P*atalem*] Locus Plauti eſt in Truculento: quam Comœdiam nos maiore ex parte à mendis vindicauimus:

Vt ego me ruri hamaxari mauelim patalem bouē,
Cumque eo ita noctem in ſtramentis pernoctare perpetem,
Quam tuas centum cænatas noctes mihi dono dari.

P*atres*] Infra: Patres appellantur ex quibus Senatus eſt: quos initio Vrbis conditæ Romulus C. delegit, quorum conſilio, atque prudentia Reſp. adminiſtraretur, atque tenuioribus agrorum partes attribuerentur perinde ac liberis propriis, ac nummi diſtribuerentur. quia ſolebant iam inde à Romulo nummis argenti ſignati vltramarinis vti. quod publicæ, & priuatæ rationes docent. Ex his cognoſcimus quare Feſtus velit Patres dictos, quod tanquam filiis plebi & agros attribuerent, & nummos largirentur. Nam de vltramarinis nummis argenteis certum eſt. Plinius libro XXXIII. cap. III. Qui nunc victoriatus appellatur, lege Clodia percuſſus eſt., Antea enim hic nummus ex Illyrico aduectus, mercis loco habebatur.

P*atricios*] Hanc Cincij opinionem non cuiuis paſſim

notam confirmant verba P. Decij Muris apud Liuium lib. x. An vnquam fando audiiſtis Patricios primo eſſe factos, non de cælo demiſſos, ſed qui patrem ciere poſſent, id eſt ingenuos?

*Pauera*] Pauera. Alibi olim explicauimus.

*Pecunia*] Pecunia ſacrificium fieri dicebatur, cum frugum fructuumque cauſſa mola pura offerebatur in ſacrificio. quia omnis res familiaris, quam pecuniam dicimus, ex his rebus conſtaret. Reliqua huc non pertinent, ſed de alia re longe diuerſa intelligenda ſunt, nempe neſcio quæ ad depellenda mala fulgurante cælo, & bonorum cauſſa parata. A pecu adiectiuum pecuinus, & pecunius. A quo cum dicimus pecuniam, ſubintelligendum rem. Pecunia res ergo pro patrisfamilias bonis, quia præcipua in fœtu pecoris conſiſterent, accepta fuit. Gloſſarium: Pecnnia, χρήματα, ἀπὸ λεμῆς κτηνῶν.

*Pedarius*] χαμαιδικαστής. Conſtitutiones Græcæ, Theophilus, Gloſſæ.

*Pedem ſtruit*] Gloſſarium recte, φεύγει interpretatur.

*Pedicoſus*] Alibi oſtendo Feſtum in vitiatos codices Titinij incidiſſe, vt legerit pedicoſus, pro pedidoſus. Cuius ſententiæ adhuc me non pœnitet. Nam ſi nihil aliud, certe lex verſus aperte docet. Feminino genere extulit Plautus Vidularia:

Vbi quanque pedem videbat, ſuffurabatur omnis.

Pedidoſus autem à pedido. Lucillius:

Quod deformi' ſenex, quod pedibus ac podagroſus,

ita enim legendum.

*pedulla*] Eadem & pedalia. Gloſſarium: pedale, ποδεῖον.

*Pedum*) Vide Coniectanea.

*Penacem*) Liuius libro XXVIII. Quoniam fors eos ſub eodem tecto eſſe, atque in eodem penate voluiſſet.

*penem*) Verſus Næuij leuiuſcule contaminati, ita legi debent:

Theodotum compella, qui aris compitalibus
Sedens in cælla circuntecta tegetibus
Lares ludentes peni pinxit bubulo.

Quid ſit penis bubulus, vide in Coniectaneis. Nam male



interpretatur Feſtus. Cæna pura, quam vocat, eſt qua fungebantur, cum in caſto eſſent. Gloſſarium: Cæna pura, προσάββατον imitatione Gentilium παρασκευὴν Iudæorum ita vocat.

*Penitam*] Arnobius libro VI. nænias, offáſque penitas. vbi lego, tænias. Sicut in eodem: quid tuceta? quid næniæ? quid offæ? Idem mendum. Legendum enim tæniæ. Quid eſſent teniæ, vel teniacæ. vide quæ ſuperiori anno in Varronem de re ruſtica notauimus.

*Pennatas*] Theophraſtus alicubi in περὶ ἱστορίας φυτῶν ait à ruſticis teneriores ſpicas ἀθρίας vocari.

*Penora*] In fine lege, penarium.

*Penus*] Corruptus locus. lege: Penus vocatur locus intimus in æde Veſtæ tegetibus ſæptus.

*Peregere*] Lego Pergere. vnde Pergiſcor. Et compoſitum expergiſcor.

*Peremne*] Peremne auſpicinm duplex: vniuerſum populi, cum Idibus Martiis amnem auſpicato tranſiret, & Annæ Perannæ rem diuinam faceret, vt annare perannaréque commode liceret alterum magiſtratus: cum ſcilicet magiſtratus amnem auſpicato tranſirent, quotieſcunque quid in campo agere vellent. Cicero libro II. de diuinatione: Bellicam rem adminiſtrari maiores noſtri niſi auſpicato noluerunt. Quam multi anni ſunt, cum bella à proprætoribus, & proconſulibus adminiſtrantur, qui auſpicia non habent? Itaque nec amnes tranſeunt auſpicato, nec tripudio auſpicantur.

*Perfacul*] Lege, Perfacul, & per ſe, Facul. hoc eſt, tam compoſitum perfacul, quam ſimplex, Facul. Leuis menda, ſed quæ errandi anſam doctis præbuit.

*Perpetrat*] Non leuiter hæc contaminata ſunt. quæ, ſi veterem lectionem proponamus, nullo negotio in integrum reſtituerimus. vetus lectio, vt admonemur ex notis marginis: Neque perpetrare precibus imperia qui detinni patris ſpartam reponare inſtat. Quæ non parum adiumenti nobis ad veritatem indagandam contulerunt. Legimus ergo; Pacuuius in Teucro.

Neque perpetrare precibus, imporio, quiti.

& in Niptris.

Spartam repedare inſtat, id ſi perpetrat.

Neque quiti, hoc eſt, neque potuerunt. Neque prece, inquit, neque imperio, hoc peragere potuerunt. Repedandi verbo alibi vtitur. Vide Repedare. videtur tamen Pacuuius Reponere ſcripſiſſe, propter verſum. Quæ dicta ſunt de Menalao. Sed finem horum explere quidem verbis Feſti non pollicemur. Sententiam autẽ Feſti hanc eſſe putamus: Quomodo etiam ſine præpoſitione vſi ſunt, quod conuerſum iam in turpem ſignificatum Nam Patrare turpe verbum eſt. Catullus, Perſius. Gloſſarium: Patrat, μεμασῆται, κεχειρφάτως, ὡς ἐπ' αἰσχρῶς. Lege, ὡς ἐπ' αἰσχροῖς.

*Perſicus* ] Omnino legendum Perſibus. vide tertium Coniectaneum, atque adeo Varronem ipſum in fine libri VI. Verſum Plauti ita lege:

Nihil deconciliares illi, niſi quid perſibus ſapis.

*Perſillum* Legendum puto, Ruduſculum dicatum. hoc eſt vas ex cauo informi ſaxo, quod rudus ſaxum impolitum ſit. Legendum vero, ex quo, vnguine, &c. Quidam, qui nobis veterum numiſmatum & aliorum monimẽtorum libros ediderunt, in ijs libris Cantharum Perſili titulo proſcripſerunt: & Perſillũ pro Perirhanterio accipiunt, Riſi, cum illa legi, non tantum quod Cantarum nulla ratione moti Perſillum vocant: ſed etiam quod, cum ſententiam ſuam confirmare vellent, teſtimonio Feſti id facere conati ſunt. Lector vero eruditus iudicet, quid intersit inter Perſillum, & περιρραντήριον. tam profecto, quam inter vnguen vel axungiam, & aquam luſtralem.

*Perſonata* ] Quod ait hiſtriones cogi ſolitos deponere perſonam; hoc fiebat, quãdo exſibilabantur, neque placebant. Macrobius loquens de Pylade hiſtrione: Cum in Herculem furentem prodiiſſet, & nonnullis inceſſum hiſtrioni conuenientem non ſeruare videretur, depoſita perſona ridentes increpuit: μωροὶ, μαινόμενον ὀρχοῦμαι.

*Pertiſum* ] Infra: Pertiſum aliquando media, i, non, e, dixerunt. licet irrideatur à Lucillio, quod pertiſum diceret. Scipio Africanus, qui Pauli filius fuit, Vide redarguiſſe. Idem Lucillius libro IX. contra hanc Cacozeliam ita legem orthographiæ præſcribit:

Iam puer ei venere: e poſtremum facito, atque i,
Vt plureis purei fiant. i ſi faci' ſolum
Pupilli, pueri, Lucilli: hoc vniu' fiet.
Hoc illi factum eſt vni: tenue hoc facies i.
Hæc illei fecere: addes e, vt pinguiu' fiat.

& ita ſemper in eodem nono libro Lucillij de orthographia tractatum fuiſſe notauimus. Adde quod Iſidorus ſcribit: Ortoghraphiam, id eſt ſcripturam contra imperitiam librariorum Lucillius poëta primum ſcripſit. Hæc ille.

*Pertu* . . . ] Notas L. I. habes. in Manes. quid ſit, quæratur.

*Peſeſtas* ] Lege, quæ inter precationes.

*Petauriſtæ* ] Mechanici dicti ſunt petauriſtæ, quia in machina vel rota traiiciebant ſeſe deſperata audacia. Martialias:

Quam rota tranſmiſſo toties impacta petauro.

Ariſtophanes ἐν Δαιδάλῳ apud Grammaticos:

ὁ μηχανοποιὸς, ὁπότε βούλῃ τὸν τροχὸν
ἐᾶν ἀνεκὰς, λέγε, χαῖρε φέγγος ἡλίου.

Tanquam periculoſiſſimum eſſet traiicere ſe per rotam, propterea dixit, o Petauriſta, quotieſcunque vertes rotã mechanicam, potes ſupremam dicere vitæ tuæ. Nam & hic quoque μηχανοποιὸς, qui Lucillio Mechanicus. Dictus Petauriſta ἀπὸ τοῦ πεταύρου. Eſt autem πέτευρον, ſeu πέταυρον tabella, parieti affixa, ad quam veſpere gallinæ ſe volatu recipiunt, vt pernoctent. quia mechanici iſti ad rotam illam ſe ſaltu ſubiiciunt, propterea πεταυρισταὶ dicti. De quo multa aliquãdo dicemus in Manilium, poëtam eruditiſſimum. Sumitur & pro ſaltatore tantum, & eo, qui flexu corporis multa ſchemata edit. Varro epiſtola ad Cæſarem: cum vocat Ptolemæum κίναιδον, ἰαωνικὸν, πεταυριστὴν, Διονύσου, αὐλοποιόν. Quæ manifeſto dicta ſunt de Ptolemæo Aulete Rege Aegypti. Locus Varronis in Nonij codicibus deprauatus eſt. Nos, vt legendum putamus, poſuimus.

*Petimen* ] Gloſſarium: Petumen, χλιαρὸς ἔλαιος. Seruius Danielis paulo aliter: Pleiades, Signũ eſt ante genua Tauri, quod Græci ὕβον dicunt. id eſt petimen. Mirum autẽ Feſtum, vt probaret in ſuilla eſſe neſcio quid, niti teſtimonio Næuij, qui dixerit, petimine piſcino: cum manifeſto in-

telligere videatur, quod χαλκὶς in thunno vocabatur.

*Petoritum* ] Recte Aeolice dictum ait. πέτορες, quatuor.

*Petrarum* [ Ennij verſum ita lego:

Alte elata ſpecus, petriſque ingentibu' tecta.

Item Liuij, ita: vbi echo ſæpta petris. Deinde: Petra eſt, quæ domus dextra, &c.

*Petulantes* ] Lego in fine: pedibus conuibrauit. Nam vibrare neutra ſignificatione, nouum non eſt, ſed veteribus vſitatiſſimum.

*Piacularia* ] Infra: Piacularia appellantur veteri loquẽdi conſuetudine, cum hoſtia fugit: aut in aliam corporis, quam oportuit, partem cecidit. Manifeſto ita ſcripſit Feſtus. Pauli tamen Epitome vberius hæc tractat, vt integriore codice vſus videatur. Piaculare plane eſt illud Virgillianum:

-- qualis fugit cum ſaucius aram
Taurus, & incertam excuſſit ceruice ſecurim.

*Picta* ] Liuius lib. xxx. Maſiniſſa toga picta, & palmata tunica donatus. at lib. xxxı. Maſiniſſæ dona miſſa, vaſa aurea, toga purpurea, & palmata tunica. Ergo picta, & purpurea idem. addit Liuius & togam prætextam datam. Sic purpurea eſt ὁλοπόρφυρος. prætexta μεσοπόρφυρος. Palmata erat tantum triumphalis.

*Pictor* ] Legendum, pictam à ſe γαιῶ. Et, Cum verſiculos ad id retulerit, & ineptia pari, & nullius prętexto nomine. Nam τὸ Prætoris fruſtra emendare conantur, cum conflatum ſit ex ſequenti voce. Itaque delendum.

*Pilæ* ] Manias vocatas ait Macrobius. Ad earum inſtar ſtramentitiæ effigies, quibus obiectis tauri irritarentur, vocatæ ſunt pilæ. Martialis:

Iactat vt impoſitas taurus in aſtra pilas. Gloſſarium: Pilæ, ταυρειάειοι, ταυρεγχειδάπιλαι. Vnde prouerbialiter fœneos homines dixerat Cicero in principio Cornelianæ, alludens ad has effigies fœneas. Poſtulatur, inquit, apud me prætorem primum de pecuniis repetundis. Proſpectat videlicet Cominius, quid agatur. videlicet homines fœneos in medium ad tentandum periculum proiectos. Huc etiam alludebat Varro, cum vnam de Menippeis ſuis proſcripſit titulo Aiacis Stramentitij. Quæ ſequuntur, videntur de alia re, quam de Pilis tractaſſe.



*Pilare* ] φιλητὴς Heſiodo. & πιλητὴς Aeolice.

*Pilumnoe poploe* ] Hoc eſt Pilumni populi.

*Piſatiles* ] Piſatiles, ſunt, οἱ πισᾶται. Memoria lapſus ſum olim, qui deſtitutus codice Feſti annotaui Picenos olim à Næuio Piſatiles dictos, vnde etiam hodie fluuium Piſatellum dici. Ego plane hallucinatus ſum, cũ hæc memoriter ſcribebam. Petóque à candidis Lectoribus, vt & hoc, & ſi quæ ſimilia dicta ſunt, quæ mihi cum omnibus communia ſunt, qui meminerunt & ſe homines, & à ſe nihil humani alienum putant, omnium mihi veniam facere. Porro Pantaleon iſte Omphalionis filius fuit, vt ait Strabo, καὶ πισατῶν ἡγεμών.

*Piſcinæ* ] Lege: vnde Lucilius ait:

Obtuſo ore, pugil, piſcinenſis, reſes -- Pugiles ſunt obtuſo ore, propter pugnos, quos in os recipiunt. Vnde illud:

-- Os nullum, vel potius pugilis. Prouerbium eſt apud Plautum in Caſina, obtuſo ore, vel obtunſo. Cum quis ſpe vel inſtituto deiectus, pudore ſuffunditur. ab iis, qui nihil præter quam in os meſſem pugnorum, vt loquitur Plautus, reportarunt.

*Piſtum* ] Scribe, pro molitum Varro de vita populi Romani libro primo: nec piſtoris nomen erat, niſi eius, qui ruri far pinſebat; nominati ab eo, quod pinſeret. Idem παρὰ μυλίππου. Nec piſtorem vllum noſſent, niſi eum, qui in piſtrino pinſeret farinam. At tẽporibus vltimis Reip. & deinceps Piſtores, vt notum vulgo, οἱ ἀρτοποιοὶ vocabãtur. Et Plautus fuit piſtor, cum truſatiles molas verſando operam locaſſet. Minutius Felix: Octauius homo Plautinæ proſapiæ, vt piſtorum præcipuus, ita poſtremus philoſophorum. Fruſtra hunc locum Feſti ſuſpectum habent docti viri, tanquam integer parum ſit, ac mancus. Porro veteres dicebant Piſo, non Pinſo. quia à Græco πτίσσω, vt alibi notauimus. vnde Piſare, calcare. Seneca Epiſtola LXXXVII. in terram non aggeſſit tantum, ſed & calcauit, & preſſit. negat quicquam eſſe hac, vt ait, piſatione melius. Ita liber doctiſſimi N. Fabri, quem cum veteribus diligentiſſime contulit.

*Plancæ* ] Plancæ prius dictæ, à Phalanges Græco. Planci. Gloſſarium: plancus, πλατύπους.

*Plancæ*] Infra, Agebatur manifeſto de prouerbio, Plauſtrum perculi. Ad idque citabatur verſus ex Epidico Plauti.

Epidicus mihi magiſter fuit. P E. perij. plauſtrum perculi. vt male hodie legatur, auſtrum perculi. quod maximus vir Adrianus Turnebus hauſtrum interpretabatur, idque optime, ſi ita prouerbium efferebant veteres. Sed cum agnoſcatur hic a Feſto, item a Donato, ita retinebimus. Male vero prouerbium illud interpretatur Eraſmus vt cuiuis facile, qui eius interpretationem legerit, patere poteſt. Sed illi condonandum. quia ad eam opinionem Donatus male intellectus eum impulit, ac ipſum Eraſmũ potius, quam plauſtrum perculit. Cum alia mente apud Plautum accipiendum ſit. Porro non longe ab his verbis ſcripſiſſe videtur Feſtus: Plauſtrum perculi antiqui dicebant, ab iis, qui pedibus onuſta plauſtra percellebant, hoc eſt, euertebant . . . . . . . id quod apud Plautum dicitur. Epidicus mihi magiſter fuit. Perij: Plauſtrum perculi. Videtur Eraſmus ſentire, vt non dicatur de eo, qui imprudens negotium euertit: ſed de eo qui prius rem præparat, quã eam alioqui aggrediatur: vt de ruſticis, qui prius quam plauſtrum exonerent, plauſtrum ipſum percellunt. propterea prouerbium efferebatur, Bene plauſtrum perculi: Bene rem conficiam, cum eam prius mihi ſubegerim. At quomodo apud Platum legitur. non potes ita accipere. Ridiculum enim ſi dicas: Perij: bene plauſtrum perculi. Neque ſane quomodo ſeruus apud Terentium loquitur. accipiendum enim ſemper de eo, qui euertit, & perturbat rem. Quare non Bene perculi, ſed, Pene perculi legẽdum. Quod indicatur verbo PERCVLERIS. Eſt enim, vt Grammatici loquuntur, potentiale: hoc eſt Pene perculiſti. ἤδη τραχηλίσειας, ἤδη σφηνίξειας ἄν με. Vide vnius voculæ ignoratio, vel potius vnius literulæ menda magnum virum quam abſurde pronunciare coegit. Nam quis putaret plauſtra prius euerti, vt facilius exonerentur? Sed homines ſumus: neque propterea magni viri manibus iuueniliter inſultandum.

*Plebei*] Infra: Plebei ædiles. qui plebei ſcito, quæ de eo magiſtratu ſuffragium tulit, ab illa ſunt conſtituti . . . . . . . unt, qui vna cum Tribunis plebei creati ſunt diſſidente plebe a patrib. Ii fecerunt tabernas, quas nouas vocant, nos autem quinque dicimus eas, & ſeptem feruntur. Et plebeias vocamus a genere magiſtratus.



*Plebeium*] Infra: Plebeium magiſtratum neminem licet capere, niſi qui ex plebe eſt. Cuius generis eſt omnis magiſtratus, qui iſto nomine appellatur. Intelligit tribunatũ plebis, & ædilitatem plebis.

*Plena ſue* Plena ſue Telluri ſacrificabatur, quia pecudis id genus, cum ſeritur, roſtro ſemen fodiendo corrumpere ſolet.

*Plorare*] Longum eſt toties indicare errores. cum id tempus, & chartam lucrifacere poſſimus, & in continenti emendationem apponere. Traiectiones igitur, & alia errata ita reſtituimus: In Regis Romuli. & Tatij, & Seruij Tullij legibus hæc eſt: SEI. PARENTEM. PVER. VERBERIT. AST. OLOE. PLORASSINT. (parentes) PVER. DIVEIS. PARENTVM. SACER. ESTO. SEI. NVRVS. SACRA. DIVEIS. PARENTVM. ESTO. Ecce, quæ in citandis regum nominibus traiecta erãt ea ſuo loco reddimus. VERBERIT, pro verberet. Ita ſemper in XII Nam & eo modo VINDICIT, pro vindicet. ſed & Edim, pro Edam dicebant. OLOE PRO OLI. vna L. qui non geminabant, vt poſtea, cum dixerunt OLLI. ſed plurali OLOE dictum, vt Pilumnoe poploe: hoc eſt. Pilumni populi. Supra idem Feſtus monuit ABOLOES, pro. illis dictum. Altera luxatio in altero legis membro facta erat. Importune enim vltima clauſula loco mota erat. Vocem, parentes circulo incluſimus, neque maiuſculis literis perſcripſimus, Eſt enim Gloſſema pertinens ad OLOE: ne forte ſcilicet perperam illud OLOE, acciperetur. quod veteres, cum citarent leges antiquiſs. propter obſcuritatem, aut verborum inſolentiam factitabãt. vt in illa lege: REM. VBEI. PAGVNT. ORANTO. NEI. PAGVNT. ANTE. MERIDIEM. IN. FORO. AVT. IN. COMITIO. CAVSSAM. CONICIVNTO.) cum perorãt ambo præſentes) POST. MERIDIEM. PRAESENTE. AMBOBVS LEITEM. ADDICITO. (ſi ambo præſentes) SOL. OCCASVS. SVPREMA. TEMPESTAS. ESTO. Et in Actionib. apud Varronem: EXTRA. SVRDAM. LVSCAM. MINAM (id eſt ventre glabro.) Sed de his alias fuſius.

Nos hæc produxiſſe contenti ſumus.
*Ploti*) Quantum ex his colligere poſſumus, Plotum eſſe
Vmbricam vocem, apparet.
*Ploxemum*) De hoc ſatis alibi. Capſum in ciſio vulgo in
Gallia Tumberellum vocamus, quod capſæ ſpecie fit.
Vtitur & Vitruuius: πλείνθα καὶ ὑποτρέχω. Homerus vo-
cat. Sirpiculum etiam veteres Latini, ſi ex vitili materia.
*Plutei*) Gloſſarium; Pluteus, προσθέμα. ἀνάκλιτον, θυμέλη
πλοιου, ἐγγώνιον τειχίου. Etiam Martialis τὸ ἀνάκλιτον τῆς κλί-
νης ita vocat:

Namque puer pluteo vindice tutus erat.

Aliæ Gloſſæ, Pluteum, χυψοπλασία.
*Polimenta*) Arnobius lib. VII. Polimenta ſunt ea, quæ
verecundius proles dicimus. Idem de prolibus lib. V. parte
altera proles cum ipſis genitalibus occupat. Item: Circun-
iectas prolibus diripientem membranulas.
*Pollubrum*) In Odyſſea veteri: Argenteo pollubro, & au-
reo gutto.

χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
καλῇ χρυσείῃ ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος

, aureo gutto. ἀργυρέοιο λέ-
νίψασθαι---προχόῳ χρυσείῃ
βητος, argenteo pollubro. Aquam vero ipſam χέρνιβα
vocabant.

*Pollucere*] Regis Numæ lex fuit de polluctu, quæ vi-
delicet liceret polluceri, quæ non liceret. De piſcibus, qui
ſquamoſi eſſent, omnes, præter ſcarum: idque propter ra-
ritatem. Rariſſimus enim in Laurēti littore, atque adeo in
in ora Tyrrhenica erat piſcis ipſe. quinque eum capiebāt,
in mare dimittebant. Non igitur per religionis cauſſam
hoc ſancitum eſt, ſed vt parſimonia conuiuia, epulæque
publicæ facilius ad puluinaria compararentur. Cuius rei
auctor Caſſius Hemina apud Plinium, his verbis: Numa
conſtituit, vt piſcis, qui ſquamoſi non eſſent, ni pollucc-
rent, parſimonia commentus, vti conuiuia publica, & pri-
uata, cænæque ad poluinaria facilius compararentur: ni
qui ad polluctum emerent, precio minus parcerent, eaque
præmercarentur. Neque in hoc piſce, ſed in multis aliis
modus eſt impoſitus etiam ſacrificiis. Quare Seruius ait
in libris Veterum legi, a maioribus ſacrificando parſimo-



niam obſeruatam. Pro legem his verbis conceptam fuiſſe: PISCEIS. QVEIS QVAMOSEI. NON. SVNT. NEI. POLLVCETO. SQVAMOSOS. OMNEIS. PRAETER. SCARVM. POLLVCETO. Sine dubio autem lacer iſte locus ita ſarciendus eſt: Pollucere merces diis quas liceat, ſunt, far &c. At docti viri: Pollucere Mercurio quæ liceat, ſunt &c. Quid? an Mercurio tantum pollucebatur? non & Ioui Dapali apud Catonem? non aliis? Sed pollucere merces, hoc faceſſit illis negotium. fruſtra præter alios audiant Varronem. Hinc profanatum, quod in ſacrario polluctum. atque Herculi decuma data ab eo eſt, quod ſacrificio quodam fanatur, id eſt, vt fani lege ſit, id dicitur. Polluctum, quod a porriciendo eſt fictum. Cum enim ex mercibus libamenta porrecta ſunt Herculi in ara, tum polluctum eſt vt, cum profanum dicitur, id eſt proinde, vt ſit fani factum. Hæc Varro. Pollucere merces dicebantur mercatores, quando de mercibus ἀπαρχὰς & libamenta diis offerebant.

*Pontina*] Infra. Pontina tribus a Pontia vrbe dicta eſt. a qua & pontina palus.

*Popillia*] Popillia tribus vna trigintaquinque tribuum. tot enim fuerunt. dicta a Popilliæ felici nomine, a quo & tribus Pinaria a ſororis eius nomine. Non dubium eſt ita ſcripſiſſe. Nam quid manifeſtius, quam a Popillia femina dictam tribum, cuius nomen auſpicatiſſimum habebatur ac bonæ ſcæuæ, vt tunc loquebantur.

*Populario*] Notabis Lararia pro compitalibus dicta. quod haud temere alibi reperias. Popularia opponuntur priuatis: vt populari iudicia, priuatis iudiciis. Nam ita hic videntur Popularia oppoſita priuatis, familiaritiis, & gentilitiis ſacris. Alias popularia ſacra opppountur montanalibus, & paganalibus. Varro: Dies Septimontium nominatus ab his ſeptem montibus, in queis ſita vrbs eſt: feriæ non populi, ſed montanorum modo: vt paganalia, qui ſunt alicuius pagi.

*Porcas*] Græculus auctor Gloſſarij optimis quidem auctoribus in compilandis gloſſis ſuis vſus eſt; ſæpe tamen fallitur: vt cum Porta pro porca ponit. Porta τὸ μεταξὺ τῶν αὐλάκων ὕψος. Porta, τὸ μεταξὺ τῶν χωμάτων.

*Porigam* ] Lege: cum aperte e proregam tractum ſit.

*Portiſculus* ] Gloſſæ, Porticulus, κελευστής. Qui eſt præco alias, is in naue portiſculus. præco audientiam faciebat in Comitiis, in ſacris & ſpectaculis fauentiam: portiſculus modum remigibus dabat. in verbis Catonis dicitur Viros Romanos, qui remiges ſcripti erant, per portiſculum ſub flagro veniiſſe. In quo eſt duplex antiquitatis notio: vna ciues Romanos ob capital admiſſum prius verberibus cædi, deinde numo ſeſtertio, ſi Romæ eſſent, trans Tiberim venire ſolitos. altera, qui flagris cædebantur, ij ſub præcone, aut ſi remiges eſſent, ſub portiſculo cædebãtur. Horatius: Sectus flagellis hic triumuiralibus.

Præconis ad faſtidium.

*Poſticum* ] Grammatici Græci, παράθυρα, καὶ παραθύρειον. καὶ παράθυρα κατόπιν τοῦ οἴκου.

*Poſtliminium* ] Gloſſæ: Poſtilimen, ἐπάνοδος. Falſum eſt quod vetuſtiſſimi Iuriſcõſulti prodidere, in nomine Poſtliminium ſpectari tantũ præpoſitionem Poſt, reliquũ productionis eſſe caudam, liminium. Nam poſtliminiũ recte ex Latini ſermonis proportione dicitur ἡ ἐπάνοδος, vt contra Eliminium, ἡ ἔξοδος. Poſtliminij ius, & religio ex Athenientium fontibus deriuatur, vt pleraque Romanorũ alia. eodem iure apud Romanos erant, qui poſtliminio ab hoſtibus reuertebantur, quo apud Athenienſes ij, qui δευτερόποτμοι, καὶ ὑστερόποτμοι dicebantur. Romani nolebant eum cui tanquam mortuo iuſta funerum facta erant, reducem limen inſiſtere. quia funeſtari eo putabant, tã limen vtrunque & ſuperum, & inferum, ſi a mortuo calcaretur, quam & hominem ipſum. Nam & mortui in limine collocabãtur, quod Græcis dicitur πρόθεσις νεκροῦ. Iccirco tecto perforato in ædes admittebatur, ne ominoſum eſſet illi per ianuam ingredi, per quam tanquam elatus erat. Quod enim illi iuſta facta erãt, ob id tanquam elatus fingebatur. Athenieſes eos, quibus abſentibus funus factum erat, non prius ædes ingredi patiebãtur, quam per ſinum laxae ſtolæ mulier eum demitteret, tanquam denuo renaſci videretur. Vnde δευτερόποτμοι, hoc eſt δευτερογενεῖς. πότμος enim, fatũ naſcentis. Qui enim ſemel ex ædibus elati ſunt nunquam poſtea eas ingrediuntur. Inde factum, vt quos mortuos



mortuos putauerant, aut quos nunquam redituros ſperabant, cum reuerterentur, ex orco eos rediiſſe dicerent. Artemidorus: τὸ παρὰ προσδοκίαν σωθέντα φαμὲν ἐξ ᾅδου ἀναβεβηκέναι. Apuleius lib. XI. Confeſtim denique familiares ac vernulæ, quique mihi proximo nexu ſanguinis cohærebant, luctu depoſito, quem de meæ mortis falſo nuncio ſuſceperant, repentino lætati gaudio, varie quiſque munerabundi, ad meum feſtinant illico diutinum, reducémque ab inferis conſpectum. qui locus plane ad hunc morem alluſit.

*Potitium* ] Scribe: cum eſſent eæ familiæ numero duodecim.

*Potitus ſeruitutis* ] Græcorum imitatione id dictum vult, qui dicunt, ἐπαυρεῖν κακοῦ. Heſiodus.

*Præciamitatores* ] Seruius in ſchedis: Pontifices ſacrificaturi præmittere calatores ſuos ſolent, vt, ſicubi viderint opifices adſidentes, opus ſuum prohibeant: ne pro negotio ſuo & ipſorum oculos, & cerimonias Deum attaminent. Legendum autem hic: antecedentes clamant. Cæterum ſuſpicor præclamitores, quod viri docti ſubſtituũt, veram lectionem non eſſe. Hoc enim vt facerent, inducti ſunt verbo clamandi, quo Feſtus vtitur in ipſa vocis expoſitione. At nos contra Præciamitatores veræ lectionis veſtigium, non veram lectionem eſſe putamus: & legendum, Præciæ, metatores dicuntur, qui Flaminibus. Diali, Quirinali, Martiali antecedentes clamabant. Metatores, ſunt προπαρασκευασταί. de quibus abunde in Auſonium. præterea vox ſatis nota vel mediocriter docto. At præcias ipſus vocatos eſſe infra poſt dicitur. vt dubium non ſit, quin legendum ſit ita, vti emendamus. Præcire, eſt præclamare. cire, clamare. vnde id explicans, clamandi verbo vtitur Feſtus. Præciæ, procalatores, qui præmittuntur à Flamine. propterea recte metatores exponit Feſtus. quia & metatores præmittebantur ad locum caſtris capiendum, & ad hoſpitia militibus paranda.

*Precidanea* ] Barbarus mutilator putat à præcidendis frugibus. non aduertit quid ſit præcidanea, quid item ſuccidanea. præcidanea hoſtia imitabatur Græcorum προτέλεια. quæ ſunt Atteio Capitoni feriæ præcidaneæ, Græcis ex προτέλειος ἡμέρα, ſuccidanea, τὰ δεύτερα ἀμείνω. Et

non à cædendo,ſed à cedendo,per e. Vnde ſuccedaneum etiam apud Iuriſconſultos. Gellius aliter.

*Præcidanea dicitur* ] Præcidanea dicitur, quod ante ſacrū cæderetur id genus hoſtiæ. quod ſacrum præcidarium appellabatur. Præcidarium & Præcidaneum idem eſt. Sic extrarium, extraneum: pedarium,pedaneum. Si Gellius conſideraſſet præcidaneum ſacrum dici, nunquam miratus eſſet præcidaneas etiam ferias dictas fuiſſe.

*Prædia* ] In tertio Coniectaneo monuimus dicendum procbra. vt enebra.

*Prædonulos* ] Lege: prædonculos. Si quis Latine ſcit, is non ignorat, prædonulos Latinum non eſſe. Hoc ἐκ τῆς ἀνὰ λόγον Latinæ linguæ ſatis patet.

*Præfecturæ* ] Quæ egregiam antiquitatis cognitionem continent, ea non leuibus mendis inquinata ſunt. Sunt autem hæc ex priſca ſcriptura: In quas ſolebant ire præfecti quattuor viginti ſexuirum num pro populi, &c. Lego: in quas ſolebant ire præfecti, qui, autore viginti ſexvirum numero, populi ſuffragio creati. Recte ſane. Neque enim quicquam populus ſciſcebat ſine auctore. Itaque & leges auctore quodam ſemper ſciſcebat. Ex vocibus, qui auctore, factum erat quattuor, mendo ſatis procliui ac propenſo.

*Præfericulum* ] Præfericulum vas æneum ſine anſa patens ſummum, velut peluis, quo vtuntur in ſacrario Opis Conſiuæ.

*Præficæ* ] Gloſſæ: Præfica, ἡ πρὸ τῆς κλίνης ἐν τῇ ἐκφορᾷ κοπτομένη. θρηνῳδὸς ἐπ᾽ ἐκφορᾶς.

*Præmetium* ] προλόγιον. Vide Coniectanea. Gloſſarium: Præmetiuum, ἡ πρὸ θερισμοῦ Δημήτρας θυσία.

*Præpetes* ] Præpetes aues dictas quidam putant, quia volantes ſe offerunt. Nam præpetes eſt, auem auſpicanti ſe offerre. Vnde præpetere aues dicuntur, quæ ſe ante auſpicantem ferunt. Nam antiqui præpetere dicebant pro anteire. Seruius in fragmentis: Præpetes ſunt, quæ ſecundo auſpicio ante eum volant, qui auſpicatur. Aues autem aut oſcines ſunt, aut præpetes. Oſcines, quæ ore futura prædicunt. Præpetes, quæ volatu augurium ſignificant, cum ſunt proſpera. Sed præpetes aut ſuperiora tenent, & præpetes vocantur: aut inferiora, & dicuntur inferæ. Præpetes autem ideo, quia omnes aues priora petunt volantes. Vide etiam Gellium lib. VI. cap. VI.



*Prærogatiuæ* ] De iis, item illis, quæ iure vocatæ dicebantur, Aſconius, & Liuius. Auſonius in Panegyrico ad Gratianum Auguſtum: Valete modo claſſes populi, & vrbanarum tribuum prærogatiuæ, & centuriæ iure vocatæ. Liuius lib. IX. de Flauio ſcriba: fieríque ſe pro tribu ædilem videret. Ego interpretor pro tribu, prærogatiua tribu. Piſo de eodem: Eundem primæ tribus Aedilem curulem renunciauerunt. eædem ergo prærogatiuæ tribus, & primæ tribus. Nam ita in legibus ferundis loquebantur. Sic initio legis cuiuſdam in tabula ænea: PRINCIPIVM. FVIT. PRO. TRIBV. Item apud Frontinum. T. Quinctius Criſpinus COS. populum iure rogauit, populúſque iure ſciuit in foro pro Roſtris a. d. IIIIII. Eidus Iulias. Tribus Sergia. principium fuit pro tribu Sex. L.F. Varro. Qui locus vulgo mendoſiſſimus editus eſt.

*Praes* ] Feſtus ait prædem dictum eſſe, quod interrogatus à populo ſi præſeſſet. reſpondebat Praes. Supple, Sum. præſeſſe antiquitus ſignificat præſentem eſſe, παρεῖναι. Vnde light ſupereſt participium Præſens. Auſonius auctor valde bonus, dignus qui meliore ſæculo natus fuiſſet, ait in ludicro dramate ſeptem ſapientum.

Thalis autem, ἐγγύα, πάρα δ᾽ ἄτα protulit.

Spondere qui nos, noxa quia præſeſt, vetat. præſeſt, πάρεστι. Græcus interrogatus, εἰ πάρεστι, reſpondet potius πάρα quam πάρειμι. Sic Romanus interrogatus, an præſes? reſpondebat, praes, non præſſum. Varro: Itaq; Praes, qui à magiſtratu interrogatus in publicum, an præſeſt. à quo & cum reſpondet, dicit, præs. Ita enim legendum apud Varronē. Alioqui ſcio antea non ſatis perſpicuum neque Varronis, neq; Feſti locum fuiſſe. Multorum ſcriptorum Latini nominis codices calamo exarati habent præſeſt. pro quo vulgati, præſto eſt.

*Præſiderare* ] Græci προχειμάζειν· προχείμασις, præſideratio. quidni & poſtſideratio ἡ ἐπιχείμασις dici poterit? Vide Vegetium. Hoc autem ita dicebant veteres Romani, quia anni tempeſtates ſidera vocabant. & Confectum

ſidus, vel peractum hiemis, æſtatis ſidus dicebant.

*Præſtitem*] Præſtites, προστατήριοι. Præſtites Lares ijdẽ, qui προστατήριοι θεοὶ apud Græcos.

*Præſtolari*] Præſtum à veteribus erat in vſu, a quo remanſit præſto aduerbiale. ἀποκειστικὸν præſtulus, vel, vt ij antiqui ſcribebant, præſtolus. Inde, præſtolari. Præſtus ſeu præſtulus, ἐπίμονος, προσκαρτερῶν, προσλιπαρής. Pro quo præſens, vſitatum. vt, præſens animus. Gloſſarium: Præſens ἐπιφανὴς ἢ παρὼν, καὶ εὔχαλκος. Lege, καὶ εὔαλκος: & εὔαλκος eſt fortis. quod & εὐαλκὴς quoque dicebatur.

*Præteriti*] Vnde vnde hæc expiſcatus ſit Verrius, aut Feſtus, ſane omnia contra rationem vetuſtiſſimorum Pop. Ro. inſtitutorum ſunt. eâque plane toti antiquitati Reip. Ro. aduerſantur. Et miror, vnde hæc exſcripſerit.

*Prætexta*] Infra: Pretexta nulli alij licebat vti, quam ei qui iure alicuius magiſtratus haberet, & in loco publico ludos faceret. Is enim ea vtitur, & ſcribam habet ob eos, quos facit, ludos. Huc vſque videor tuto veſtigiis Feſti inſiſtere. in reliquis lubricum eſt iter. Ait nulli alij licuiſſe prætexta vti præterquam ei, qui eam haberet iure magiſtratus, & in loco publico ludos faceret. Quod verum eſt. Nam magiſtri collegiorum, & magiſtri vicorum, qui magiſtratus non erant, ludos faciebant prætextati, vt notum eſt ex ea in Piſonem, & ex Aſconio, item ex Liuio libro XXXI. Tribuni plebis, auctore Plutarcho, prætexta non vtebantur. puto. quia ludos non faciebant. Sequentia plus minus ita habuerunt: Item prætexta Conſulibus, & Prætoribus vota quædam ob ignorantiam ſacrorum nouorum nuncupantibus datum eſt vti: item votum ſoluentibus aliquod. Item Valerius vicanus vtens pura ex S. Senatus improbatus eſt. Videtur velle Feſtus vſum puræ ſacrum fuiſſe. ideo magiſtratibus conceſſum non tam iure magiſtratus, nam & Tribunis conceſſus fuiſſet, quam ludorum & votorum cauſſa. Res enim ſacræ ludi, & vota. Ideo ob ludos vtebantur Aediles, & magiſtri collegiorum, ob vota Conſules, & prætores. Vota illa quæ nuncupabantur ob ſacrorum nouorum ignorantiam, videntur eſſe, quæ Conſul, aut Prætor vouebat, ſi quid minus rite & per ignorantiam committens nouam religionem contraxiſſet. Vicanum videtur vocare vici magiſtrum ex ſententia ſenatus improbatum ait quod in pura toga non in prætexta ludos Compitalitios faceret. Ita enim puto Feſtum ſcripſiſſe ex S. Senatus, quod interpretor ex ſententia Senatus.



*Prætextæ*] Pro prætextatæ. Horatius:

Vel qui Prætextas, vel qui docuere Togatas. id eſt, prætextatas. Fabulæ argumento Romano aut Togatæ, aut prætextatæ. Comœdiæ quidem Togatæ: Tragœdiæ autem prætextatæ. Afranius, & Titinius Togatarum poetæ dicuntur. Ennius, Pacuuius, Attius Prætextarum. Nam Ennius Scipionem, Pacuuius Paulum, Attius Brutum, & Aneadas, ſeu Decium Tragœdias docuerunt. Ergo non mediocriter errant, qui ad hunc Feſti locum, item ad locum Togatarum, Togatas de togatis viris: Prætextatas de pueris, ac puellis prætextatis compoſitas fuiſſe annotarunt. Ipſi viderint, an Scipio, Brutus, Decius, qui ſe deuotauit, pueri habendi ſint: & an Lucretiam, cum ſe interficeret, puella in putandum ſit. Hæc ſunt viris & grauiſſimis, & magni in literis nominis indigna. Ratio in promptu eſt. Toga populi eſt, & populare argumentum Comœdiis. Prætextæ magiſtratuum. quæ ſunt grauiſſimæ perſonæ, & cothurno, non ſocco aptæ. vel, quod, vt ait Aſconius in prætura Vrbana, prætexta honeſtorum erat, toga viliorum.

*Prætextatum*] Ita malo, quam prætextum. quod ait, depoſitis prætextis, quas ſcilicet fortunæ Virginali deponebant, vt ſupra monuimus.

*Prandium*] A Græco πρώδιον. ex Plutarcho.

*Præſan*] Vide doctiſs. Turnebi Aduerſaria. qui legit Præſentaneam.

*Prim . . . .*] Omnia mutila ſunt. & vltima linea ad aliud, quam ad Primigenium ſulcum pertinet. Quo enim tutelare iudicium?

*Priuato*] Priuato ſumptu ſe alebant milites antequam ſtipendia mererentur. quod in id durauit tempus, quod fuit paulo ante quam Vrbs capta eſt à Gallis, à quo ſine publico ſtipendio milites non fiebant.

*Priueras*] Priuus, priuerus: vt Iouis, Ioueris, &c.

*Priuiuio es*] Lege, Priuoes, priuis, ſingulis. Priuoes,

priuis: vt oloes, ollis: Pilumnoe, Pilumni: poploe, populi, &c.

*Priuos*] Offendit me, quod apud Ciceronem pro hac voce Priuatum ſubſtituerint. vt in ea pro domo: Vetant leges ſacratæ, vetant XII. Tabulæ leges priuis hominibus irrogari. At hodie legant Priuatis. item III. de legibus: tantum maiores in poſterum prouidiſſe: in priuatos homines leges ferri noluerũt. Cum Cicero ſcripſerit, in priuos homines. Subiicit enim: id eſt enim priuilegium. Poſtea interpretatur: Ferri de ſingulis niſi centuriatis comitiis noluerunt. Vide Gellium lib. x. cap. XX.

*Pro*] Corruptiſſima ſunt: alias aliud alio, vt pro pecunia. pro prædio, pro conſule: Lego: alias apud, ab, ob: vt pro pecunia, pro præde, pro conſilio.

*Pro*] Infra: Fere omnia ex Epitome diuinare potes. Hoc tamen præterea habebat Feſtus, quod Attium in Menalippo, vel Ennium in Menalippa, item Plautum in Condalio citabat.

*Proſcapulis*] Lege in exemplo Catonis: hoſtem percuſſi.

*Probrum*] Verſus Attij plane Stoicum decretum eſt: οὐδὲν κακὸν, εἰ μὴ αἰσχρόν.

*Procapes*] Gloſſarium: Captam, τὴν ἀπὸ προγόνων οἰκίαν. Lege, Capem. Iſidorus: procapibus, proximis. Procapis, proximus.

*Procestria*] Gloſſarium: Procaſtria, οἰκήματα πρὸ παρεμβολῆς.

*Procinctam*] Gloſſarium: Procinctum, ὅταν εἰς πόλεμον συγκαλῶνται. Porro ita videtur ſcripſiſſe Feſtus: Procinctam claſſem Flamini Diali, hoc eſt milites ad prælium inſtructos, & paratos videre non licet. antiqui enim procinctum dixerunt, vt nunc quoque, cum exercitus inſtructus eſt. Procincta autem acie ad pugnam ire ſoliti erant. vnde dicuntur teſtamenta in procinctu fieri, quæ inſtructa acie nuncupabantur, vel quæ ad pugnam ituri nuncupabant.

*Procitant*] Gloſſarius: Procitat, προσκαλεῖται.

*Procitum*] Verba ex veteri Odyſſea, Matrem procitum plurimi venerunt, ſunt ex illo: τόσσοι μητέρ' ἐμὴν μνῶνται.



*Proculum*) Proprie, qui poetis τηλυγέτης.

*Procum*) Plautus Pœnulo; Nequiquam hos procos mihi elegi. hoc eſt proceres, ἀρχηγούς.

*Prodegeris*) Lego verſum Plauti:

Pollucte prodigum eſſe amatorem addecet.

*Prodidiſſe*) prodita res, & prodicta, pro eodem dicitur. Liuius libro XXXVIII. Cum inuidiam & certamina cum Tribunis proſpiceret, die longiore prodicta, in Liternum conceſſit, certo conſilio, ne ad cauſſam dicendam adeſſet. male vulgo producta. Libro III. in carcerem eſt coniectus, eique Tribunus diem prodixit. Et, Adeoque conſtantia ſua & Tribunos obſtupefecit, & plebem, vt diem ipſi ſua voluntate producerent. Lege, prodicerent. paulo poſt: antequam producta dies veniret, moritur lege, prodicta. Sed & apud Gellium corruptum inuenies. porro apud Liuium & prodita die legitur. Lege ita verba Catonis: Te C. Cæcili diem prodidiſſe militibus legionis tertiæ, cum proditionem non haberes. proditionem magiſtratus dicitur habere, quomodo & vocationem, & prehenſionem, hoc eſt, prodendi, vocandi, prehendendi ius. In vetuſtiſſima lege fracta, extant veſtigia prodictæ diei his verbis: . . . . EX. HACE. LEGE. TRIBVENDEI. CAVSSA. PRODEIXERIT. IS. VTEI. QVOD. RECTE. FACTVM. ESSE. VOLET. FACITO.

*Produit*] Verba legis Conſoriæ ita ſententia poſtulante legerim: PORTICVM. SARTAM. TECTAMQVE. PRODVIT.

*Profanum*] Infra verbum alieno loco poſitum. nam de verbo Porricere diſputabat. Ad quod locum ex Plautina Pſeudolo profert:

Atque in manibus exta teneã, vt porriciã. interea loci
Si lucri quid detur, potius rem diuinam deſeram.

Deinde diſſerebat de profanatione eorum, quæ porriciebantur. ea videlicet, quæ porriciuntur, profanari docens: & profanata conſumi. Varro: Itaque ob id in fano conſumebatur omne, quod profanum erat, vt etiamnum fit. quod Prætor vrbanus quotannis facit cum Herculi immolat publice iuuencam. In fine ita lego: ea autem, de quibus diſſentio, & aperte, & breuiter, vt ſciero, ſcripta in

his libris meis inuenientur, qui inſcribuntur: PRISCO- RVM VERBORVM CVM EXEMPLIS. Neque dubium eſt quin ita ſcripſerit Feſtus. Sed librí ij inter- ciderunt. Nam quod docti viri putant Feſtum de his, quos in manu habemus, loqui: & peccant ipſi, & alios in erro- rem inducunt. Nam neque Feſtus hos libros, qui extant, vocaſſet ſuos, cum ſint Verrij. neque in iſtis libris inſtituit reprehenſionem Verrij, præter quam in locis admodum paucis, idque obiter. neque paucos hos libros vocaſſet, cum ſupra XIX. ſcripſerit. neque hæc eſt horum librorum inſcriptio. cum a Macrobio vetere auctore, de verborum ſignificatione citentur. His, & pluribus rationibus, atque adeo tenore verborum Feſti inductus quilibet poteſt ad- uertere libros PRISCORVM VERBORVM CVM EX- EMPLIS non eſſe eoſdem cum his noſtris DE VERBO- RVM SIGNIFICATIONE.

*Profeſti dies*] Afranij exemplum, quod citabat Feſtus ex Priuigno, extat integrius apud Nonium:

Quæ nos ſolemus facere feſtiuo die,
Quotidiano opere promiſces omnia.
At quæ profeſto, contra: cum celebras focum.

Ita enim legendum apud Nonium.

*Prolatum*) Achilles Ariſtarchi dictus ad differentiam Achillis Aeſchyli. Huius Ariſtarchi Tragici meminere Athenæus, Suidas, Stobæus ſecũdo Phyſicorum. Achillis Ariſtarchi Tragœdiæ habes mentionem apud Plautum. Iſidorus: Tragœdias fere omnes ex Græcis tranſtulit En- nius, plurimas Euripidis: nonnullas Ariſtarchi.

Poſt *Prolatum*] Non dubium eſt quin hæc, quæ ſubii- ciam, hic deſiderentur: Parret dicendum exiſtimant. quam conſuetudinem oſtendit formula, quæ eſt, PARRET. Ab eo Parra, auis ſiniſtra. Et eius ſignificatio eadem. De verbo Parret gemino rr, vide ſupra. Parram ait dictam, quia par- reat, hoc eſt, appareat, & ſeſe ob iiciat obuiam prætereun- tibus. inauſpicatam autem fuiſſe, & ἐνόδιον aduerſum auſpi- cium facere ſolitam, vel vnus Horatius teſtis ſuffecerit:

Impios parræ recinentis omen Ducat.

*Promellere*] Mellere ſeu Melere antiquum verbum a Græco μέλλειν. Cuius veſtigia ſuperſunt in voce Remeli- gines.



*Promerium*] Corruptiſſimus locus, ſiquis alius. Legen- dum ita haud dubie: Promerito, præcipuum, præter cæteros meritum, vt pro medio, hoc eſt participem, & pro indiuiſo dicimus. Quæ verba quantum Latini ſer monis intererat, ſalua, atque incolumia manſiſſe, nemo non videt.

*Promulco*] Mihi mirum videtur promulco dici trahi na- uem, cum id Græco verbo remulco agi dicatur, ἀπὸ τὸ ῥυμουλκεῖν.

*Pronubæ*] Tertullianus in libro exhortario ad caſtita- tem: Monogamia apud Ethnicos in ſummo honore eſt, vt & virginibus legitime nubentibus vniuira pronuba ad- hibeatur: & ſic auſpicij initium eſt. Seruius in ſchedis: Varro pronubam dicit, quæ ante nupſerit, & quæ vni tantum nupſerit Catullus.

Vos vnis ſenibus bonæ
Cognitæ bene feminæ
Collocate puellulam.

*Properare*] Verba, quæ hic poſita ſunt, non ſunt Feſti, ſed Catonis, quæ integriora ab Iſidoro cum ſui auctoris no- mine citantur ita: Marcus Cato: Qui vnum qu odque ma- ture tranſigit, properat. qui multa ſimul incipit, nec perfi- cit, is feſtinat. Ego vnum quodque, quod adortus eram, tranſigebam.

*Prophetas*] Colloca verſus Iulij Cæſaris ſuo ordine:

Cum capita viridi lauro velare imperant
Prophetæ, ſancta caſte qui purant ſacra.

Purare a pu- rus, vt piare a pius. de hoc C. Iulio Aſconius in Scauriana: Idem inter primos temporis ſui oratores, & tragicus pœ- ta bonus admodum habitus eſt. Huius ſunt enim Tragœ- diæ, quæ inſcribuntur Iulij. De eodem C. Iulio Cicero in Bruto: Sunt eius aliquot orationes, ex quibus, ſicut ex eiuſ dem Tragœdiis, lenitas eius ſine neruis perſpici poteſt.

*Propter viam*) De hoc ſatis alibi. Fiebat autem Hercu- li. apud cuius aram omnia, quæ profanabantur, abſumi neceſſe erat, vt ſupra in Porricere vidimus. Nam ridiculum putare in ſacrificio propter viam tantum id fieri: cum epu lum propter viam profanetur Herculi? & omnia quæcun- que Herculi profanabantur, conſumi neceſſe erat. Vide Varronis verba quæ ſupra in Porricere adduximus.

*Propudioſum* ] Non dubium quæ Græcis καθάρματα, ea Latinis propudia dicta. Inde homines ſceleratos, vt Græci καθάρματα Romani eoſdem Propudia vocarunt.

*Prorſi* ] De hoc verbo ad Auſonium diximus. Significat rectum, & prolixum. vnde tunica prolixis villis, proſa tunica. Gloſſarium: Proſa, pexa tunica, πεξὸν ἱμάτιον. Prorſus ergo, εὐθὺς, & prorſum, εὐθύ. vt in exemplo Catonis, Prorſus deuertebantur pro hoſpitibus ad amicos ſuos. Prorſus, εὐθύ.

*Proſiciæ* ] Gloſſarium: Proſcle, ἀκροθίνια. lege, Proſiciæ, item Proſiciæ, αἱ τῶν θυμάτων ἀπαρχαί.

*Proſimurium* ] Infra: Proſimurium eſſe ait Antiſtius in Commentario iuris. Pontificalis pomerium. id eſt poſt murum, vt ait Cato. Olim quidem omne poſt murum intimum, nunc etiam intra ædificia pomerium, quaſi promerium ſolet dici. Reliqua ne Sibilla qui dem diuinauerit. Quod ait Paulus de Pontificali pomerio, id tractabatur in linea, quæ eſt harum reliquiarum decima ſeptima.

*Proſpera* ] Fortaſſe dicebat proſpera quædam nos vſurpare ſolere nomina præfiſcinæ, quod declinatum ſit extrema producta ſyllaba, vt occurramus faſcino, vt ait L. Cincius, quod fieret etiam in familiæ purgandæ ſacro. His non abſimilia ſcripſiſſe mihi videtur. Plinius: cur publicis luſtris etiam nomina victimas ducentium proſpera legimus? cur & faſcinationibus adoratione peculiari occurrimus? Titinius Setina:

Paula mea, amabo, pollulam laudem addito
Præfiſcini -- Chariſius ſubdit interpretationem:

ne puella faſcinetur. Præfiſcini ergo aliquid fieri aut dici erat, cum facto, aut dicto aliquo, faſcino occurrebatur. Ait declinatum in e producta. quia nonnulli, vt puto, exiſtimabant eſſe vocatiui caſus. vt ſupra Numere dictum eſt a quibuſdam corripi in vltima ſyllaba, & vocandi caſu dictum, Gellius ex veteri codice, libro x. capite XXIIII. loquens de Diequinti: Extremam iſtius vocis ſyllabam tum per e tum per i, ſcriptam legi. Nam ſane quam conſuetum veteribus fuerat, literis iis plerumque vti indifferenter: ſicuti præfiſcini, & præfiſcine, procliui, & procliue, atque alia item multa hoc genus varie dixerunt. Idem habet vetus Macrobij codex. at in vulgatis priſtini & priſtine, pro præfiſcini præfiſcine editum eſt.



*Proſpice* ] Lege, Proſpica. Næuius: tibi proſpica, ac diſpice. id eſt proſpice. diſpice.

*Proſumia* ] Antiqui Protumia; pro. Portumia, à Græco πορθμεῖον.

*Pube præſente* ] Doctiſſimus Romanorum Virgilius inter alia reconditæ antiquitatis arcana & hoc poſuit, cum ait

-- puppeſque tuæ, pubeſque tuorum.

ex ea enim conſuetudine dixit, cum exprimeret Homericum:

σὺν νηΐ τε σῇ καὶ σοῖς ἑτάροισι.

*Pubes* ] Pubes adoleſcens, qui etiam veſticeps vocatur. Cui contrarium inueſtis. Pubes & pro plurium puberum numero dici ſolet. Ita Feſtus.

*Pubes &* ) Lege: pubes, & puber, qui generare poteſt. Catullus in Galliambo. Ego puber, ego aduleſcens. ego ephebus, ego puer. pro quo ineptiſſime excuſum eſt, Ego mulier, ego aduleſcens.

*Publica* ] Egregium ac luculentum hoc antiquitatis monumentum ita & emendandum, & diſtinguendum cenſeo

EX. PONDERIBVS. POBLICEIS. QVIBVS. HAC. TEMPESTATE. POPOLVS. OETIER. SOLET. VTEI. COAEQVETVR. SEDOLO. M. QVADRANTAL. VINEI. OCTOGINCTA. PONDO. SIET. CONGIVS. VINEI. DECEM. P. SIET. SEX. SEXTARI. CONGIVS. SIET. VINEI. DVODEQVINQVAGINTA. SEXTARI. QVADRANTAL. SIET. VINEI. SEXTARIVS. AEQVVS. CVM. LIBRARIO. SIET. SEXDEQVIMQ. LIBRAE. IN. MODIO. SIENT.

SI. QVIS. MAGISTRATVS. ADVERSVS. HAEC. D. M. PONDERA. MODIOSQVE. VASAQ. POBLICA. MODICA. MINORA. MAIORAVE. FAXIT. IVSSITVE. FIERI. DOLVMVE. ADDVIT. QVO. EA. FIANT. EVM. QVIS. VOLET. MAGISTRATVS. MVLTARE. VTEI. DVM. MINORE. PATRIS. FAMILIAS. TAXAT. LICETO. SIVE. QVIS. IM. SACROM. IVDICARE. VOLVERIT. LICETO.

In hoc Plebiſcito OETIER, eſt, vti. vt in veteri lege:

NEC. QVIS. FACITO. QVOMINVS. EI. OETANTVR. FRVANTVR. HABEANT. POSSIDEANT.

illud. SEXDEQVIMQ Sexdecimque. Addit circa finẽ, cum, quicunque volet magiſtratus multare, liceto: dummodo maiore patrem familias multa, minore eum qui in poteſtate eſt quam patrem familias, coerceat. SACRVM IVDICARE. Filij peculium patris familias, pecuniam, familiamque Cereri ſacrare. Pro ſedulum, manifeſto SE. DOLO. M. legendum. ſine dolo malo.

*Publicius*] In fine: vehicula venire poſſint.

*Pudicitiæ*] Monſtrum verbi eſt in hac periodo. ſed puto ita conficiendum: Pudicitiæ ſignum in foro Boario eſt, vbi Aimiliana ædis eſt Herculis. Deinde: ad milliarium IIII. ex quo factum, illi. Aimiliana ædes Herculis dictum, vt apud hunc ipſum ædes Iouis Metellina. Vide in Tarpeiæ.

*Pueri im* ...] Puer impubes tantum dicitur. Atta in ...., id pluribus verſibus docet. Quæ ſequuntur, pertinent ad hiſtoriam penitus nobis incognitam. Quorum initium plus minus ita conceptum fuiſſe videtur: Pueri æneum ſignum ad Salinas poſitum eſt. quod ſignũ allatum e..... eſt. Quod ſunt conati quidam euellere, nemo vnquam potuit. Quærant igitur docti viri.

*Punici*] *Punici dicuntur*, non Pœnici, quanuis *à Phœnicib. Oriantur*. Et punicum bell*um, quanquam Pœni appellantur*. Nam quæ ſoleb*ant efferre per Pu*, longam, Ennius in Pœ. extulit P*œnos dicens. ſed corruptum eſt incuria l*ibrariorum: qui ea quæ fe*minino genere dicuntur, ſcripſit maſcu*lino etiã ipſi Gr*æci ita loquũtur, qui Philolo*gos, philargyros *feminas dicunt. Pœnos apud Ennium viros putans libra*rius appellari, mut*auit. quod per adiectionem ea* vox explanata non *ſit, cum tamen eiuſmodi* nomina tam in *virili, quam in femineo ſexu accipiantur. nam* dicimus tam hic lupus, qu*am hæc lupus, quin ea, quæ parti*cipia appellantur, quæ *aliquem ordi*nem rerum ſignificant, *& caſus*, tempora, perſonas recipi*unt, vtroque genere enunciantur*. Diſtinximus quæ Feſti ſunt, ab iis, quæ noſtra. Vt lectori fidem faciamus, neque nos credere, neque perſuadere aliis velle, quæ Feſti non ſunt, ea eſſe Feſti. Sed imitatus ſum homines veterum ſignorum, ac ſtatuarum ſtudioſos atque admiratores, qui vbi ſignũ marmoreum elegantiſſime ſcalptum habent, atq; id forte propter vetuſtatem aliqua parte ſui, vt ſæpe fit, mutilatũ



ſit, conquirũt peritos artifices, qui à ſe partem mancã ſuppleant. omnes, qui illud ſignum vident, norunt & quid de veteri artificio deperierit, & quid de nouo additũ ſit. tamen id quod additum eſt, tanti momenti eſt ſæpenumero, vt abſque illo foret, totius ſigni reliqua proportio ac cõmenſus lateret, atque obſcurus eſſet. Sic in hoc Feſti loco fecimus. nam ſine illis mẽbris quæ addidimus, quid ille truncus eſſet, facile diſcerni non poterat. Non mediocriter autem ſtudioſos iuuimus, quantum iudicamus, qui ſolo prope æquatum ædificium diligentia noſtra à fundamentis vſque rediuiuum excitauimus, ac ſartum tectũ præſtitimus. Nouum autem non eſt Ennium Pœnos dixiſſe, cum de feminis loqueretur, cum & Virgilius quoq; dixerit ducente deo, cum de Venere intelligeret. Quod Græcorum imitatione fecit, apud quos ὁ θεὸς, καὶ ἡ θεός. imo potius Homeri, qui de Helena ita ſcribit ἰλιάδ. γ'.

βῆ δὲ κατασχομένη ἑανῷ ἀργῆτι φαεινῷ,
σιγῇ· πάσας δὲ Τρῳὰς λάθεν. ἦρχε δὲ δαίμων.

δαίμων, hoc eſt ἡ ἀφροδίτη. Vellem hæc potius conſideraſſet Macrobius. Hoc enim Virgilius illo loco expreſſit. Caluus: Pollentemque Deum Venerem --- Participia iſtis annumerat. nam amans ἐπίκοινον. Sed melius Græcorum, quam ſi Latinorum exempla adduxiſſet. Nam Græci, quanuis diſtincta participiorum genera per voces habeant, tamen & maſculinum attribuunt feminino, vt Sophocles non ſemel in Electra. quod Feſtus quærit, Pœnicum bellum non dici ſed Punicum, ſciẽdum eſt & veteres Pœnicium dixiſſe. in vetuſtiſſ. lege, quæ proxime tẽpora Punica ſcripta fuit, POPVLEIS. LIBEREIS. QVEI. IN. AFRICA. SVNT. QVEI. EORVM. IN. AMEICITIAM. POPVLEI. ROMANEI. BELLO. POENICIO. PROXVMO. MANSERVNT.

*Pura veſtimenta*] Lege: id eſt non obſtita. Obſtitum eſt fulguritum: ab eo quod obliquum obſtitum dicebãt. Fulgura autem duplicia, cæleſtia, terreſtria. Cæleſtium ictus ſemper obliquus, vt caſus ſemper obliquus. Auctor Plini. lib. II. Porro de puris veſtimentis Seruius in fragmentis: Sane, inquit, in ſacris pura veſtis appellatur, quæ neq; funeſta ſit, neque maculam habeat ex homine mortuo.

*Puri*] Manumiſſio hic dictum eſt pro liberatione, vt dicitur liberatio nexi. Eſt autem manumiſſio, ſeu liberatio ſacrorum cauſſa vnus ex illis modis, quibus liberabatur heres, qui accepta hereditate tenetur ſacris familiæ. Notum enim eſt veteri iure Pōtificio contineri, vt ſacra priuata conſeruentur, ac deinceps familiis prodãtur. ex quo inſtitutum, vt ne morte patrisfamilias ſacrorum memoria occideret, ſed iis eſſent adiuncta, ad quos eiuſdem morte pecunia veniſſet. Igitur præſtigiæ excogitatæ, quibus fucus, vt ita dicã, legi fieret. Introducti enim ſunt modi, quibus ſacra perimerentur. Id autem fiebat aut emãcipatione per æs & libram adhibito libripende, quæ hic dicitur manumiſſio ſacrorum cauſſa. Cicero II. de legibus: Quinetiam cauent, vt cui plus legatum ſit, quam ſine religione capere liceat, is per æs & libram heredes teſtamẽti ſoluat. propterea quod eo loco res eſt ita ſoluta hereditate, quaſi ea pecunia legata non eſſet. Aut fiebat alio genere imaginariæ venditionis, quæ vocabatur coemptio, adhibitis ſenibus coemptionalibus, qui aſſe Caiano, hoc eſt nũmo ſeſtertio dicis cauſſa ter accepto, & rurſus reddito heredem abſoluerent. in ea pro Murena: Sacra illi (veteres) interire noluerunt. horum ingenio ſenes ad coemptiones faciendas interimendorum ſacrorum cauſſa reperti ſunt. aut denique deteſtatione, quæ ſolẽnibus verbis Calatis comitiis celebrabatur. Gellius libro XV. iiſdem comitiis, quæ Calata appellari diximus, & ſacrorũ deteſtatio, & teſtamenta fieri ſolebant. Quare & Seruius Iuriſconſultus ſcripſit librum de ſacris deteſtandis, vbi de iure teſtamentorum diſputabat. Gellius libro VI. capite XII. Seruius Sulpitius Iuriſconſultus, vir ætatis ſuæ doctiſſimus, in libro de ſacris deteſtandis, qua ratione adductus Teſtamentum verbum eſſe duplex ſcripſerit, non reperio. Corrupte enim in Gellio vulgo editur: in libro de teſtamentis ſecundo. At ea, quam repoſui, eſt veterum excuſorum & calamo exaratorum. Alij erant etiam modi perimendorum ſacrorum, vt caput partitionis, in deducendis centum nummis. de quo vide ſecundo de legibus. Tantum ea ego appoſui, quæ declararent, quid manumiſſio ſacrorum cauſſa hic apud Feſtum, quid item deteſtatio ſacrorum. Neq; eſt quod quiſquam putet, ma-



numiſſionem ſacrorum cauſſa dici, quod Veſtalis, & Flamen Dialis exibat patris ſui poteſtate. Nam ij ſtatim ſine emãcipatione, ac capitis deminutione de patris poteſtate exibant. Neque libet intelligere de eo, quem pater in alienam familiam daret, vt cum eum ex poteſtate emiſiſſet, poſtea ſacrorum cauſſa manumiſſio celebraretur. qui enim tertia mancipatione in iure ceſſi erant à parente, in cuius poteſtate erant, eodem momẽto in patris adoptiui ſacra tranſibant quo è patris naturalis ſacris exibant. Apparet autem, qui ſacris exoluebatur auri puri, probi, puti, ſui neſcio quantum arcæ Pontificum inferre ſolere.

*Purime*] Infra. Duo mẽbra ſunt in his reliquiis. in primo quid ſit ager publicus diſſerebatur: nempe quo & augures publici fruebantur, qualis erat qui in agro Veienti erat, nomine Oſcus. Videtur autem velle Feſtus Publicum agrum dictũ eſſe ab auguribus publicis. De quibus Varro: Vt noſtri augures publici diſſerũt. Cicero: publici augures ſignis & auſpiciis poſtea vidento.

Poſtea] Ita pene ſcripſerat: Prodicere diem eſt prodere. Prodictio namque proditio eſt, quæ in præſens valet. pro dicere diem, & prodere diem idem eſſe ſupra notauimus. Gellius lib. XII. cap. XIII. Kalendaſque mihi prodictas, vti intra eum diem pronunciarem. Male hodie, productas.

*Puticuli*] Fere ex Varrone emendari poteſt. Acro: à putei foſſis ad ſepelienda cadauera pauperum, locus dictus eſt puticuli.

*Putus*] Putum ait dixiſſe antiquos, pro puro. Vnde putatæ vites, quod, cum id, quod impedimento erat, deciſum eſt, remaneant puræ, vt Cornific. ait. Hæc Feſtus; & ad id vtebatur auctoritate Ennij in Alexandro, qui dixerit, dimidio purus putus. Item Plauti ex Pſeudolo: Purus putus ſycophanta eſt. Reliqua fere ſunt in Epitome.

Poſt *Putus*] Incompertum mihi, quid voluerit Feſtus vſque ad illud . . . formon. duæ lineæ. quæ ſequũtur, pertinent ad pedeſtria auſpicia. Et ſupinitate neſcio qua huc tranſlata ſunt, cũ iam ſupra ſuo loco relata ſint. Vide poſt Pedeſtria. Quod ſequitur, manifeſto ita fuit: Parilia ſibi obſeruanda iudicant priuatim ipſæ quoque puerperæ domi in ſtratis, vti pariendo ſtabiliantur Parilia feſta. Nõ

ſolum, inquit, rure vniuerſorũ Parilia ſunt, ſed & priuatorum domi, puta puerperarum. Vide ſuperſtitionem. qui dicebant Palilia, à Pale Dea deducebant. qui Parilia, à pariendo. Porro in ſtratis, hoc eſt in lectis, fœtæ cubabant dicis cauſſa. Eos lectos in atrio ſternebant, quos aduerſos vocabant. Aſconius in Miloniana: Deinde omni vi ianua expugnata, & imagines maiorum deiecerunt, & lectulum aduerſum vxoris eius Corneliæ, cuius caſtitas pro exemplo habita eſt. fregerunt: itemque telas, quæ ex vetere more in atrio texebantur, diruerunt. Ex quibus apparet in atrio ante ianuam lectum aduerſum fuiſſe. Propertius:

Si tamen aduerſum mutarit ianua lectum,
Sederit & noſtro cauta nouerca toro.

hoc eſt, ſi alia vxor ſuperinducatur, quę aduerſum lectum noſtrum mutet, hoc eſt ſibi non mihi ſternat. Nam vna quæque matrona domi ſibi aduerſum lectum ſternebat. Laberius in Compitalibus.

Nunc lentus es tu, nunc tu ſuſque deque fers.
Mater familias tua in lecto aduorſo ſedet.
Seruis ſex tantis, vernulis nefariis.

Hoc eſt, vxor tua fœta de more in aduerſo lecto ſedet adſtantibus improbiſſimis ſeruulis. neq; ſuſpicaris de ſtupro. Sternebatur etiam lectus Diis coniugalibus Pilũno, & Picumno. Seruius in ſchedis: Varro Pilumnũ, & Picumnum infantium Deos eſſe ait: eiſque pro puerpera lectũ in atrio ſterni, dum exploretur, an vitalis ſit, qui natus eſt. Intelligit autem locum Varronis hũc ex li. II. de vita Po. Rom. Natus ſi erat vitalis, ac ſublatus ab obſtetrice, ſtatuebatur in terra, vt auſpicaretur rectus eſſe: diis cõiugalibus Pilumno & Picumno in ædibus lectus ſternebatur. Ex quibus apparet, alium lectum aduerſum eſſe, alium eum, qui Pilumno, & Picumno ſternebatur. Nemo eſt antiquitatis paulo ſtudioſior, qui nõ his rediuiuis Feſti reliquiis lætetur, præſertim de aduerſo lecto apud Propertium, quod hactenus à nemine indicatum fuerat.

P*utus*] Infra. Deinde de verbo Promptum agebat: prõptum ſignificat paratũ. deinde vtitur teſtimonio veteris ſcriptoris, qui dixerit: de cuius ære tute promptum triticum in commentario tuo retuliſti. quidam prolatum ſignificare aiunt promptum. ſed promptum ait id, quod in

futurum



futurum factum ſit, cui. . . . . . re, cum præſertim aliud penus, aliud promptuarium panis olei vini appelletur. In hanc ſentẽtiam Feſtum ſcripſiſſe putamus. nam monſtrũ verbi erat. pantoleium, pro. panis. olei, vini.

*Pu. . . .*] Plane ignoro quid ſit.

*P. . qu.*] De Pio, ac Piaculo, & expiationibus fulgurũ egiſſe Feſtum puto. item pecuniam, quæ errogaretur piaculorum cauſſa, piacularem dictam. edictaque, quæ quid in religiones ob ignorantiam commiſſum expiari iuberent, piacularia dicta. id que referri a Meſſala in explanatione ſacrorum, an auguriorum. Sequebatur deinde. Pipulum, ploratus, a pipatu pullorũ ſumptum. Varro. In Aulularia: Pipulo te differam ante ædes: id eſt conuicio, declinatum a pipatu pullorum. Iſidorus in Gloſſis: Pipulo. ploratu, conuicio. Reliqua alio pertinebant, de conſulibus eorumque lictoribus. puto iis tractatum fuiſſe de legibus Conſularibus in ciues rogatis, quæ ſanciebant pœnam verberum. Nam in fine manifeſto hæc ſcripta fuerunt: tribus X X X V. aut priuilegia irrogare aut de capite ciuis ſtatuere, niſi maximo comitiatu vetãt X I I. Tabularum leges præterquam in veneficos, quique malum carmen incantant. quia ipſi indemnati iure occiduntur. Notũ eſt quod poſui, de capite ciuis, & de priuilegiis ex Ciceronis non paucis locis, pro Sextio, pro domo, & I I I. de legib. libro de veneficiis, & incantatoribus notiſſimus eſt Plinij locus lib. X X V I I I. cap. I I. Indemnatos ait occidi. Quia paſſim vnicuique interficere licebat, vt apparet.

## Q

Q*Vaeſo*] Verſus Ennij de Anco Martio accipiendi ſunt, qui oſtiam muniuit, & portum Tiberis,

Oſtia munita eſt. idem loca nauibu' polchreis
Munda facit, nauteisque mari quæſentibu' vitam.

Verſus ex Creſphonte ita legendus:

Ducit me vxorem ſibi liberum quæſendum gratia.

*Quæſtores*] Quæſtores creabantur, qui cognoſcerent de rebus capitalibus. vnde & Quæſtores parrcidi appellantur.

*Quamde*] Corruptiſſima quæ hic ſunt, ex veſtigiis priſcæ ſcripturæ ita emendato: cum multi veteres teſti-

Q

monio ſunt, tum Ennius in primo:

Iuppiter, vt muro fretus magi' quamde manus vi.

& ſecundo: &c. In verſu Ennij Iuppiter eſt θαυμαστικόν, vt in illo:

Iuppiter vt triſti lumina ſæpe manu. &:

Doctis, Iuppiter, & laborioſis. Porro & QVAMDE in illis Saturniis verſibus legitur,

Namque nihilum peius macerat humanum,
Quamde mare ſæuum. Vires quoi ſunt magnæ,
Topper confringent importunæ vndæ.

*Quando Rex* ] In his deploratis ruderibus tantum deprehendere poſſumus, huius diei, qui in faſtis notatur, Q. REX. C. FAS, anteriorem partem nefas eſſe, poſteriorem fas. Quod recte Varro dixit: ad id tempus, nefas: ſignificans anteriorem. &, ab eo fas: notans poſteriorem Dies nefaſtus priore vel anteriore parte notabatur N P. vel N E P. vide ſupra Nefaſti. Notabatur & N F. PR. quod quidam interpretantur, Nefas prætori. quod ego non ſequar. Additur in fine; ſiquis alius pro rege dicat ad comitia, puta Pontifex. tam is dies . . . . vtrum intelligat Fas an Nefas neſcio. Porro in Faſtis marmoreis, qui extant Romæ, inuenio bis notatum hunc diem VIIII Kal. April item VIIII. Kal. Iunij. Nemo, quod ſciam explicauit, quis eſſet mos huius diei, qui ritus, quæ antiquitas. Sciendum Regi ſacrorum neque magiſtratum gerere, neque verba ad populum habere fas fuiſſe. propterea in comitium ire illi non licebat, niſi hoc die, qui notatus eſt in faſtis. ibat enim in Comitium ſacrificij cauſſa, quo properanter patrato protinus fuga ſe e comitio eripiebat. Plutarchus: ἔστι γοῦν τις ἐν ἀγορᾷ θυσία πρὸς τῷ λεγομένῳ κομιτίῳ πάτριος, ἣν θύσας ὁ βασιλεὺς κατὰ τάχος ἄπεισι φεύγων ἐξ ἀγορᾶς. Varro dies, qui vocatur ſic, Quando Rex comitiauit, fas: dictus ab eo, quod eo die Rex ſacrificulus dicat ad comitium. Si a docto viro quæram, quid ſit dicere ad comitium, ſane non agnoſcet Latinum hoc genus loquendi. & profecto ineptum eſt. Legendum enim, itat ad comitium. Ita loquitur alibi, milites appellant latrones, quod itent, vti milites, cum ferro. Quare ob id alij aliter notas, quæ legebantur in faſtis, interpretabantur: Q. R. C. F. Quando rex comitio fugit. Quod Ouidius manifeſto nos docet:

Quatuor inde notis locus eſt: quibus ordine lectis
Vel mos ſacrorum, vel fuga Regis ineſt.

Vtrunque enim complexus eſt. Quando Rex comitiauit. hic enim eſt mos ſacri, quod faciebat in comitio. & Quando Rex comitio fugit. Tangit enim fugam Regis e comitio. Plutarchus: ἄπεισι φεύγων ἐξ ἀγορᾶς. Quid certius hoc teſtimonio? At Paulus: Quando rex ſacrificulus diuinis rebus perfectis in comitium venit. Imo, quando rebus diuinis perfectis abit e comitio. quare eius commentitiæ cauſſæ in ruderibus Feſti ne veſtigium quidem apparet. At quid aiunt docti viri? Ouidium ignoraſſe quid ſibi vellent illæ literæ ſingulares. quaſi fas ſit doctiſſimum pœtam ignorare, quod formularios, leguleios, litigantes, ac minimos quoſque de fæce Numæ ſcire oportuit. Nam de Regifugio ipſum non intellexiſſe, teſtis erit ipſemet, qui de eo in menſe Februario ante tractauerat.

*Quando ſtercus*] Infra: Quando ſtercus delatum, fas: eodem modo in faſtis notatur dies: qui talis eſt, vt ædis Veſtæ purgetur, ſtercuſque in cliuum Capitolinum deferatur. cum id factum ſit, tum eſt Prætori fas.

*Quartarius*] Lege ita verſum Lucilianum:

Porro homines nequam, malus vt quartariu' cippos
Colliſere omnes--

Notum eſt cippos ſepulcrorum olim ſecundum vias publicas fuiſſe. Itaque facile collidebantur a mulis ſagmariis, cum ea præterirent.

*Quaxare*] Gloſſæ: Quaſſat, ὅταν φωνεῖ βάτραχος.

*Quercus* ] Querquera febris, dura, ac grauis: quam quidam a quercu dictam putant. quod id genus arboris cum graue ſit, ac durum; tum in ingentem euadat amplitudinem. Aurelius Opilius frigidam, atque trementem. Santra eam ex Græco deducit. quia tremorem eiuſmodi χέρχερον vocant. vnde dici etiam Carcerem. Plautus in Friuolaria: is mihi erat bilis querquera, tuſſis. Lucillius-iactans me, vt febris querquera. & alibi: Querquera conſequitur febris, capitiſque dolores. Hæc Feſtus. Adde ad eius ſententiam confirmandam Homericum:

--χάρχαιρε δὲ γαῖα πόδεσσι. vide Grammaticos.

*Querquetulanæ*] Lege: ſed feminas antiqui quas nunc dicimus, viras appellabant. quæ, inquit, nunc feminæ a nobis dicuntur, eæ viræ dicebantur. neque immerito, cum maſculinum ſit vir. Ita enim & vtrunque formant ſexum Hebræi. Iſs, vir: Iſſa, vita, hoc eſt femina.

*Quianam*] Lege ita Nævianum Saturnium:

Summe Deum regnator, quianam genuiſti?

Enniano verſui deeſt ſyllaba. heu.

Heu quianam dictis noſtris ſententia flexa eſt:

*Quinquatrus*] Caue ſentias cum iis, qui mutandum cenſent qui fere his, in, quibus feriæ. Nihil enim facilius hac lectione.

*Quinq.*] Quinquennales cenſores appellabantur, qui luſtrum condebant quinto quoque anno, a quo ita appellari cœptos.

*Quirinalia*] Confuſus ac corruptus locus ita ſuo ordini, ac nitori reſtituetur: Quirinalia menſe Frebruario dies, quo Quirino fiunt ſacra. idem ſtultorum feriæ appellatur, quod quidam, qui ſuorum Fornacalium ſacra Romæ ignorauerant, eo potiſſimum rem diuinam faciunt. Addit Romæ quia Curiarum feſta erant, & a Curione maximo indicebantur.

*Quiſquiliæ*] Cæcilij verſum trochaicum ita lege:

Quiſquilias volantis venti ſp olia memoras. imodo

Ita ſolet in Comœdiis. Cum ſermonem alicuius non curat quis, dicit, logos, quiſquilias, floccos, loqueris. abi. In Truculento:

Campas dicis: abi, abi. conſultaui iſthuc. De quo ad Plautum plura. Item verſum Næuij.

Abi, abi deturbate ſaxo, homo non quiſquiliæ.

Quiſquiliæ ſingulariter. homo non quiſquiliæ, vt, homo non nauci.

# R

R*abula*] Inuenio in Gloſſis, Rabicula, δημαγωγός neſcio an bene.

*Radi*] Quanuis vetitum eſſet lege XII. Tab. tamen fiebat etiam temporibus Varronis. Seruius in ſchedis: Varro dicit mulieres in exequiis, & luctu ideo ſolitas ora lacerare, vt ſanguine oſtenſo inferis ſatiſfaciant.



*Rapi*] Aliam cauſſam reddit Seruius, qui adhuc latet in bibliotheca Danielis noſtri: FACES. Seruius: quæ, inquit, ſolent praeire nubentes puellas, corneæ ſane faces, quæ quaſi diutiſſime luceant. quas rapiunt, tanquam vitæ præſidia, namque his qui ſunt potiti, diutius feruntur vixiſſe.

*Rates*] Rates vocant tigna colligata, quæ per aquam aguntur quo vocabulo interdum etiam naues ſignificantur. Afranius in Epiſtula: Vento perculſam ratem. item eo nomine ſignificarunt etiam remos. Attius in Neoptolemo: atque ego repercutio ratibus mare. & alio loco: Sed iam propellunt rates ſalum. Recte remos rates ait appellatos propter ſimilitudinem. Nam remi ſuper aquam ſublati a remigibus eam ſpeciem referunt. Propterea & ταρσοὶ a Græcis non ſolum rates, ſeu σχεδίαι, ſed & remi ipſi dicuntur. Gloſſæ: Ratis, ταρσός. Idem prope innuere videtur Varro libro ſexto ad Ciceronem de Latino ſermone. ſed cum locus non ſolum corruptus, ſed mancus ſit, vt olim indicauimus. ita & reſtituemus, & ſupplebimus ex fragmentis Seruianis, quæ ſunt penes Danielem noſtrum: Ratis dicta nauis longa propter remos. quod hi ſupra aquam ſublati dextra & ſiniſtra duas rates efficere videntur. Rates enim, vbi plures mali, vel trabes ſunt iuncti, aqua ducuntur. hinc nauiculæ cum remis ratianiæ dicuntur, Ita Seruius. quæ lectio prope manu nos ducit ad verba Feſti interpretãda. Suſpicor in verbis Varronis Ratianias accipiendum pro illis, quas Gellius ratiarias vocat. Sic enim pedarium, & pedaneum: extrarium, & extraneum: & ſimilia vtroque modo dicebant, vt alibi docuimus. Ita vt idem quoque ſit Ratianiæ & Ratiariae.

*Ratitum*] Infra: Ratitum quadrantem ſignauit Tarquinius Rex. quem . . . . . . & Opilius Aurelius dictum putant, quod in eo. & triente ratis fuerit effigies, vt nauis in aſſe. vnde Lucillius quadrantem quoque ratitum vocat, cum ait--quadranti pratiri. Antonius ratitos dici trientes putat, quod ratis appellatio rertiæ partis aſſis ſit, quinæ aut alius partis nulla ſic, ſed ſecundum numerum, vt Sextans, nec hac rera tem dici ni ſi de terna. ac legib. Numæ vnam ratem trientem ſignificat. quod hi penderen-

tur, cum ratio cum his putaretur, quibus ſoluendi eſſent Plinius ait ſignatum aes primum a Seruio rege, hoc eſt aſſem. vnde claſſes ex cenſu aſſium ab eodem definitæ. Poſt illum videtur Tarquinius Superbus aeris portiones ſignauiſſe, hoc eſt aſſis portiones, trientes & quadrantes, quantum ex hoc loco coniicere poſſumus. Nam antea eadem aeris nõ ſignati æſtimatio. vt poſt ſignati idem pondus. vnde in legibus Numæ ratem id valuiſſe nondum ſignato aere idem, quod poſtea ſignato, hoc eſt tertiam partem aeris. Locum Lucilij, quem non dubium eſt hic citari a Feſto, ſuppleuimus ex Varrone. Antonius eſt nobilis Grammaticus præceptor Ciceronis, cognomine Cnipho. quod Græcum eſt κνίφων. non enim intelligitur de illo Antonio, qui miſcuit ferrum argenteo denario, quod video placuiſſe doctiſſimis viris. niſi pro Antonius malimus Artorius. quod valde placet. Præclara eſt & docta illius viri opinio, apud veteres etiam nondum ſignato aere. ratem ſignificaſſe tertiam portionem aeris: vnde in legibus Numæ quod ſcriptum erat VNAM RATEM, id ſignificabat vnum trientem: quod; ſcilicet trientibus ratio putaretur, & trientes ſoluerentur quibus ſoluẽda res erat. Inſignis ſane hic eſt locus, quem ſi, vt alios, non iiſdem Feſti verbis reddidimus, at id ſenſiſſe auctorem nemo eſt, qui ſi paullo mentis oculos adiiciat, clare ac perſpicue id cernere non poſſit.

*Ratumena*] Lege: in conſpectum quadrigarum. Feſto non conuenit cum Plutarcho in Poblicola. Plutarchus poſtea redditas quadrigas fictiles ait. Feſtus antequam hæc acciderent. bello repetitas.

*Rauiliæ*] Turnebus legit, quemadmodum a colore fuſco Sullæ. Si nobis liceret, quotieſcunque libet, omnia mutare, delere, peruertere, nemo eſſet, qui doctus eo nomine dici non poſſet. Quam enim hæc diuerſa ſunt a vulgata ſcriptura? & tamen cur offenditur ea, quæ planiſſima eſt? Deinde vide quantum periclitaturus erat de exiſtimatione ſua. niſi æquiores lectores nactus eſſet, qui verba Plutarchi omnino contra ſe adduxit. Plutarchus ait dictum διὰ τὸ ἐρύθημα τραχὺ καὶ σποράδην ἀναμεμιγμένον τῇ λευκότητι. At in Feſto ipſe legit Sullas a fuſco colore dictos. Quid? fuſcus color idem eſt cum eo, qui ex



rubro & albo miſtus eſt? Dolet mihi magno viro imprudenti hoc excidiſſe. Præterea, non primo Sullæ cognomen hoc datum. erat enim eius familiæ. At nos vulgatam lectionem, quia nihil mendi in ſe habet, ſartam tectam in ſuo loco tueamur. Rauillæ autem non Rauiliæ legendum. quod cognomen fuit L. Caſſio Longino, qui cum Cn. Seruilio Cæpione Cenſor fuit anno A. V. C. DXXVII.

*Rauim*] Gloſſæ: Rauis, κόρυζα. Iſidorus: Rauit, rauce loquitur. Lucillius:

Rauſuro Tragicus qui carmina perdit Oreſte.

*Raucos*] Raucos appellatos eſſe ait ab ariditate, vel à ſimilitudine ſpicarum ariſtæ. in ſpicis enim frumenta, raua appellari docet. Gloſſarium: Rauus, ξηρπός. vult fructum quemuis maturum Rauum vocari: Feſtus tantum frumẽta in ſpicis.

*Recipie*] Lege recipiem, vt ſupra, Attingem. vbi idem error erat.

*Reciprocare*] Contaminatiſſima ſunt iſta, neque χθὲς καὶ πρώην labes iſtæ huic loco inſederunt. Video enim & Paulum illas adbreuiatorem in ſuam epitomen contuliſſe. monſtrum hominis, qui quod non intelligebat, reliquerit: quod facile ac vulgo notum erat, id omne, tanquam inutiles ramos, reciderit. Igitur videamus, an ita ſcripſerit Feſtus: Pacuuius Teucro: Rapio, reciproco-- pedem cito aut vltro citro reſtem. Reciprocare, ſurſum deque gremiis ſubiectare, ac adfligere, Nam ſane in verſu Plauti reciprocare, nihil aliud quam ſuſque deq; gremio erecto, aut depreſſo geſtum ita componere, vt tolleno, aut pilum Græcum videatur. igitur illud Pacuuij, Reciproco Feſtus exponit, vltro citroque reſtitans pedem cito. Fortaſſe continuandus verſus Pacuuij: -rapio, reciproco, pedem cito vt vltro citro reſtem - Vide Varronẽ, qui citat verſus Accij: Tendens neruo Tela reciproca cõdita equino. Sunt autem ex Philoctete Attij, auctore Seruio in fragmentis.

*Reconducta*] Lego, Reconduit, refecerit. & certum eſt ita eſſe. reconduit: aut reconduat, & creduit, & creduat.

*Recte*] Vide Regillis. Plinius de Caia Cæcilia: Ea prima

Q iiij

texuit rectam tunicam: quales cum toga pura induuntur, nouæque nuptæ. Recta tunica deſcribitur in Euangelio: χιτὼν ἄρραφος ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι᾽ ὅλου. Græci ſcriptores ὀρθοστάδιοι χιτώνια vocant.

*Redantruare*] Lege: Redamptruare dicitur, in Saliorum exultationibus, cum præſul amptruauit, quod eſt, motus edidit, & referuntur inuicem iidem motus. Lucillius:

Præſul vt amptruat, inde & volgu' redamptruat olli.

Pacuuius-- promerendæ gratiæ

Simul cum videam Graios nihil mediocriter
Redamptruare, opibuſque ſummis perſequi.

Sequuti ſumus veterem ſcripturam amptruare, pro antruare. vt temptare, pro tentare. ſumptus, pro ſumtus, & ſimilia. Quædam de amburuare olim diximus. Sed quæ non ſint præferenda huic coniecturæ. Nam verum eſt à trua, dictum amtruare. hoc eſt circum voluere. vt cum trua olla circum mouetur.

*Redarguiſſe*] Ipſa verba Feſti indicant legendum, Redarguiſſe. Lucilij vero Trochaici ita gradiuntur:

Quo facetior videare, & ſcire plus quam cæteri,
Pertiſum hominem, nõ perteſum dicere fortunam,

genus. Quo, inquit, facetior videare, P. Scipio, dicis, homo pertiſus eſt fortunam, pertiſus eſt genus, nõ perteſus.

*Redhoſtire*] Næuius in Ludo:

Vbi Veiens Regem ſalutat: Iubeo Albanum Amuliũ
Comiter ſenem ſapientem: cõtra redhoſtit Menalus.

& Attius Amphitruone:

-- Cedo ecquid te redhoſtit, cum ea ſeni
Obiectet facilius? -- Ennius in Creſphonte:
Audi, atque auditis hoſtimentum adiungito.

Et in Hectoris Lytris:

Quem mea cominus machæra, atque haſta hoſtiuit

emanu. Emanu, pro Eminus. Atque ita hæc deplorata, in integrum fortaſſis reſtituta ſunt. In verſu Næuij idem eſt. ac in Andria Iubeo Chremetem.

*Redimiculum*] καθετὴρ, ἀνάδεσμος. Gloſſæ.

*Rediuia*] Læuius, non Liuius legendum. Sæpe citatur Liuius, & Næuius, cum ſit Læuius, qui ſcripſit Erotopægnia, item poema Io: ex quo eſt iſte Scazon:



Scabra in legendo, rediuioſaue offendens.

Nam ex eodem poemate de Io ſcribit:

Seſeque in alta maria præcipem miſit
Inops, & ægra ſanitatis Herois.

De hoc Læuio multa diximus ad Auſonium.

*Referre*] Liuius hoc dicit, præferre diem: oppoſitum τῷ Prodicere diem.

*Refriua*] Refriua faba dicitur, vt ait Cincius, quæ ad ſacrificium referri ſolet domum ex ſegete, auſpicij cauſſa, quaſi reuocet fruges domum: data enim eſt & tritico: ad rem diuinam faciendam. Non ſolum, inquit, data eſt faba refriua ſuo generi, ſed & reliquis frugibus, & tritico. Plinius: Fabam vtique è frugibus referre mos eſt auſpicij cauſſa, quæ ideo Refriua appellatur. Pliniani libri habẽt refrinam male per n, non per u. Referiuus, referititius: Conditiuus, condititius, & ſimilia. Hæc autem res diuina fiebat Kalendis Iuniis. vnde dictæ ſunt Kalendæ fabariæ. quia hoc menſe adultæ fabæ diuinis rebus adhiberentur. auctor Macrobius. Eodemque die pulte fabaria, & larido Carneæ deæ res diuina fiebat. neque aliud intelligitur in fine horum Feſti verborum, cum puls fabata diis datur, &c.

*Refutare*] Citabat exemplum Pacuuij in Hermiona. Addebat, in Refutare A in V mutatum: dictum enim eſſe à fando: proinde ac in cludo, A in V mutatum eſt. Sed iſta ſunt Grammatica, id eſt inepta. Primum obliuiſcitur ſimplex eſſe Futare ſupra dictũ à Catone. Deinde ignorat eſſe deductũ ab ollis, quæ cum feruentes paulo plus exuberant, ſolẽt futo vaſe ad hoc apto inuerſa aqua cõpeſci: quod dicitur futare, & confutare ollam. Titinius Setina:

Coquos ahenum. quando feruit, paulla cònfutat trua.

de futo vaſe, & ſupra diximus, & Varro meminit. & nos ad Varronem quædam olim.

*Regieſcit*] Scribe: Regleſcit cum dixit Plautus, ſignificat Creſcit, in illo verſu: Nihil ſupereſt. ve miſero mihi ac regleſcit dolor. vnde etiam Glires, &c. Regleſcit ergo, pro Regliſcit.

*Regifugium*] Agebatur de Regifugio, quod vi. Kal. Martias in Faſtis notatum erat, vſque ad illa, . . . truria. Mox aliud caput: Regifugium dies Kal. Iuniis in Faſtis &

notari & legi debet cum NP. quod ille dies ſit è nefaſto faſtus. Ex quibus apparet Feſto aut Verrio diſplicuiſſe vulgatam lectionem Faſtorũ, quæ plane non per NP., ſed per N, quaſi totus nefaſtus ſit, hunc diem conciperet, & Kalendarium marmoreum ita habet per N, non per NP.

Poſt *Regifugium*] Regia ſacrorũ, quod in fanum à Pontifice conuocati conueniant: quod in ea ſacra à Rege ſunt ſolita vſurpari. Regem autem intellige Regem ſacrorũ. Prima verba interpretãda ſunt, ac ſi Feſtus dixiſſet: Regia ſacrorum eſt fanum, in quod à Pontifice conuocati cõueniant. Ita ſæpe loquitur Varro. Sic ſupra: Nauia ex vno ligno exculpto vt nauis, quo vtuntur alueo in vindemia. Dicendum enim erat. Nauia, alueus ex vno ligno exculpto, quo vtuntur in vindemia. Quæ ſequuntur, videntur dicta de Regio Lepidi, quod nundinæ, forum, conuẽtus agerentur in ea ciuitate videri dictum à maieſtate. Quod & confirmat Strabo. qui non de hoc Regio Galliæ Ciſalpinæ, ſed de Regio Fretenſi loquens ita ſcribit: πάλαι ἔτι διὰ ταύτην αἰτίαν (διὰ τὸ ῥαγῆναι) τοὔνομα τῇ πόλει γέγονεν, εἴτε διὰ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πόλεως, ὡς ἂν βασίλειον τῇ λατίνῃ φωνῇ προσαγορευσάντων τῶν σαυνιτῶν &c. A maieſtate ergo Feſtus Regum Lepidi, vt διὰ τὴν ἐπιφάνειαν Strabo Regium Samnitum, ſeu Brutiorum. Quæ ſuperſunt, ego nõ intelligo. neque videntur huc pertinuiſſe.

*Regium eſt*] Regium eſt, quod aut eſt, aut fuit regis: vt ſeruus regius, & leges regiæ, quales ſunt Numæ Pompilij, & regium facinus, dignum Rege.

Poſt *Regium*] Romanos Græcos appellat Ennius: Contendunt Græcos: Graios memorare ſolent ſos. Quod Græca lingua longos per tempori' tractus Hos paui. --- non Romanos Grçce loqui ait, cum Romulus Vrbis conditor Latine locutus ſit: ſed quod olim lingua Græciæ gentis fuerit eadem cum Latina, parum declinatione mutata. Puto ſatis fideliter verba Feſti reddidiſſe, modo ſecundo verſui Ennij verborum conſtet fides; nam de ſententia non ita laborandum, cum ea ex primo verſu depẽdeat quem primum verſum retulimus ex voce ſos: vbi integer plane ita, vti expreſſimus, habetur. & ex eius collatione Graios, non Graij, tum etiam ſententia ipſa ita poſtulante, legendum eſſe, nemo dubitare debet. Quod ſi ita eſt, vt certe videtur eſſe, manifeſto Feſtus ſeu Verrius nõ capit mentem Ennij. Nam Ennius gloriatur ſe pauiſſe Romanos Græca lingua: vnde Græcos, & Graios omnes iam eos vocabant. Certiſſimum enim Ennium cum Liuio primum omnium Grecas literas docuiſſe Romanos. Suetonius: Antiquiſſimi doctorum quidem & poetæ & oratores ſemigræci erant. Liuium & Ennium dico, quos vtraque lingua domi foriſque docuiſſe adnotum: & ſi nihil amplius quam Græce interpretabantur. Ex his Suetonij verbis potes colligere quare glorietur ſe pauiſſe eos Græca lingua. quod quã eleganter dictum ſit, nemo ignorat, qui ſcit à veteribus id genus loquendi ſolitũ vſurpari: vt ἑςίασεν ἡμᾶς λόγοις. & Cicero: literæ, qui eſt ſuauiſſimus paſtus animorum. Merito ait Romanos ab omnibus certatim Græcos, & Graios, vocari: cum Cato hoc vidẽs, in ſenatu exclamauerit ſe non poſſe pati Græcanicã vrbem. Vides igitur ex ſolo primo Ennij verſu imperite interpretatum eſſe à Verrio Ennij ſenſum, vt iam diximus quanquam verum eſt, quod ait in fine, eandem pene cum veteri Græca veterem Latinam linguam fuiſſe. Nam & eaſdem pene veterum Latinorum cum Ionum literis fuiſſe teſtatur Plinius libro VII. Quin & linguam Romanorum Græcam fuiſſe auctor Varro & Dionyſius extremo libro primo. & inſcriptio illa Delphica, quam producit Plinius, eſt fere Latinis characteribus ſcripta. NAVCIKPATES. TICAMENOV. AΘENAIOC. KOPAI. KAI. AΘENAI. ANEΘEKEN. & in veteribus tetradrachmis AΘEI. pro ἀθηνῶν.



*Religioſi*] Macrobius libro III, Secundum Pompeium Feſtum religioſi ſunt, qui facienda, & vitanda diſcernunt.

*Reluat*] In verſu Cæcilij lege oppoſiuit.

*Remant*] Non eſt alius inquinatior locus, neque maculoſior. Legendum proculdubio: Reuitant, repetant. Ennius:

-- Deſtituant riuos campoſque reuitant. Reuitere aliter, & melius, ſcribitur rebitere. Gloſſæ: Reuitere, ἀνακάμψαι.

*Remeare*] Verſus Afranij indiget emendatione:

Vetuit me ſine mercede proſum Paccius
Remeare in ludum --

*Remiſſo* ] Vt confidentis hominis eſſet præſtare omnia, quæ deſiderantur hic, verba repreſentari poſſe: ſic moroſi & anxij omnia tanquam ſint in numerato, exigere. Hic æquum indicem poſtulo, vt in id tantum quod facere poſſum me condemnet: hoc eſt quantum ex ſententia indagari poterit; non quãtum verborum ipſorum ratio poſtulare videtur. Propemodum auguror quid Feſtus velit, idque non eius integris. ſed partim eius, partim meis verbis, ſi potero, declarabo ita: Remiſſo exercitu ſimul & Augur, quo conſul vſus eſt in auſpicando, abire iubetur. quod tunc eo abeunte certum eſt exercitũ eſſe remiſſum: vt cum opus ſit, tunc, ſi velit, abire poſſit. Nam Conſules, aut Cenſores non in perpetuum ipſis auguribus vtuntur, vt ait . . . . ſed in auſpicio: quos poſtea dimittunt. à quo ex lege ſecures habitæ ſunt prius, eum & priorem eſſe Aait ntiſtius Labeo. eadem quoque lege ſignificari priorem eſſe in auſpicando dicitur, vt ait idem in libro de officio auguris. Poteſt autem aut id in conſilio facere, aut ſi quo alio volet loco pullis pultem obijciens ſoliſtimum facit auſpicium. aut etiam, ſi velit, intra pomerium: ſin autem, in templo conſiſtit. Primum quod hic dicitur augures adeſſe Conſuli exercitum imperanti, & comitia centuriata habenti, plane id confirmatur his Varronis verbis ex quinto de ſermone Latino. Hoc nunc aliter fit, atque olim. quod Augur Conſuli adeſt tum, cum exercitus imperatur, ac præit, quid eum oporteat dicere. Conſul Auguri imperare ſolet, vt inlicium vocet, non accenſo, aut præconi. Id incæptum credo, cum abeſſet accenſus: & nihil intereret, cui imperaret. & dicis cauſſa fiebant quædam neque item facta, neque item dicta ſemper. & in III. de re ruſtica: Ibi Appium Claudium Augurem ſedentem inuenimus in ſubſelliis, vt Conſuli, ſiquid vſus popoſciſſet, eſſet præſto. Porro ita magiſtratus Auguri denunciabant: Q. FABI TE VOLO MIHI IN AVSPICIO ESSE. Augur reſpondebat: VOLO. Conſul autem, vt ait, auſpicabatur aut intra pomerium, aut in templo conſiſtens. in quibus locis ſemper ei auſpicanti præibat Augur, vt notum eſt ex verbis. quæ paulo ante



quinto de ſermone Latino retuli. Idem ait non dubitari priorem eſſe Conſulem, qui prior faſces habeat, hoc eſt, qui ex lege prior factus ſit conſul. vt ſupra locutus eſt in verbo Parare: quod reponendum eſt poſt Pappi. Eandem autem legem interpretatione ad auſpicia quoque trahebant. vti ſcilicet cuius priores eſſent faſces, eiuſdem prioris eſſent & auſpicia. Ex iſtis, & ex aliis quam plurimis paſſim poſſumus aduertere, quam æqui boni beneficium Pauli interpretari debeamus, qui maximam a poſteritate gratiam ſe initurum ſperauit, ſi de bono autore male promereret, quẽ meliore ſui parte mutilauerit, vt ita cum ex Atlante nanum ſe facere poſſe contendit, ex homine integro, mancum & mutilum nobis proponat.

*Renouatiuum* ] Vide Adteſtata.

*Repagula* ] Gloſſæ: Repagulum, μόχλος. Repagula, χαλυπτῆρες.

*Repaſtinari* ] Lego: Cum aut ſilueſter excodicatur, aut lapis mollitur frangendo, vt fiat paſcuus vel pecoribus herba, vel hominibus ſatione. Afranius Emancipato:

-- Repaſtinaſſe ratus ſentes fugis. vel:
Repaſtinataſ crati ſentices fugis.

*Repotia* ] Pacuuij verſus mẽdoſus eſt. Ita emẽda: -- ab eo
Depulſum mamma pædagogandum accipit
Repotialis liber -- Gloſſarium: Reoria, ἡ πέμπτη τῶν ἀγάμων ποδοστροφία. Reperidia, ἐπιπόδια, ἡ μετὰ τὴν ἡμέραν ποδοστροφία. Reproca, ἐπίβδα, ἡ μετὰ τὴν ἑορτήν. In tribus his exemplis legendum Repotia. & pro ἐπιπόδια, ἐπίβδα, quo vtitur Pindarus. Apud Acronem Horatij interpretem perperam excuſum eſt πιτοστροφία pro ποδοστροφία.

*Reque eapſe* ] Quibus de hominibus cum ego ſæpe, atque in multis locis opera, factis, conſiliis, réque eapſe bene meritus ſiem.

*Reſerare* ] Reſerari ait dici ab eo, quod emota ſera à cardine pateſiant fores. Inde cæptum, vt quæ aperta, & recluſa ſint, reſerata dicantur. Seræ denique dicuntur fuſtes, qui opponuntur foribus. Pacuuius in . . . . . .
Pandite valuas, remouete ſeras Vt complectar.

*Reſes* ] Infra: Reſes, ignauus qui reſidet. Attius in . .
reſidi vos ſumno. Afranius in Roſa: præterea: . . .

Pacuuius in Armorum iudicio : Túque te deſidere maˀuis reſidem:nos hic eſſe in labore. In Attij verbis deeſt tale quid, deditos : reſidi ſumno deditos. Scriptura antiqua ſummo pro ſomno.

*Reſignare* ] Cato de ſpoliis , ne figerentur,niſi quæ de hoſte capta eſſent: Sed tum vbi indiuiſi ſunt , reuertantur reſignatis vectigalibus. Hæc citabat Feſtus. quæ nos reperimus in fragmentis Seruij , qui eſt penes Danielem noſtrum. Qui etiam aliud profert ex eodem Catone, oratione in Lucium Furium: de aqua quod attinet ad ſalitione in Lucium Furium: de aqua quod attinet ad ſalinatores ærarios, cui cura vectigalium, reſignat.

*Reſperſum* ] Reſperſum vinum ſignificat , quia in ſacris Nouendialibus vino ſepulchrum ſpargebatur.

*Reſpici auis* ] Hic ſolus verſus pertinet ad epitomam. neque aliud quidquam amplius præter quam quod in Epitome continetur ,à Feſto tractatum fuiſſe puto. Reliqua, quæ ſequuntur, tantum abeſt , vt huc referenda ſint, vt potius importune à ſuo loco diuulſa fuerint. Coniungenda enim ſunt cum iis , quæ de verbo Reſecrare ſupra poſuit ſtatim poſt lineam, cúmque comitia, &c. ita: Reſecrare, reſoluere religione. vtique cum reus populum comitiis orauerat per Deos , vt eo periculo liberaretur , iubebat , magiſtratus eum reſecrare. Rurſus idem. vti ſe liberarent, inſiſtebat. &, quod inſons, innocénſque eſſet, cauſabatur ne in carcerem eſſet eundum. iterum ne in ſe innocentem animaduerti ſtatuerent , deprecabatur. cúmque comitia eſſent dimittenda : peracto ſacrificio, quaſi finis impetratus eſſet, poſt comitia perfecta , ſumi iubebant eum ſacerdotes ſuo more aliſq. . . & ſecundum conſuetudinem luci , in quo ſacra facerent , à calatoribus ingeniculato ſtatuebatur & vinum in caput infundebatur eius, cum imprecatione. Omnino vere , ni fallor , arbitramur hæc male diuulſa fuiſſe ac diſtracta , quæ ſententia ipſa, & mos reſecrationis reorũ hactenus ignoratus tam belle inter ſe coniungit. pro illis corruptis aliſq. . . non obſcurum eſt legendum lictoribus. quos poſtea vocat calatores. ij, vt alibi dicitur , ſunt ſacerdotum , ac ſacrorum collegiorum ſerui. Cum in rei caput vinum infunderetur , apparet id fieri ſolitum , vt in eum omnis religio contracta verteret. Religio enim contracta intelligitur, ex obſecratione. quapropter non aliter reſecrabatur, id eſt ſacro aut religione ſoluebatur magiſtratus , quaſi piaculum contractæ religionis in rei caput verteret.



*Reſtat* ] Reſtat , pro diſtat ait Ennium ponere , cum is dicat:

Impetus aſt longe mediis regionibu' reſtat.

*Reſtibilis* ] Gloſſæ : Reſtibilis, ἀγρὸς δὶς τοῦ ἔτους ἠροτριωμένος.

*Reus* ] Sed exemplo adiuuat interpretationem Numa in ſecunda tabula, ſecunda lege, in qua ſcriptum: SEI. QVID. HORVM. FVAT. VNVM. IVDICEI. ARBITROVE. REOVE. DIES. DIFFVNSVS. ESTO. Nunc vterque actor reuſque in iudicium euocatur : Itémque accuſator de via citur more vetere, & conſuetudine antiqua.

*Reus cum pro* ] Reus cum pro vtroque litigatore poni, vt in eo, qui in aliquem agit: tum pro eo qui dicit pro ſe, auctor . . . reliqua non potui expiſcari. & ſupra iam dixerat Reum tam pro eo, qui couenit, quam pro eo, qui conuenitur, à veteribus vſurpatum .

R*hegium* ] Scribe ῥαγῆναι. Aeſchylus : - - ἀπορρᾶγα Ἣ γαῖ' ἀφ' οὗ δὴ Ῥήγιον κικλήσκεται. Quæ verba odorati , ſumus ex Strabonis libro VI.

R*honde* ] Rhondes, Icadionque. & nomina piratarum. &, quam illi eſſent ſaluti nauigantium.

R*ideo* ] Lege : interpretatur in ijs.

R*ienes* ] Gloſſæ : Rienoſus, νεφριτικός.

R*igido* ] Quæ hic tractabantur, non pertinebant ad cenſum literæ R. Quare videntur aliena hoc loco eſſe. Nam quid cærula prata, quid Parus inſula, quid denique ſurus habent cognatum aut ſimile inter ſe?

R*imari* ] Vide Nonium. Gloſſarium : Dirimat , κατερευνᾷ. Rimatur, ἐρευνᾷ.

R*iuus* ] Correxit olim doctiſſimus Turnebus : ſpecu, inciliove.

R*odus* ] Integrius carmen Lucilij adfert Iſidorus:

Huc cataproratem puer eodem deferat, vncum
Plumbi paxillum rodi, linique metaxam.

Interpretatur Cataproratam , vncum paxillum plumbi. Quin etiam eundem Latino verbo Syrus vetuſtiſſimus

Noui Teſtamenti Paraphraſtes Vncinum vocat, in naui-
gatione Pauli. Videlicet, quod vncus eſſet. Metaxa eſt
σ{ήδεα}. linea, ſerici tracta. Hodie & nos Aquitani fili tra-
ctã vocamus ita. Verba illa, RODVS CVLO. LIBRAM.
FERITO. concipiebat qui mãcipio dabat. qui vero acci-
piebat, dicebat, HOC. AB. AERE. AENEAQ. LI-
BRA. puta meum eſt, aut ſimile ex Varrone.

*Romam* ] In exemplo Cephalonis Gergithij. diſcedit à ſententia ipſius hiſtorici. Dionyſius: Κεφάλων ὁ Γεργίθιος, συγγραφεὺς παλαιὸς πάνυ, δευτέρᾳ γενεᾷ μετὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον ἐκτίσθαι λέγει τὴν πόλιν ὑπὸ τῶν ἐξ Ἰλίου διασωθέντων σὺν Αἰνείᾳ. οἰκιστὴν δ' αὐτῆς ἀποφαίνει τὸν ἡγησάμενον τῆς ἀποικίας Ῥῶμον. τοῦτον δ' εἶναι τῶν Αἰνείου παίδων ἕνα. τέτταρας δέ φησιν Αἰνείᾳ γενέσθαι παῖδας, Ἀσκάνιον, Εὐρυλέοντα, Ῥωμύλον, Ῥῶμον.

De Apollodori Euxenide nihil memini me legere.
Alcimus ſcripſit ἱστορίαν Ἰταλικήν. Eóque nomine citatur
ab Athenaeo. Antigoni præter alios meminit Dionyſius,
Caeximparum & reliqua monſtra verborum, hæc ſcriptu
ræ veſtigia præferunt: Eoſque a multo errore nominatos
Aberrigenes. quorum ſubiecti qui fuerint Cæ* Xinida-
rum iuri, vicinarumq; vrbium imperio, &c. Quæ vera eſt
lectio. ſi illud Cæ* nidarum prorſus integrũ eſſet, vt ali-
qua patre cõtaminatum eſt. Erat enim tale quid Cacoxe-
nidarum, aut neſcio quid ſimile. Nam, vt etiã ex aliis ſcri
ptoribus nouimus, qui dicti ſunt Aborignes, eorum alij
Cumas, alij alias vrbes condiderunt in Italia, proinde vt
non omnes ſimul ſub vno duce ibant, ſed vnaquæq; pars
ſuum ducem habuit, cum in multas partes diſtracti eſſent
cuius ſimile de Gotthis proditum eſt, Agathoclis, qui
τὰ κυζικηνὰ ſcripſit, Athenæus, Stephanus, alij memine-
re. Legendum poſtea: viſam eſſe iuſtam vocabuli Romæ
nominis cauſſam eam, quæ prior eundem locum dedi-
cauiſſet Fidei. Viſa, inquit, iuſta eſt cauſſa nominis Ro-
mæ in oppido nouo appellando, vtpote cum ea Roma
prima locum dedicaſſet Fidei. de flumine Nolo quærẽ-
dum cenſeo. Calliæ verba, quæ hunc pertinent, extant
apud Dionyſium: Καλλίας δ', ὁ τὰς Ἀγαθοκλέους πράξεις ἀναγράψας, Ῥώμην τινὰ Τρῳάδα τῶν ἀφικνουμένων ἅμα τοῖς ἄλλοις Τρωσὶν εἰς Ἰταλίαν, γήμασθαι Λατίνῳ τῷ βασιλεῖ τῶν
Ἀβοριγίνων



Ἀβοριγίνων, καὶ γεννῆσαι δύο παῖδας, Ῥῶμον, καὶ Ῥωμύλον. οἰκίσαντας δὲ πόλιν, ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῶν θέσθαι τοὔνομα. Heraclidæ Lembi Athenæus non ſemel meminit. Non ſolum autem de eo intelligitur in illis verbis, quæ ex Dionyſio infra ponam: ſed & hiſtoriam eandem, quam tangit Feſtus, ex eodem proponam: ὁ δὲ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει, καὶ τὰ καθ' ἑκάστην πραχθέντα συναγαγὼν, Αἰνείαν φησὶν ἐκ Μολοττῶν εἰς Ἰταλίαν ἐλθόντα μετ' Ὀδυσσέως οἰκιστὴν γενέσθαι τῆς πόλεως, ὀνομάσαι δ' αὐτὴν ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἰλιάδων Ῥώμης. ταύτην δὲ λέγει ταῖς ἄλλαις Τρῳάσι παρακελευσαμένην κοινῇ μετ' αὐτῶν ἐμπρῆσαι τὰ σκάφη βαρυνομένην τῇ πλάνῃ. Lembum Heraclidem τὰ καθ' ἑκάστην (χρόνον) πραχθέντα συναγαγὼν cognoſcet, qui propius ea verba, quæ ex eo producit Athenæus, conſiderarit. Porro cum hæc ex autore Græco deſumeret. Feſtus, in illis verbis reddendis Græciſſat. Nam ὡραίαν παρθένον vertit tempeſtiuam. De Galata ſcriptore amplius quæramus.

*Rom.* ] In iſtis laciniis, imo fimbriis tantum odorari potuimus de compreſſu Iliæ, expoſitos infantes Remum, & Romulum; quod à Fauſtulo ſunt educati: quod à ruma ſint nominati: quod ex Fauſtulo cognouerunt, quo patre eſſent procreati: reſtituiſſe regnum auo Numitori: per auguria decreuiſſe vter nomen vrbi imponeret. extrema verba ex Epitoma plane ſarcire potes. In nona linea Numitoris nomen agnoſcimus. Reliqua niſi qui egregie ſe inſanire poſtulet, alius reſarciet nemo, certo ſcio.

*Romani* ] Non obſcurum eſt cuius ædificij olim fuerint hæc rudera. idque ædificium magis poſſum deſcribere, quam à fundamentis rediuiuũ inſtaurare. Hæc igitur fuit ſententia Feſti: Romani nullum ab initio exercebant artificiũ. neque prius exercere cæperunt, quam artes didicerunt ab exteris ciuitatibus. Sero etiam ludi omnes, qui nunc in Vrbe celebrantur, ſunt inſtituti. Quidam ponunt primos ludos Romanos. alij aiunt Megalenſes Matris Magnæ, ac populares Cereris. alij in conferendis equis Troiam luſitaſſe pueros Romanos. alij ſolitos exerceri eos equitando, iactu, ſaltu, feſtis Parilibus. Parilibúſque etiam inſtitutum; vt à ludentibus fierent. Populares ludos manifeſto dixit pro plebeis: vt ſæpe populus pro plebe dicitur.

*Romulia* ] Infra: Romuliam tribum appellatam Terentius quidem Varro ait à Romulo. deinde detortam vocalem u, in e credible. Cæterum cauſſam ſe inueniſſe ait Verrius, cur à Romulo dicta ſit: nempe quod ex eo agro cenſebatur. quem Romulus ceperat ex Veientibus. Iam agnoſcis ſpatium deſiderari in extremis reliquiis Feſti ad capienda ea, quæ de epitoma ſuppleuimus: Vides etiam inconſtantiam Varronis, qui nunc à Romulo dictam ait, quam in libris de Latino ſermone ab eo appellatam vult, quod ſub Roma fuerit.

*Rorarios* ] Gloſſarius: Rogarij, ἀκροβολισταί. Male legit Rogarij, pro Rorarij.

*Roſcij* ] Infra: Roſcij appellari ſolent in arte aliqua perfecti. quod Roſcius Comœdus in arte ſua perfectus fuerit, adeo vt nihil ei deeſſet ad perfectionẽ. vt lib. I. de Oratore ait Cicero. Deinde aliud caput: Ruſtica vinalia menſe Auguſto veneri dicata ſunt: quod eodẽ illo die ædis ei conſecrata ſit. iumenta quoque, olitores, & omnes horti in eius tutela ſunt. De iumentis autem mentionem fecit, quia iumenta coronata eo die ab opere ceſſabant. quanquam non eo die, ſed altero ab illo, hoc eſt Conſualibus ceſſare ſolita ait Plutarchus in Quæſtionib.

*Rubidus* ] Infra: Rubidus panis appellatur parum coctus cum rubro colore. Plautus in Caſina: in furnum condito atque ibi torreto pro pane rubido. apud eũdem ſcorteæ ampullæ, &c. Intelligit autem locum ex Sticho:

RUBIGINOſam ſtrigilem, ampullam rubidam.

*Rumentum* ] RUMENTUM in Auguralibus ſignificare videri ait abruptionem dum verba Anci exponit: ſi poſterime, auis cauerit, vt auſpicio, augurio rumentũ ſit. Poſterime, vel poſterrime, eſt poſtreme. Canerit, cecinerit. Etiã Salluſtius dixit canuere, pro cecinere. Suſpectum eſt nomen Anci. & potius ita putem legendum: RUMENTUM in auguralibus ſignificare videtur abruptionem: Dum verberat Anciliorum ærimen, auis canerit interea, ideo augurio rumentum eſto. Et aperte id ex libris auguralibus carmen eſt. Aerimen, eſt æs, vt ſupra cognouimus ex libro III. Morem hunc æra in Saliaribus quatiendi tangebat Nigidius libro XVIII. Itaque ex ære in Saliaribus Altanus tintinat.



*Ruminalis* ] Infra: Ficum RUMINALEM appellatam ait Varro à veteribus, quod ſub ea arbore lupa mammam REMO, & Romulo dederit. Mamma autem RUMIS dicitur. vnde agnos veteres ſubrumos vocabant, qui ſub mammis eſſent. alij autem ſunt, qui putent, quod ſub ea pecus ruminari ſolitum eſſet.

*Rupitias* ] Inepte ſane. Lege, RUPſit, damnum dederit. nam & in veteri ſcriptura annotatum eſt in margine fuiſſe, dederit, non dederis. Quid ſit RVPIT, vide Vlpian. Tit. ad l. Aquiliam.

*Ruſcum* ] Alibi monemus verba Catonis ita legenda: Mulieres opertas auro, purpurâque: arſinea, rete, diadema, coronas aureas, ruſſeas faſcias, galbeos, lineas, pelles, redimicula. De ruſſea faſcia, & linea veſte Apuleius lib. II. Metamorph. Ipſa linea tunica mundule amicta, & ruſſea faſciola prænitente altiuſcule ſub ipſas papillas ſuccinctula.

*Ruſpari* ] Gloſſarium: Ruſpinat, [illegible] pro eodem etiam Roſtrare. Idem: Raſtrat, ἐπιζητεῖ. Puto verſum ita legendum:

Et ego ibo, vt latebras ruſpans rimer maritimas.

In eodem Gloſſario: Rutilat, ἐρευνᾷ, σκυβαλίζει. Lege vt hic, Ruſpat.

*Rutabulum* ] Gloſſæ: Rotabulum, ἐνσχάλης.

*Rutilum* ] Cato: Mulieres noſtræ cinere capillum vngitabant, vt rutilus eſſet crinis.

*Rutrum tenentis* ] Græci pueri ἐφηβεύοντες hoc exercitio vtebantur,

# S

S*Abini* ] Sabini dicti, vt ait Varro Terentius, quod ea gens PP. colat deos. ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι. Illud PP. ſignificat præcipue. quare & gloſſema appoſitum erat. Plinius: Sabini vt quidam exiſtimauere, à religione & Deorum cultu Sebini appellati.

*Sabini quod.* ] Sabini quod volunt ſomniant, vetus id prouerbiũ eſſe, & inde manaſſe ait Sinnius Capito: quod quotieſcumq; ſacrificium propter viam fieret, hominem Sabinum ad id adhibere ſolebãt. Nam his promittebat ſe

pro illis ſomniaturum. Idem igitur poſtquam e ſomno euigilaſſet, ipſis ſacra facientibus, narrabat omne, quidquid in quiete vidiſſet, quod quidem eſſet ex ſacrificij religione. Vnde venit in prouerbium, Sabinos quod vellent ſomniare. Sed quia propter auiditatem bibendi quædam anus id ſomnium captabant, vulgatum eſt illud quoque: Anus quod volt ſomniat. fere enim quod vigilantes animo voluimus, id dormientibus apparere ſolet. Nemo negauerit, opera noſtra prouerbiũ, quod hactenus latuerit, è tenebris erutum eſſe. neque eſt, quod moroſe quis verba rimetur. cum ſententia ipſa nullo negotio ex reliquiis Feſti diuinari potuerit.

*Sacram viam*] Idulia ſacra dicta ab oui Iduli, quæ quotidibus Ioui immolabatur. Ouidius:

Idibus alba Ioui grandior agna cadit.

Vide Coniectanea.

*Saccor ...*] Sycomorus eſt genus arboris, quam dictam Pomponius ait ex fico, & moro: quod ficus ea ſit, & morus. Vnde nomen per Y ſcribitur. Cætera de Sole, aut fortaſſe de Soracte monte Apollini dicato concipiẽda ſunt. Sed viderint docti.

*Sacer mons*] Ioui conſecrauerunt. Dionyſius: ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἐψηφίσαντο, βωμὸν κατεσκεύασαν ἐπὶ τῆς ἀκρωρείας, ἐν ᾗ κατεστρατοπέδευσαν, ὃν ἐπὶ τοῦ κατασχόντος αὐτοὺς δείματος τότε ὠνόμασαν, ὡς ἡ πάτριος αὐτῶν σημαίνει γλῶσσα, Διὸς Δειματίου. ᾧ θυσίας ἐπιτελέσαντες, καὶ τὸν ὑποδεξάμενον αὐτοὺς τόπον ἱερὸν ἀνέντες, κατῄεσαν εἰς τὴν πόλιν ἅμα τοῖς πρέσβεσι. Legis caput fuit. QVEI. ALITER. FAXIT. CVM. PEQVNIA. FAMILIAQVE. SACER. ESTO. SEI. QVIS. EM. OCCISIT. PARICEIDA. NEC. ESTO. Dionyſius: ἐὰν δέ τις τῶν ἀπηγορευμένων τι ποιήσῃ, ἐξάγιστος ἔστω, καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ Δήμητρος ἱερά. καὶ ὁ κτείνας τινὰ τῶν ταῦτα εἰργασμένων, φόνου καθαρὸς ἔστω. Idem erat, & SE. FRVDE. SVA. LICETO. vt, ſi quis im occidere velit, ſe frude ſua liceto. &, ſine capitali noxa eſto. &, iure cæſus eſto.

*Sacramento*] Sacramento dicitur quod ſacratur fide interpoſita. ac tum ſacramento dicitur interrogari quidam. Cato in Q. Thermum de X. hominibus. Aderant, ne mala



fide viderentur ſcelera nefaria fieri, qui dicerent ſacramento: traderentur lege: eſtimarentur.

*Sacramentum*] Plebiſcitum Papirianum ita legito:

QVEICVMQ. PRAETOR. POSTHAC. FACTVS. ERIT. QVEI. INTER. CEIVEIS. IOVS. DICET TRESVIROS. CAPITALEIS. POPOLVM. ROGATO. IIQ. TRESVIREI. CAPITALEIS. QVEICVMQ. POSTHAC. FACTEI. ERVNT. SACRAMENTA. EXIGVNTO. IVDICANTOQ. EODEMQ. IOVRE. SVNTO. VTEI. EX. LEGIB. PLEBEIQ. SCITEIS. EXIGERE. IVDICARE. ESSEQ. OPORTET.

*Sacrificulus*] Sacrificulus dicitur Rex ſacrorum, qui ea ſacra, quæ facere Reges ſueuerant, facit. Primus Rex creatur poſt Reges exactos Papiſius Manius.

*Sacrima*] Gloſſarium: Sacrima, ἀπαρχαὶ γλεύκους. &, Præmetiuum, ἡ πρὸ θερισμοῦ Δήμητρος θυσία.

*Sacrima*] Infra: Sacrificium, quod pro vuis primis fieret, à veteribus Sacrima eſt appellatum, vt Verrius, & Cloatius dicunt. Eſt autem Sacrima muſtum in amphoram inditum ſacrifici cauſſa pro tinis, & vino. quæ quaſi ſacra dicta, quod ſacra Libero fit, vt præmetium, quod pro ſpicis, quas primum meſſuiſſent, ſacrificabãt Cereri. Vltimis capiendis deerat ſpatium in reliquiis Feſti, vt vides, in iis, quæ de præmetio addita ſunt. In Epitoma perperam vineis, pro tinis ſcriptum erat. quod & cæco apparet. Eo enim muſto tota vindemia ſacra fiebat, vt calpari totum vinum diffuſum. de quo vide verba Trebatij Iuriſconſulti apud Arnobium.

*Sagmina*] Mirum alium verſum Næuij à feſto, alium à mutilatore citari. Legendum vero: Scopas, atque verbenas. Nam ſcopæ in ſacris dicuntur apud Plinium, & alios, verbenæ. Gloſſarium: Sacmina, θαλλὸς, σπονδεία ἀρχῆς. Lege: Sagmina, θαλλὸς, σπονδεία. Sagminarius, σπονδεῖς ἀρχῆς. Sed præſtat legere Scapos. Scapi ſunt θαλλοί. Apuleius lib. xı. Thallos, verbenas, corollas ferentes. Quin ſcapum cæpæ Columella thallum vocat.

*Salacium*] Gloſſarium: Salacia, ἀμφιτρίτη, τηθύς. Ridiculum vero teſtimonium Ouidij. Cum ſalax non ſit Salacia Salacia recte exprimit Homeri ἁλοσύδνην. illa περὶ τὸ τ

ἅλα σεύειν, hæc ſimiliter à ſalo ciendo.

*Salaria* ] Infra : Salariam viam incipere ait à porta, quæ nunc Collina à colli Quirinali dicitur. Salaria autem propterea appellabatur, quod impetratum fuerit, vt ea liceret in Sabinos ſalem portari.

*Salios* ] Gloſſæ : Salius, ἱερεὺς ὁ τὰ διοπετῆ ὅπλα θεραπεύων. ὑμνῳδός. πρύτανις. Salij cognomento etiam erant Collini, & agonenſes. item, quod vulgare non eſt, Pallorij. & Pauorij. Seruius in ſchedis: Duo ſunt genera Saliorum, vt in Saliaribus Carminibus inuenitur; Collinij, & Quirinales à Numa inſtituti: ab Hoſtilio vero Pauorij, & Pallorij. Hæc ille. Quos Quirinales hic vocat, ſunt qui aliter Agonenſes. Nam & mons Quirinalis dicebatur Agonalis.

*Salmacis* ] Videtur Feſtus vel Verrius in Ennio diſiunctim legere, Salmaci da ſpolia ſine ſudore, & ſanguine. Atqui potius videbatur coniunctim. Vetus Gloſſarium: Salmacidus, ἁλμυρός. Salmacidum, ἁλμυρόν. Salmacia, ἀμφιπείτη. Salmacia aqua, ἁλμυρὸν ὕδωρ. Ergo ſpolia quæ incruenta ſunt, καὶ ἀναιματεὶ, καὶ ἀκοντεὶ parta elegantiſſime Salmacida, vt diluta, non cruenta vocat, vt anno ſuperiore notauimus in lectionibus Auſonianis. Et ſi quis Ciceronis verba in libris de Officiis conſideret, vbi hæc Enniana citantur, non aliter legendum eſſe, quam Salmacida animaduertet.

*Saltum* ] Lege, non peremit nomen ſalutis. ἀρχαϊκῶς. Sunt enim verba Aelij Galli.

*Salua res* ] Piaculum enim erat non ſolum ſi incepti ludi alicuius rei interuentu interpellarentur: ſed etiam ſi ſubito ludius conſtitiſſet. Arnobius: Cõmiſſum ſtatim omnes in religiones clamatis ſacras, ſi ludius conſtitit, ſi tibicen repente conticuit. De Paraſitis Apollinis diximus in Auſonianis lectionibus. Verum eſt autem, quod hic dicitur, in mimis fere ſecundarum partium paraſitos eſſe. Seneca de ira libro III. Cælium oratorem fuiſſe iracundiſſimum conſtat. cum quo, vt aiunt, cænabat, in cubiculo lectæ patientiæ cliens. ſed difficile erat illi in crapulam coniecto rixam eius, cum quo edebat, effugere. Optimum iudicauit quicquid dixiſſet ſequi, & ſecundas agere. Non tulit Cælius aſſentientem, ſed exclamauit: Dic aliquid contra,



vt duo ſimus. Hic ſecundas agere, plane eſt, aſſentari, ſupparaſitari, atque, quod ille profitetur, Aiunt? aio. negant? nego. Neque aliud intellexit Horatius -- aut mimum partes tractare ſecundas. Clamoſi enim inducuntur Paraſiti. Gloſſarium: Secundarius, Subdiga, ὑποκριτής.

*Salutaris* ] Infra : Salutaris Porta appellata ab æde Salutis, quod ei proxima ſit, aut ob ſalutationes vo . . . Quænam ſunt eæ ſalutationes ? nempe quod ad eam Prætor ſalutaretur is, qui in prouinciam Proprætore, aut Proconſule exiret Vide ſupra in Prætor. Quæramus igitur, quomodo illud vo . . . . expleri poſſit. fortaſſe: ob ſalutationes vocantium Prætorem. Quæ ſequuntur, alio pertinent, & linea prior deeſt. Ita autem ſuccenturianda ſunt; Scenici antiquitus appellabantur, qui Megalenſes nunc ludi. Scenicos vero ludos primum feciſſe C, Atilium, M. Popillium Aediles memoriæ prodiderunt hiſtorici. Solebant autem prodire in orcheſtra, dum intus actus fabulæ componerentur cum verſibus obſcænis. Vide Liuium lib. VII non longe poſt initium.

*Samnites* ] Infra : Populis Samnitibus nomen impoſitũ ait Verrius propter genus haſtarum, quæ Saunia appellãt Græci. Alij aiunt Sabinis vere ſacro voto hoc genus hominum extra fines eiectum, Comio Caſtronio duce, occupaſſe collem, cui nomen eſt Samnio. a quo colle Samnites dictos. Huius rei teſtis locuples inter alios Strabo. Siſenna etiam eius hiſtoriæ meminerat libro quarto Hiſtoriarum: Quondam Sabini feruntur vouiſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos. Nam de vere ſacro ſæpe Liuius, & alij.

*Sanates* ] Quæcunque in Epitoma habentur, ea deſiderantur in reliquiis Feſti. Itaque ſupplẽdum ex Epitoma initium illarum reliquiarum. Quæ ſequuntur, in hanc ſententiam concipienda ſunt: Sulpicius autem Senates, & Opillius aiunt dici inferioris loci gentes, vt Tibuttes, & alios, qui cum populo Tiburtino habitarent in agro Tiburti. id eſt omnes peregrinos, inferioriſque loci. Itaque ſcriptum eſſe in XII. Nexo ſolutoque, forcti ſanatique idem ius eſto. id eſt bono romano, idem & peregrino, qui & inferiore loco eſt. Sunt qui intelligant colonias, quæ ſunt deductæ in priſcos Latinos a Tarquinio Priſco, quas

inegerit ſecundum mare infra Romam in ciuitates Latinorum: eoſque ſanatis, propterea quod præter opinionē eos pacauiſſet, ſanauiſſetque, & cum eis paciſci potuiſſet nominauit, vt auctores ſunt Cincius libro II. de officio Iuriſconſulti. M. Valerius Meſſala in ea in XII. explanatione. Idem tamen in eo libro, quē de dictis inuolute inſcribit, forctis & ſanatis ait duas gētis finitimas mari: de quibus legem hanc inſcriptam eſſe videri, Vti duæ maritimæ gentis eodem cum P.R. haberentur iure. neque alios quam forctes & ſanates legem hanc ſignificare exiſtimat hoc intellectu. multi ſunt, quibus id, quod pluribus placuit: diſpliceat: & aliter in XII. ſanati, forcti interpretentur: hoc eſt ſanati, inſani. Propemodum ea videtur Feſti ſententia eſſe,

*Sandaracam*] Sandaracam ait eſſe genus coloris, quod Græci ſandicem appellarunt. Næuius: Merula Sandaracino ore.

*Sanqualis*] Sanqualis auis a quibuſdam Oſſifraga appellatur. Eadem in commentariis auguralibus Sangà dicitur quia in Dei Sangi tutela eſt.

*Sardi venales*] Sardi venales, hoc eſt alius alio nequior. ex hoc natum prouerbium videtur, quod ludis Capitolinis, qui fiunt a vicanis prætextatis, auctio Veientium fieri ſolet: in qua nouiſſimus is, qui omnium deterrimus, producitur a præcone in mediū ſenex cum toga prætexta &. Capitolinis ludis ſuppleuimus ex Plutarcho, de quibus præter alios Liuius libro v. De prætextatis vicanis vide ſupra in Prætexta. Nam & hic ex eo loco cognoſces vicanis non vicinis legendum eſſe. & ibi ex hoc vicanos eſſe vici magiſtros. Potes etiam legere: qui fiunt a vicanis, & magiſtris collegij.

*Sarra*] Sarra prius inſula, quæ nunc Epiros eſt. Ita plane ſcripſit Feſtus. Significat, prius inſula cum eſſet, poſtea cum ab Alexandro obſideretur. [illegible]. Nota ac celebris hiſtoria, Nomen hoc incognitum fuit Græcis. Nam vt Syri ipſi, vocabant Tyron. At Phœnices antiquitus Sor dicebant. Eorum coloni Carthaginienſes, eadem lingua vtentes Sar vocarunt. Ab illis didicerunt Romani. Vnde Ennius Poenos Sarra oriundos dixit, hoc eſt Tyro. Obſoleſcente Hebraiſmo, quod fuerat idioma Phoenicū, Syri



pro Sor, Tur dixerunt. primum quia Sade, & Sin literas mutant in Tau. deinde, quia ipſi non vtuntur O, ſed pro ea, V, ſolent vſurpare. Qui vtriuſque linguæ operam dederunt, ſciunt me verum loqui.

*Sarte*] Sarta tecta Græcis oratoribus, & aliis dictum ἐπισκευαί. at Gloſſis, ἀπορράφαι. quia & Sarcire, eſt ῥάπτειν. In locatione operum publicorum, quæ fiebat lege Cenſoria, certum eſt additum fuiſſe: PORTICVM SARTAM. TECTAM. PRODVIT.

*Sas*] Verſus Ennij elegantiſſimos reiectis illis ſpuriis gloſſematis, quæ in medium illorum temere irrepſerant, ita legendos curabis:

Nec quiſquam ſophiam, ſapientia quæ perhibetur,
In ſomnis vidit prius, quam ſam diſcere cæpit.

Nam Romani ignotum verbum plebi ſophiam, ſolebant ſemper Latine reddere. Afranius in Sella:

Vſus me genuit, mater peperit memoria.
Sophiam vocant me Græci: vos Sapientiam.

Ennius ſine dubio extulit hos verſus, cum viſus eſt in ſomnis ſibi adeſſe Homerus poeta. Neque, inquit, quiſquam ſomniat ſe videre ſapientiam, quin eam prius didicerit. Hoc enim naturaliter fit, vt quæ quotidiano vſu tractamus, ea ſæpe in ſomnis imaginari ſoleamus.

*Satura*] Gloſſarium: Satura, νόμος πολλὰ περιέχων. de Satura cibi genere habes apud Apicium ex Varrone. in veteri tabula ænea: EXTRA. QVAM. SEI. QVID. IN. SATVRAM. FERETVR.

*Saturno*] Infra: plane erat: Saturno ſacrificium fit capite aperto. Reliqua qui meliore ingenio ſunt, diuinabunt. Poſtea: Saxum Tarpeium appellatur pars montis, qui ob ſepultam Tarpeiam, quæ eum montem Sabinis prodiderat, nominatus eſt. vel ab eo, quod, cum L. Tarpeius Romulo quaſi ob raptas virgines aduerſaretur, ad illud ſaxum eſt de noxio pœna exacta, noluerunt funeſtum locum cum parte Capitolij coniungi. Videtur iſte L. Tarpeius Romulum apud populum accuſaſſe. quod cum ſine cauſſa veriſimili non poſſet, hoc nomine inſenſum populo efficere voluiſſe, quod Sabinas rapuerit, & eam inuidiæ cauſſam obtendiſſe.

*Scæua*] Ait videri dictum a Græcis, qui ſcæuum ſiniſtrum dicũt. ad quod Hoſtium in quodam libro belli Hiſtrici teſtem producebat. Varro: nequid obſit bonæ ſcænæ cauſſa. inde Scæuola appellatus: ab Scæua, id eſt ſiniſtra. quod quæ ſiniſtra ſunt, bona auſpicia exiſtimantur, a quo dicuntur comitia, aliudue, quod fit aue ſiniſtra, ſcæua. id a Græco. quod hi ſiniſtram vocant σκαιὰν. Gloſſariũ ἀριστερὰ χείρ. Plautus: Caninam ſcæuam ſpero meliorem fore.

*Scelerata*] Scelerata porta appellatur a quibuſdam Carmentalis, qui norunt, quod ei proximum Carmentæ ſacellum fuit. Scelerata autem, quod per eam ſex & trecenti Fabij cum clientium millibus quinque egreſſi aduerſus Hetruſcos ad amnem Cremeram omnes ſunt interfecti. qua ex cauſſa per eam portam intrare egrediue nefas habetur Ouidius:

Ire per hanc noli, quiſquis es: omen habet. Et:
Porta vacat culpa: ſed tamen omen haber.

*Schœniculas*] Ex Clitellaria Plauti duos hos verſus citabat Feſtus:

Diobolares, ſchoenicolæ, miraculæ
Cum extritis talis, cum todellis cruſculis.

Vide tertium Coniectaneum.

*Sceleratus campus*] Infra: Sacellum, quod puteal appellatur, antea atria, fecit Scribonius, cui negotim datum fuerat, vt conquireret ſacella. atque illud conſecrauit. Quia in eo loco fulguritum ſacellum fuit, quod ignorarent fulgur conditum, quod nefas eſt integi, ſemper foramine aperto cælum patet. vix eſt vt non ita ſcripſerit Feſtus. Nam cur puteal Libonis diceretur, niſi quia conditum a Scribonio Libone? cum ob neglectam bidentalium & locorum fulguritorum religionem iram deorum vererentur incurrere Romani: videtur ex relatione Pontificum negotium datum Scribonio Liboni a ſenatu, vt diligentiſſime conquireret ſacella. Erant autem ſacella non ſemper alicuius Dei, ſed ſæpius fulguris. vnde omnia ſacella aperto tecto fuiſſe ſupra relatum eſt. Puteal autem impoſitum fuiſſe, loco ſacro conditis ibi fulguribus ex Plinio ſupra in Nauia ficu retulimus. & nunc cauſſa patet quare puteal Libonis dicatur. At in numiſma



tis Libonis non ſacellum, ſed ara eſt. cui rei fidem facit etiam Dionyſius, qui ait βωμὸν ſuperimpoſitum ei loco fuiſſe. ſed, vt apparet, non tantum illa ara, ſed etiam ſacellum puteal dictum eſt. ob id, puto, quia incertum erat vbi condita erant fulmina. ſane non aliter poſſum animum inducere, quin Feſtus ita, vt poſuimus, ſcripſerit. Duo ſunt, quæ te admonitium velim, vnum: puteal non eſſe tribunal prætoris, vt voluerunt quidam. nam tribunal gradus habebat. Propterea tribunal præſidis βαθμοὶ vocatur a S. Luca in actis Apoſtolorum, & λιθόστρωτον ab eadem mente in Euangelio. Alterum eſt, non eſſe eam aram, quæ Symmachi & Chriſtianorum Ambroſij, Prudentij, aliorumque contentionib. exagitata eſt. Quod quidam ſciolus in libris ſuis Variorum notauit. Id tamen tam falſum eſt, quam illud, quod addit, in puteali iurari ſolitum fuiſſe. Imponit omnibus Acro male intellectus, qui dixit tribunal prætoris ad puteal fuiſſe: non autem puteal fuiſſe tribunal prætoris.

*Scenſas*] Miror huc tranſlatum, cum certum ſit non ſcænas, ſed ceſnas dixiſſe. vnde ſiliceſnium: poſtea ſilicerniũ.

*Schola*] Auſonius aliter:

--Graio ſchola nomine dicta eſt,
Iuſta laboriferis tribuantur vt [illegible]ia Muſis. In fine

lego: ne triſti aliquo nomine fugiant ſuo fungi munere.

*Scurra*] Non dubium, quin legẽdum ſit συſχυρεῖν vt Scurra dictus ſit quaſi Secura, aut Sucura, Verſus Lucillij mendoſi ſunt. qui fortaſſe ita melius legentur:

--Corneliu' Publiu' noſter
Scipiades dicto, penituſque interuenit ipſi
Molli, & delitiis Luci, effigiæ, atque cinedo,
Et ſectatori adſiduo quo rectiu' dicas,
Ibat forte domum. ſequimur multi, atque frequentes.

Facetus poeta ait Scipionem interueniſſe rixæ & dictis neſcio cuius mollis & cinedi, ſectatoris cuiuſdam Lucij, atque adeo deliciarum, & imaginis, ac propemodum effigiæ ipſius. Antiqua conſuetudine cum ſcriptum eſſet efficiæ, pro effigiæ, factum, effictæ. Gloſſarium Scurram interpretatur, δεικηλιστήν. & Scurrari, δεικηλίζειν. Inuenio & Scurras κοπελίας dictos. Dio in Pertinace: κοπελίας τινάς ἢ

γελωτοποιοὺς αἴσχιστα. μὴ τὰ εἴδη, αἴσχιω δὲ τὰ ὀνόματα, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἔχοντας. Iſidori Gloſſæ: Scurrula, qui incopriat. Suetonius Claudio: Interdum ferula flagroue, velut per ludum excitabatur à copreis. Hæc eſt veterum tã antiquitus excuſorum, quam manu ſcriptorum lectio. Primus Beroaldus Tropeis legit: inepto ſenſu. Turnebus Copreis ex veteri codice animaduertit, ignorauit autem quid eſſent Coprei: & vt ſententiam ſuam adſtruat, interpunctiones turbat, ac confundit. Atqui Coprei, nihil aliud quam Scurræ, qui per ludum excitabant eum. Cui enim alij impune licuiſſet, niſi ſcurris?

*Seceſsiones*] Secere, dicere. Inſeque muſa virum verſutũ. Liuius Andronicus principio Odyſſeæ.

*Sectores*] Neque hæc ſatis declarant, quid ſit Sector, neque auctor Gloſſarij: Sector, βιώνης.

*Sed pro ſine*] Docti viri emendant, Se. quia ſcilicet videbant ſe dolo malo dici. uerum tamen & SED pro ſine veteres dicebant. Cuius rei fidem fecerit vetuſtiſſima lex, quæ extat in Bibliotheca Regia: EI. PRIMO. QVOQVE. DIE. QVAESTOREM. SOLVERE. IVBETO. QVAESTORQVE. EAM. PEQVNIAM. EIS. SED. FRVDE. SVA. SOLVITO. item in Columna Duillia ſemper legitur ALTOD. MARID. DICTATORED. Vide in Suadted. Quare nihil mutandum.

*Sedum*] Stulte quærit, quare ſedum ſeratur in tegulis putans ſcilicet religionem potius, quam naturam illius, herbæ, hoc fieri.

*Sellæ*] Puto: Sellæ curuli locus in circo, item proximo lictori, poſterioribuſque lictoribus proxime ſacellum Murciæ fuit, de quo loco deſpiciebant ſpectacula magiſtratus. Neque id abhorret à conſuetudine Romana, vt magiſtratus in ſella curuli qui ludos ederet, aut alius quiuis, ad primas metas ſtaret. Nam ad eas Deæ Murciæ ſacellum fuiſſe ait Tertullianus. Non improbo tamen, ad ſacellum Mercurij. Nam & ad circum maximum fuit ædes eius Dei.

*Senacula*] Notæ D·T. ſignificant Duntaxat. Infra: Simpludearia funera, ſunt, quibus adhibentur D. T. ludi. hoc hoc eſt Duntaxat.

*Senis crinibus*] Seni crines dicuntur in capite matronę Romanæ ſex ſertæ crinium vitta & crinibus ipſis implexæ, quas vulgus trecias vocant. Sic apud Martialem:

Portabat vxor rufa crinibus ſeptem.

Nihil aliud ſignificat, quam capillos in ſeptem ſertas diſtinctos. vt videmus matronas ornatas in veteribus numiſmatis. Puto autem ſuppoſititiam comam hic intelligi.

*Sentinare*] Gellius libro XIX. cap. I. Tum poſtea complorantibus noſtris omnibus, atque ſentinantibus, dies quidem tandem illuxit: ſed nihil de periculo, atque ſæuitia remiſſum. Vbi manifeſto ſentinare eſt, quod ait hic Paulus, periculum vitare. At in vulgatis codicibus contaminatiſſimus eſt locus ille. Sed proprie ſentinari eſt ſatagere ad ſentinam. Vnde Sentinatores, quibus cura Sentinæ delegata in naui. Paulinus ad Macarium, de naufragio: Vnum ex omni numero nautarum ſenem ſentinando deputant. Item: Quid huic, quæſo, obfuit ſeni perſona ſentinatoris & in nautis viliſſima?

*Seplaſia*] Infra. agebatur de Trionibus, & Septemtrionibus: Septemtriones, ſeptem ſtellæ appellantur, à bubus iunctis, quos triones veteres appellant, quod iuncti arent terram, quaſi teriones. quidam eas ſtellas plauſtrum vocant, quod id aſtrum Græci ἅμαξαν dicant. quia habet partem quandam temonis ſpecie. Ennius: ſuperat temo ſtellas. Hæc Feſtus. intelligit autem locum Ennij ex Iphigenia, quem olim in coniectaneis illuſtrauimus.

Quid nocti' videtur? In altiſono
Cæli clipeo temo ſuperat
Stellas, ſublime etiam
Atque etiam cogens noctis iter.

Addũt docti viri in numiſmate veteri L. Lucretij Trionis expreſſam videri ſtellarum ſeptem formam. & nos quoq; eiuſdem L. Lucretij duos argenteos uidimus, quorũ copiam nobis fecit humaniſſimus vir Chriſtophorus Neyterus Auguſtanus. In altero erat Luna Corniculata, & ſtellę cum inſcriptione, TRIO. LVCRETI. In altero Delfinus, & inſcriptio L. LVCRETI. TRIO.

*Septimontium*] Septimontium dies feſtus appellatur menſe Decembri, qui dicitur in Faſtis Agonalia, quod in ſeptem montibus fiunt ſacra, Palatio, Velia, Fagutali, Subura, Cermalo, Cœlio, Oppio, Ciſpio. Hæc Feſtus.

Nam Varro diſſerens de feſtis, quæ in menſem Decembrem incidebant, ponit & inter ea Septimontium. Agonalia vero eodē menſe erant propridie Idus Decembres, alia ab illis Agonalibus, quæ notant Faſti mēſe Ianuario. Hoc tantum intereſt, quod Agonalia ſint ante Larentinalia. Varro vero Septimontium ponat poſt Larentinalia. De Septimontio habes & apud Tertullianum libro de Idololatria: Etiam ſtrenæ captandæ, & Septimontium, & brumæ, & caræ cognationis honoraria exigenda omina, ex quibus apparet non ſolū menſe Decembri fuiſſe, quia is eſt brumæ menſis: ſed etiam circa finem eius menſis fuiſſe, quia proximum ſit ſtrenæ exigendæ, quod fiebat Kalendis Ianuariis. Quod diſertius probatur ex Suetonio in Domitiano: Congiarium populo numerorū trecentorū ter dedit, atque inter ſpectacula muneris largiſſimum epulū: ſeptimontiali ſacrorum quidem die Senatui equitique panariis: plebei, ſportellis cum obſonio diſtributis. Antea plane ignorabatur de hoc ſeptimontiali die.

*Serius*] Scribe Secius, vel Sequius. alioqui ineptum eſt proſcribere nobis Serius, tanquam ignotum verbū, quod vulgatiſſimum eſt. Adde quod in veteri ſcriptura variat lectio: cum exaratum ſit Setius, non Serius. Legendum ergo: Secius, à ſecus videtur dictum.

*Serra*] Verba Catonis manifeſto præ ſe ferunt aliud, ac viſum eſt Verrio: Cuius in hac re ſupinitatem, & negligētiam animaduertere licet. Serra enim, & globus, & forfex ſunt σχήματα inſtruendæ aciei.

*Seruorum*] At Macrobius contra: Nonis Conuentus vniuerſæ multitudinis vitandus exiſtimabatur: quoniā populus Romanus exactis etiam Regibus, diem hunc nonarum maxime celebrabat. quem natalem Seruij Tullij exiſtimabāt. Qui cum incertum eſſet quo menſe natus eſſet, nonis tamen natum eſſe conſtaret, omnes nonas celebri notitia frequentabant. eſt etiam Dies ſeruorū Sigillaria, quę in continenti poſt Saturnalia celebrabātur. Lucillius:

--Seruorum feſtu' dies eſt,
Quem plane hexametro verſu non dicere poſſis.

Nam Hexametri lex non admittit Sigillaria. Auſonius:

Aediles etiam Plebei, etiamque curules
Feſta Sigillorum nomine dicta colunt.



*Sexagenarios*] Vulgata quidem hiſtoria, ſeu fabula, & à veteribus diuerſis opinionibus agitata. Tamen nō ita puto apertum eſſe, quid velit Feſtus, vt non ex eo eruantur quædam, quæ apud nullum alium auctorem legas, vt apparebit ex eius contextu ita: Sexagenarios de ponte mitti olim dicebatur. Cuius cauſſam Manilius hanc adfert: quod qui incoluerint primi loca vrbis, hominē ſexaginta annos natum Diti patri quotannis immolare ſolebant. idque facere eos deſtitiſſe aduentu Herculis. Sed religione veteris moris ſcirpeas hominum effigies eos tantummodo mittere de ponte. alij aiunt, morāte in Italia Hercule quod quidam eius comitum habitauerint ſecundum ripam Tiberi, atque Argeos ſe vocauerint ab argis: quorum p.ro. memoriam redintegrari. eo gente Græcia legatum quendam Argæum cum iis Romæ moratum eſſe. is vt obierit, inſtitutū à ſacerdotibus, vt effigies ſcirpea ex omnibus, cum, quæ publica erant, nunciauiſſet, per flumen ac mare in patriam remitteretur. ſcriptum eſt in reliquiis Feſti his, pro is, vt ſæpe. Inſtitutum igitur ait, vt ex omnibus ſcirpeis ſimulacris, erant autem triginta, vna nomine legati Argiuorum de ponte in Tiberim deiecta, per mare in patriam remitteretur, poſtquā munus ſuum, cuius cauſſa publice miſſus erat, nunciauiſſet. Hoc enim eſt, poſtquam quæ publica erant, nunciauiſſet. Ex quibus apparet ſine vlla controuerſia, ſacerdotes quædam dicis cauſſa nomine legati fari ſolitos, cum illam effigiem emitterent. quod apud nullum alium auctorem ſcriptum reperias.

*Sexus*] Corruptiſſimus locus. Lege: Sexus, aliter Sexu, natura habituſque. ex Græco, &c. Afranius in Priuigno
-- Sic ait:

Orbus virile ſexu adoptauit ſibi.

Salluſtius Hiſtor. lib.II. At Metellus in vlteriorem Hiſpaniam poſt annū regreſſus. Magna gloria concurrentium. Vndique virile, & muliebre ſexu per vias, & tecta omnium viſebatur. Siſenna Hiſt. lib.IIII. Tum in muro virile, ac muliebre ſexu, populi multitudine omni collecta. Quæ omnia corrupte leguntur apud Nonium. In veteri ſcriptura hic legebatur Secus. quod etiam vſurparant veteres. ſed non propterea hic ita legendum. Auſonius:

Iuno, Ceres, ac Veſta, ſecus muliebre ſorores. Item,
Nota Caledoniis nuribus muliebre ſecus Strix.

Sexu ergo neutri, ſexus maſculini. Sic genus, & genu: ge-
lus, & gelu: cornus, & cornu.

*Sic verſantur*] Haud dubie eſt fragmentum de Sucula
quod eſt lignum tranſuerſarium teres vtrinque capitulis
cardinatis in duo arrectaria immiſſum, paxilliſque ver-
ſatum, circa quod ductarius funis voluitur, ad ſuſtollēda
aut molienda onera, vt lapides, & alia. De Sucula etiam
alibi loquitur. Sequitur deinde: Suparum appellant dolo-
nem, hoc eſt velum minus in naui, vt acation maius. Su-
parum autem dictum ait Capito, velut ſeparatū ſit à do-
lone interioris mali. Hæc ἀναμφισβήτως Feſtus. Notum
eſt Acatium, & dolonem eſſe genera velorum, ἀκάτιον
quidem μέγα ἄρμενον, δόλωνα vero μικρόν. Notum & illud
apud Liuium: dolonibus ſublatis fugerunt. de ſuparo ali-
bi ſatis diximus. Sequitur aliud caput: Sepultum morte
meroque cum ait in ea in . . . . de L. Terentio Tuſci vici
magiſtro. eum viuum de ſaxo Tarpeio elatum cum eo
veniſſet comiſſatum: quod mero eſſet coactus. Non du-
bium eſt ex quadam oratione Catonis deſumpta eſſe. qui
mos eſt Feſto ſolennis, vt non nominato Catone verba
ex eo in teſtimonium producat, vt in Sublimauit. elegā-
ter comeſſabundum iuuenem mero ſepultum & viuum
elatum, quod mortuo ſimilis eſſet, dixit, quodque ſpiri-
tus ei mero coactus & interclusus eſſet. eſt autem nō to-
tus integer locus, niſi fallor. ante enim deſiderantur quę-
dam. quanquam non ſolum aperta eſt, ſed etiam elegans
huius loci ſententia.

*Sicilibus*] Gloſſarius: Sicila, σμίλα, ὀρβήλιον. Sicilium,
ξυρὸν σκυτέως. Sicila, σμίλα χαρτοτόμος. eſt autem vox ma-
gnæ Græciæ. eo nomine intelligebant quicquid ſecandi
vim habet. inde Sicilia dicta, quia ab Italia abſecta. In-
de Sicilire prata, ſecare.

*Sicilicum*] Fruſtra in peregrino verbo Latinam etymolo-
giam rimatur. eſt enim Syrum.

*Siſius*] Siſunculi in aqua ducenda vſurpatum eſt, pro tu-
bis ipſis. id quod Græce eſt σίφων. In lege riualitia ſic eſt,
quæ lata eſt rogante populum Ser. Sulpitio: Riuales mon-
tani



tani paganiue ſiſunculis aquam diuidunto. donec inter ſe
diuiſerint, eius iudicatio eſto. Aperte actio datur in eum,
qui hac lege committit.

*Signa*] Signa vt rerum, ita res ipſæ ſculptæ, aut lapides,
aut ferrum: & ſi qua ſunt aliqua eiuſmodi quæ ſculpātur
etiam: ſed pocula ita dicta, & ſimulacra ad effigies homi-
num conformata. Inuerſum tamen, etiam. ſed pocula.
pro ſed etiam pocula.

*Silere*] Silere, tacere. quod dictum eſſe videtur à S, li-
tera, quæ initium eius vocis eſt. Deinde de Silentio au-
ſpicandi gratia loquebatur ſequenti capite. ſed primus
verſus deeſt. Silentio ſurgere Verrius ait dici, vbi qui poſt
mediam noctem auſpicandi cauſſa ex lectulo ſuo ſurgit,
& liberatus à lecto in ſolido ſedet, ſiletque, ne quid eo tē-
pore deiiciat. inde ſe in lectū repoſuit. Ita omnino nullo
labore hanc lectionem eruimus. Aperte ſolidam ſellam
fuiſſe ait, vt ſtabilior eſſet, ne forte quid in ſedendo, aut
dum vellet ſedere, motu ſellæ deiiceret, & ſtrepitu vitium
auſpicio faceret.

*Silicernium*] Silicernium, cæna funebris, quam Græci
περίδειπνον vocant ſed & nonnulli, inter quos Verrius, exi-
ſtimant nihil aliud eſſe, quam id, quod nos farcimen di-
cimus, quo fletum familia purgare ſolet. quia cuius no-
mine ea res inſtituebatur iam ſilicernium cerneret. Cæci-
lius oboloſtate: Credidi ſilicernium eius me eſſe eſurum.
Silicernij ſupra, & alibi τὸ ἔτυμον attigimus. Ceſnas vete-
res dicebant & Poeſnas, pro eo quod eſt, Cenas, Poenas.
Ab eo ſiliceſnium. poſtea ſilicernium. Caſmina, carmi-
na. Valeſius, Valerius. & ſimilia. Tertullianus: quo dif-
fert ab epulo Iouis ſilicernium? à ſimpuuio obba? ab
aruſpice pollinctor? Gloſſarium: ſilicernium: περίδει-
πνον λύχνοις γὰρ ἅπτειν ἐν πένθει οὐ θέμις. videtur accepiſſe,
quaſi selucernium, hoc eſt ἀλυχνία. Rationem hanc erui-
mus. Natali die lucernæ accendebantur. Mortuali, vt lo-
quuntur Cato, & Plautus, id non faciebant optima de
cauſſa, vt τὸ ἀντίστροφον τῆς γενέσεως, καὶ τῆς τελευτῆς oſtende-
rent. Perſius:

—vnctaque feneſtra,
Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Tertullianus libro de Idololatria: At nunc lucent tabernæ,& ianuæ noſtræ. Plures iam Ethnicorum fores ſine lucernis, & laureis, quam Chriſtianorum. At ἐν πένθει quidem, vt puto, non accendebant. Cæterum ſemper in cippis ſepulcrorum ſuſpendebant lucernas. cuiuſmodi fictiles multas videmus ex veteribus monumentis erutas. Dio in Domitiano: καὶ πρῶτον μὲν στήλην παρεσκεύαζεν ἑκάστῳ σφῶν παρέστησε τό,τ' ὄνομα αὐτῶν ἔχουσαν, καὶ λυχνοῦχον μικρὸν οἷον ἐν τοῖς μνημείοις κρεμάννυται. Inde puto apud Gelliũ Laberius Cippum vocat lucium, quod ex eo lucerna luceret. vt ille apud Athenæum qui columnam vocat μυρίανδρον, quod ſuſtineret innitentem virum. Porro quemadmodum Ergaſtulus dictus, qui in ergaſtulo maneret: ita ſilicernius, qui dignus erat, vt pro eo ſilicernium pararetur. Cincius Alimetus de Gorgia Leontino: Qui dum iam ſilicernius ſui finem temporis expectaret,& ſi morti non potuit, tamen infirmitatibus inſultauit.

*Silus*] Silus,& Silo, σιμός.

*Simpludearia*] De his non nihil attigimus in Auſonianis lectionib. Dicta quaſi ſimpliludiaria. quia ſimpli ludij adhiberētur. hoc eſt ſaltatores vel cernuatores, de quibus ſupra diximus: quos cernuatores hic Verrius vel Feſtus vocat Corbitores, more ſcribendi antiquitus imperitis librariis vſitato, qui b, cum u, & cõtra cõmutabant. Coruitores enim ſine dubio dicendum erat. qui enim geſtus Cernuantium, vt modo ſurſum, modo deorſum ſpectent, is & coruorum eſt, & cornicum, ac monedularum, quæ vbi pedibus aliquem locum inſiſtunt, modo ἀνανεύουσι. modo ἐπινεύουσι. Hinc elegantiſſime de mulieribus cibo ſe ingurgitantibus ad menſam Plautus Caſina dixit:

Ego noui illas eſtrices. coruitant, vbi

Comiſſe poſſunt -- Quanquam ſcio Turnebum mutaſſe. ſed fruſtra. Has notas D.T. duntaxat ſignificare ſupra in Senacula admonuimus. Cauſſæ igitur non eſt, cur doctis viris hic de mẽdo ſuſpectus locus eſſe debeat. Simpludeariis ergo ſimpli ludij duntaxat adhibebantur, qui & Coruitores, ſeu cernui. vt eſt apud Seruium, dicuntur. Indictiuis & ludij, & deſultores, ac etiam ludorum quædam genera. Cicero de legibus II. Funus vt indicatur ſiquid ludorum, dominuſque funeris vtatur accenſo, atque lictoribus.



*Simpulum*] Gloſſæ: Simpulum, κύαθος. Simpulones hinc qui ſponſum conuiuia diſcurrentem comitantur. Succius Piſcatoria:

Summates viri facti ſunt ſimpulones ganei.

Iſidorus in Gloſſis: ſimpulator, conuiua: amicus ſponſi aſſiduus cum eo in conuiuio.

*Si...*] Siparium genus veli, quo in ſcæna mimi vtuntur, dictum ait. hactenus poſſum. reliqua quo pertineant non video.

*Siremps*] Plauti locus in prologo Amphitruonis iamdudum à nobis ita emendatus fuit: Sirempſe legem iuſſit eſſe Iupiter. Memini & locum in Senatuſconſulto quodam apud Frontinum eodem modo deprauatum vulgo legi: Qui aduerſus ea quid fecerit, & aduerſus ea repſerit ex iuſſu cauſſaque omnium rerum omnibus eſto damnas vtique atque vti eſſet eſſeque oporteret, ſi is aduerſum hanc legem riuum, ſpecumque rupiſſet. Manifeſto enim legendum: Qui aduerſus ea quid fecerit, ſirempſe lex, ius, cauſſaque omnium rerum omnibus eſto vtique atque vti eſſet &c. Quin apud Probum Singularum ſcriptorem eadem non mediocriter cõtaminata ſunt: S.R.L.E.E.C.Q.O.R.E. Si rem lex ex eius cauſa Que omniũ rerum eſto. Scribe: S.L.I.C.Q.O.R.E. Sirempſe lex, ius, cauſſaque omnium rerum eſto. Apud Senecam Epiſtola XCII. vbi vero ad finem mortalium vẽtum eſt, diſcede, inquit, Ambitio, omnium quæ terram premunt ſere miles eſto. Emẽdat eruditiſs. Cuiacius, ſiremps lex eſto. Partem verborum Catonis ita reconcinnabimus: & præterea rogas aduorſus ea ſi populus condemnauerit, vtei ſiremps lex ſiet, quaſi aduorſus leges feciſſet.

*Sobrium*] Sobrium vicum dictum eſſe teſtatur Aelius, quod in eo neque tabernæ locus, neque cauponæ fuerit. alij quod in eo Mercurio non lacte, ſed vino ſolitũ erat ſupplicari.

*Sodalis*] Sodalis quidam dictos eſſe putant, quod vna ſederent, eſſentque. alij, quod ex ſuo veſci ſoliti ſunt. alij, quod inter ſe inuicem ſuaderent, quod vtile eſſet. Iidem quod coeant crebro congeræ vocantur à Græco voca-

bulo, quod eſt γέῤῥα. Congeræ per vnum R, ſcribebant, vt ſupra attigimus. Lucillius:

Tapullam legem rident concerræ Opimi.

Concerræ pro Congerræ. vide in Tapulla. Quod Congerra à Græco γέῤῥα dictum ſit monet etiam Varro. vide libro VI. de Latino ſermone.

*solida*] ſolida ſella, ait, ſedere tum quis iubetur, cum mane ſurgendi cauſſa euigilauit. quod antiqui expreſſe ab interiore parte excauatas non faciebant ſedes. quas ſolidas ideo, quod his nihil erat concauum, appellabant, inquit Verrius, quod eſſent totæ. abſurde, vt mihi videtur, illud quod ſit totum, ait dictum ſolidum. Nihil omnino prætermiſſum eſt de ſententia Feſti, fortaſſe ne de verbis quidem. Euigilare ſurgendi cauſſa, eſt data opera poſt mediam noctem experrectum ſilentio ſurgere, auſpicandi cauſſa. ita enim auſpicantibus mos erat in ſolida ſella ſedere. vt ſupra in ſilentio refertur. Recte autẽ Verrius ſolidas ſellas totas interpretatur. nam Verrij temporibus vulgo tam notum erat ſolidum à ſolo dictum, quã ſolum idem valere, quod totum. Igitur idem eſt ac ſi dixiſſet, dictæ ſolidæ, quod ſolæ, id eſt totæ. Quare vides hic præcipitem Feſti calorem in reprehendendo illo, à quo tanta bona didicerat. Saltem debebat meminiſſe quod alibi notat de ſoliferreo, ſolerte, & ſolenne. Verum profecto ita eſt: ad reprehendendum, quam ad diſcendũ propenſiores ſumus.

*solino*] Conſulo, Conſolino, vt iter, itiner, fruiſcor, fruniſcor.

*solipuga*] Gloſſarium: ſolipaga, ἡλιοκεντεῖς, μύγας εἶδος.

*solitaurilia*] ſcribe: quod omnes eæ ſolidi integrique ſunt corporis. contrari verueces, maialeſque. quia, &c. Quod ait tauros id eſt virilia cædi in caſtratione: intellige de ea caſtratione, quæ fiebat in ipſo ſacrificio. Verres enim, aries, taurus, cum admouebantur aræ mola mactati, priuſquam corio exuerentur, caſtrabantur. Vide Martialis epigramma lib. III. cuius initium:

Vite nocens roſa ſtabat moriturus ad aras
Hircus grata tuis victima, Bacche, ſacris.

Gloſſarium: ſolitaurilia, θυσία ἐκ τοῦ κριοῦ, καὶ ταύρου. ſcribe, ἐκ συὸς, κριοῦ, &c.



*solla*] Lege ſolia, &: ideoque ſoliar ſternere dicuntur &c. Item ſoliaria vocantur Babylonica. Varro Coſmotorine περὶ φθορᾶς κόσμου. Phrygio qui poluinar poterat pingere, ſoliar leuigabat. Gloſſæ: ſoliar, δίφραξ.

*solox*] Gloſſarium: ſolox, ἱερὸν, καὶ παχύς. lege, ἔριον παχύ. Tertullianus in ſcholaſtica oratione de Pallio: Endromidis ſolocem aliqua multitia ſyntheſi extruxit.

*soniuio*] Cicero Cæcinnæ: Neque ex tripudiis ſoliſtimis, aut ſoniuis tibi auguror. Plinius de nucibus iuglandibus: Quæ cauſſa eas nuptiis fecit religioſas, tot modis fœtu munito. quod eſt veriſimilius, quam quia cadendo tripudium ſoniuium faciant. manifeſto errore legitur in vulgatis Plinianis, ſonumue faciunt. Seruius Danielis in illud: -- tremere omnia viſa repente: Hoc augurium, inquit, iuxta auguralem diſciplinam dictũ eſt, quod appellatur Tripudium ſoniuium: id eſt à ſono. Ad quod pertinet, ſi arbor ſponte radicibus cadat, ſi terra tremat, quod hic Æneæ factum oſtendit, antequã voce diuina reſponſa perciperet. Hæc ille vetuſtiſſimus interpres.

*Soniuio*] Infra: Soniuio ſignificat in Carmine Saliari, item in commentario augurali, ſonanti. Aliud caput: Soniuium tripudium dicitur, vt ait Pulcher, quod ſonet. vt cum pullo excidit puls, quadrupediue aliquid ex ore. vide Soliſtimum.

*Sons*] Sons nocens, vt ex contrario inſons innocens. Auſonius in Technopægnio:

Si bonus eſt inſons, contrarius & malus eſt ſons.

*Sonticum*] Gloſſarium: Sonticus morbus, ἱερὰ νόσος.

*Sonticum*] Infra: Sontica cauſſa dicitur à morbo ſontico, qui quid gerendum agere non permittit. Cato de regis Attali vectigalibus. Reliqua non potui.

*Soracum*] Alij Saracum. Gloſſarium: Sarraca, ἅμαξα.

*Sororiare*] Plautus Fribularia:

-- tunc papillæ primitus
Fraterculabant. illud volui dicere
Sororiabant. quid opus eſt verbis?

*Sartutillus*] Veteres editiones, Scrutillus. quod verũ eſt. Iſidorus, Scrutillus. ventriculus fartus.

*Sos*] Dia Dearum. δῖα θεάων. Lege alterum verſum ita:

Circum ſos quæ ſunt magnæ gentes opulentæ. &,
Dum cenſent terrere minis, hortantur ei ſos. &,
Contendunt Graios. Græcos memorare ſolent ſos.

*Sos* . . . ] Soſpes ſaluus . . . . . omnes fere aufugerunt ſoſpites. Afranius in Epiſtola : Di te ſoſpitem ſeruent tuis. Pacuuius in Teucro : maxime Teucre . . . . . . . . nunquam. Ennius in. . . . parentē & patriam Di ſeruate ſoſpitem. Attius in . . . . ſi rite ad patriam ſaluus & ſoſpes perueniſſet. Ennius. Vid. . .

*Soſpitare* ] Soſpitare, pro bona ſpe afficere, quod hic dicitur, ego reperi in verſiculo Lucilliano ex lib. XXVIII.

Soſpitat, impertit ſalutem plurimam & pleniſſimam.

*Spara* ] Gloſſæ: Sparus, εἶδος ἀκοντίου. Varro apud Seruium qui eſt in ſchedis: Sparum, miſſile, à piſcibus ducta ſimilitudine, qui Spari vocantur.

*Spatiatorem* ] Macrobius lib. III. Sic nimirum M. Cato ſenatorem non ignobilem Cæcilium ſpatiatorem, & Feſcenium vocat. eumque ſtaticulos dare his verbis ait: Deſcendit de canterio : inde ſtaticulos dare, ridicularia fundere.

*Spectio* ] Profligatiſſimus locus, ac multis vulneribus confectus. Non ſolum enim corruptus, ſed mancus, ac parte ſui non parua truncatus. Feſti ſententia hæc videtur fuiſſe : Spectio in Auguralibus ponitur pro aſpectione. Spectio, & nunciatio data erat iis magiſtratibus, qui omne ius auſpiciorum habent. auguribus ſpectio duntaxat, quorum conſilio rem gererent magiſtratus, non vt poſſent impedire nunciando quæcunque vidiſſent. at iis ſpectio ſine nunciatione data eſt. Hoc videndum eſt in his verbis. nunciationem duplicem eſſe : nunciationem augurij, quam habebat ſolum, cui ſpectio erat, hoc eſt auguri, & nunciationem auocandæ concionis, quam ſolus habebat, qui omne ius auſpiciorum habet, hoc eſt maior magiſtratus, quæ vocabatur obnunciatio. Cum Philippica II. dicitur augures habere nunciationem : eſt ius tātum nunciandi magiſtratui de eo quod viderit. Conſules habere ſpectionem, quam & Augures habeant, & obnunciationem quam Augures non habebant. Inuenies tamen Obnunciationem poſitum pro nunciatione: vt in primo de Diuinatione: Non in eo, inquit, eſt culpa, qui obnunciauit : ſed in eo qui non paruit.



*Specus* ] Pacuuius Chryſe :

Eſt ibi ſub eo ſaxo penitus ſtrata arena ingens ſpecus,
Solis quæ exortu capeſſit candorem, occaſu nigret.
Illud incipio ſaxum tentans eſcendere verticem
In ſummū. deinde in omnis partis proſpectū aucupo.

*Spetile* ] vel, vt nonnullæ editiones Spectile. eſt τὸ ἦτρον, vel τὸ ὑπογάστριον.

*Spiciunt* ] antiquos dixiſſe in ſoluta oratione teſtis eſt Cato in ea, quam habuit de ſeptem hominibus.

*Sponſis* ] Lege, Bene ſponſis, benéque voleris.

*Squalidum* ] Squalidum incultum, & ſordidum. ſic appellatum, quod proxime ad ſquamas piſcium accedit. Itidem Ennius dici pallidum ſqualidum auctor eſt in Telepho : Quam veſtitus ſqualida ſtola. Apud Nonium in Stola integrior verſus legitur :

Cedo, ac caueo veſtitus ſqualida ſeptus ſtola.

*Squarroſos* ] Squarra, vel vt veteres ſcribebant, Scara, purum putum Græcum eſt, ἐσχάρα. Quod frequens in libris Græcorum medicinis. Rupices, ſunt ruſtici. Tertullian. apud rupicem, & ſiluicolam, & monſtrorum eruditorem ſcrupea ſchola eruditus. dicuntur & Petrones. Varrones etiam à Varris, qui ſunt ſtipites non dolati præduri, ac enodes. vnde Varronum familiæ in gente Terentia, ac Viſellia. Quāquam Varro ipſe de ſuo cognomine loquēs aliter ſcripſerit: eum nempe, qui primus Varro ſit appellatus, in Illyrico hoſtem Varronem nomine quod rapuerat, & ad ſuos portauerat, id cognomen ex inſigni facto meruiſſe. Auctor Seruius, qui eſt penes Danielem.

*Statæ* ] Pro colluſtrauit, puto, Cœlius ſtrauit.

*Statu liber* ] Gloſſarium : Statu liber, ἐλεύθερος χρόνῳ κατὰ διαθήκην ἀφεθείς. lego ὅρῳ pro χρόνῳ.

*Stellionem* ] Stellionem genus lacertæ Verrius dicit ab eo dictum, quod virus ſtillet cibo, potius, quam quod dicit alibi, a ſtellarum ſimilitudine videri dictum, quia eius corium varium eſt. Tertullianus de cibis Iudæorum: quis ſtellionem? (comedit) ſed maculas execratur prædam de aliena morte quærentes.

*Stipatores* ] Stipa, quæ hic vocatur, eſt crux, ſeu patibulum humi, vt trophæum, deuſtitum, cui argillam impo-

nunt plaſtæ, vt ſimulacra, quæ velint, deforment. Græci vocant κάνναβον. Tertullianus in Apologetico de eo intelligit, cum ait: Crucibus, & ſtipitibus imponitis Chriſtianos. quod ſimulacrum non prius argilla deformat, cruci & ſtipiti ſuperſtructa? & infra: Diximus originem Deorum veſtrorum à plaſtis de cruce induci. ſed qui ſequitur locus, vt obiter dicam, corruptus eſt apud eundem eruditiſſimum ſcriptorem: Sipara illa vexillorum, & candelabrorum ſtolæ crucium ſunt. Legendum enim: Sipara illa vexillorum, & candes labarorum, ſtolæ crucium ſunt. notum labarum inter ſigna militaria fuiſſe. ex illo vt ex antenna pendebat candys, quod eſt genus paludamenti barbarici. Itaque in veteribus monimentis ita viſitur ſemper Labarum ea forma pictum. neque multum negotij fuit Conſtantino Imp. id in ſpeciem crucis concinnare. cum iam tranſuerſum antennæ ſpecie lignum haberet. Candes ergo, ſunt κάνδυες, à nominatiuo Candys. Non ignoro tamen in veterib. libris Tertulliani Cantabrorum legi: vt etiam apud Arnobium. præterea Labarum tempore Tertulliani non fuiſſe. Quare hoc modo labefactabitur coniectura noſtra.

*Stipes*] Citabatur Afranius, qui dixerat, ſtipite oſtium impulit. item Attius in Menalippo, qui dixerit, reuolſo ſtipite, & in Bacchis. & Ennius, qui dixit ſtipites abiegnos.

*Sti...*] Citabatur Ennius qui ſtipem dixit maſculino:

Nomine Pyrrhus, vti memorant, à ſtirpe ſupremo.

*Stlata*] Gloſſarium: Stlata, πειρατικοῦ σκάφους εἶδος. Idem, Stlatarius, ἐργόμανος.

*Stolidus*] Ennius:

Nanque auide pugnare ſues ſtolidi ſoliti ſunt.

Hominem appellat: Quid laſciuis ſtolide? non intelligit.

*Strebula*] Habes apud Varronem, & Arnobium.

*Strena*] Etymologiæ Feſti conuenit, imo adſtipulatur verſus Pomponij Atellanarij: Aſſide, ſiqua veniet ſtrena ſtrenæ.

*Stri...*] Striges aues nocturnas, vt ait Verrius: Græci ςρίγγας appellant. à quo maleficiis mulieribus nomen inditum eſt. quas volaticas etiam vocant. Itaque ſolent



his verbis eas veluti auertere Græci.

ςρίγγ' ἀπόπομπον, νυκτιβόαν τὰν ςρίγγ' ἀπὸ λαοῦ
* ὄρνιν ἀνώνυμον ὠκυπόρους ἐπὶ νῆας. Plin. hos verſus intellexit, cum ſcribit Strigas in Græcorum diris, & imprecationibus haberi. Qui hic ſomniant ſyrnia, næ ipſi multum hallucinantur. Puto ſecundum verſum ita legẽdum, ac ſupplendum.

ὄρνιν ἀνώνυμον ἀκυπόρους ἐπὶ νῆας ἐλαύνειν.

*Strigores*] Strigores in Nelei carmine videtur pro ſtrigoſis poſitum. alij pro denſarum virium hominibus ... Strigores exerciti. Memini Adr. Turneb. Strigones legere. Sed non aduertebat morẽ veterũ, qui vt architectores pro architectones, ita Strigores pro ſtrigones dicebant.

*Stroppus*] Lege, pro inſigni habent in apice. Apud Vitruuium ſunt, quibus religatur remus ad ſcalmum, vt alibi notauimus. Gloſſarium: Strepus, τροπωτήρ. Lege, Stropus. Gloſſæ aliæ: Strupus, σκαλμὸς ἔνθα ἡ κώπη δεσμεῦται. Idem Iſidorus producit locum Liuij: Tuncque remis iuſſit deligari ſtrupis. Apud Suetonium alicubi perperam legitur ſtupis lecticæ pro ſtrupis.

*Struppus*] Tertia linea cum ſequenti alio pertinet, quod diuinare non potui.

*Struere*] Gloſſarium: Pedem ſtruit, φεύγει.

*Strufertarios*] Strufertarios antiqui ſoliti ſunt appellare homines conductitios, qui ad lucos, vel arbores fulguritas, aut piacularium commiſſarum cauſſa, ſtrue & ferto ſacra faciunt, his verbis: Oro te Iupiter, vti mihi volens propitius ſis. quod & nullo etiam adhibito ſtrufertario fiebat Hæc Feſtus. vt appareat maiora ſpatia in editione relicta eſſe, quam opus ſit ad ea, quæ deſiderantur, capienda. Ex his cognoſcimus, quantum odorari potuimus, ſtrufertarios fuiſſe, qui huiuſcemodi ſuperſtitioni obeundæ operas locabant: quos Fertores etiam dictos, ſuperius ex Iſidoro notauimus. Quod enim arbores fulguritæ piaculis procurari ſolitæ eſſent, notum eſt cum ex aliis veterum monimentis, tum ex tabula, quæ Romæ ante hos V. annos effoſſa eſt: quam mihi eruditiſſimus ac nunquam ſatis laudatus Cl. Puteanus communicauit. in ea primum ita legitur: IIII. ID. DEC. FRATRES. ARVAL. IN. LVCO. DEAE. DIAE VIA. CAM-

PANA. APVD. LAP. V. CONVENER. PER. C. PORC. PRISCVM. MAG. ET. IBI. IMMOLAV. QVOD. AB. ICTV. FVLMINIS ARBORES. LVCI. SACRI. D. D. ATTACTAE. ARDVERINT. EARVMQ. ARBORVM. ADOLEFACTARVM. ET. COINQVENDARVM. ET. IN. EO. LVCO. SACRO. ALIAE. SINT. REPOSITAE, &c. Deinde infra in eadem tabula ſtruis mentio fit: IMMOL. IPSO. MAG. PORCAM. ET AGNAM. STRVIB. EFFERTIS, &c. quãquam miror ſtruibus effertis, non ſtruibus,& fertis in ea tabula ſculptũ fuiſſe. Non ſolum, inquit Feſtus, ad arbores fulguritas ſtruferta fiebant, ſed & piacularium cõmiſſarum cauſſa. Sane hoc verum eſſe vel ex vno Catone patet, qui ſtruem commoueri iubet pro commiſſo imprudenter piaculo his verbis: ſiquid in hiſce ſuouetaurilib. erit, quod nec recte factum ſit. & cætera. vnde ait Feſtus, etiam ſine ſtrufertario hoc fieri hoc eſt ſine homine conductitio. recte. nam paterfamlias ipſe hoc pro tota familia non raro faciebat. Cuius exemplum habes apud eundem Catonem.

Infra ] In reliquiis, quæ poſtea extant, nihil omnino pertinet ad ſuperiora de ſtrufertariis: ſed, ni fallor, ita Feſtus ſcripſerat: Suber, arbor, ex qua cortex deripitur. Deinde vtebatur teſtimonio Lucilij. Neque tantum hoc loco incommodum acceptum eſt: ſed & reliquum membrum, quod huc pertinebat, neſcio quomodo diſtractum eſt, & tranſlatum ad vocem Stura. poſt quam reliquiæ huius loci apparẽt, in illis: ac ſuberieſque. de ſubere enim manifeſto ſermo fiebat.

*Struices* ] Næuius etiam, teſte Seruio, qui eſt in ſchedis, dixit Struix malorum.

*Stuprum* ] Sententia Appij: Qui animi volt ſeſe compotem eſſe, nequid fraudis ſtuprique ferocia pariat. Næuij verſus Saturnij:

Seſéque ꝗ perire mauolunt ibidem,
Quam cum ſtupro redire ad ſuos popularis. Item:
Sin illos deſeritis fortiſſumos virorum,
Magnum inde ſtuprum poplo fieri pergetis.

Vt à Prohibeo Proebrum, & probrum: ſic à ſtupeo ſtuprũ.

*Stura* ] Tertia abhinc linea, vt iam ſupra notauimus, pertinet ad vocem Suber.



*Suadted* ] Lego: Sed ted, idem ait eſſe ſine te. Veteres ſe ponebant pro ſine, item ſed, vt ſupra dixit. & ted, pro te. vt Quintilianus etiam annotat. In vetuſtiſſimo lapide Duilij, quod ante hos XI. annos, Romæ cum eſſem, effoſſum fuit, ſemper legitur MARID, pro MARI, & ſimilia, cum D litera ſuperflua. A Se Sine factum eſt, vt ab iter, itiner; à iecur, iecinor.

*Sub corona* ) Verſus Plauti:

Præco ibi adſit. cum corona: quíque liceat, veneat.

*Sub vitem* ) Lucilij verſus corrigendus:

Vt veles bonu' ſub vitem qui ſumicit haſtas.

Sumicit, pro ſubiicit. vt Comuro, pro Couro. Comitium, pro Coitium.

*Sub vitem prælirai*) Trochaicus Lucillij ita legendus:

Neque prodire in altum, præliari ſub vitem procul.

*Subices* ] Subices Ennius in Achille pro ſubiectis poſuit cum dixit nubes.

Per ego Deum ſublimes ſubices humidas.
Vnde oritur imber ſonitu ſæuo & ſpiritu.

*Subici* ) Subici aries dicitur, quem quis agit, vt pro ſe cædatur. vt ait in eodẽ libro Antiſtius. quod fit, vt ait Cincius libro de officio Iuriconſulti, exemplo Athenienſium: apud quod quos expiandi gratia aries inigitur ab eo, qui ſcelus admiſit, pœnæ pẽdendæ loco. Notũ apud Atheniẽſes & alios Græcos, non ſolũ, qui ἀκούσιον φόνον, ſed & qui ἐκ προνοίας feciſſent, pecudibus immolandis expiari ſolitos, vt de Oreſte, & aliis proditur. Hoc etiam retulerat in leges ſuas Numa, inter quas hæc fuit: SEI. QVIS. HOMINEM. LIBERVM. DOLO. SCIENS. MORTEI. DVIT. PARICEIDA. ESTO. SEI. IM. INPRVDENS. SE. DOLO. MALO. OCCISIT. PRO. CAPITE. OCCEISEI. ET. NATEIS. EIVS. IN. CONCIONE. ARIETEM. SVBICITO. Cuius legis vltimũ membrũ concinnauimꝰ ex ſchedis Seruianis, in quibus huius legis mentio fit: vt ſiquis imprudens hominem occidiſſet, pro capite occiſi, & natis eius in concione arietem offerret. Quod hic ait Feſtus pœnæ pendendæ loco pene videtur innuere in lege fuiſſet expreſſum verbo ἀντίποινος.

*Sublicium* ) Feſtus dicit ſublices, nõ ſublicas. quod & in

VERSITAT

Salluſtiano exemplo erat. Sic etiam veteres Gloſſæ: Sublices, καταπῆγες, οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ὑποβαστάζοντες. Referabat præterea Feſtus opinionem eorum qui vocabulum Volſcum eſſe aiebant, quod non aliter Formiani tigna, quibus eorum pons ſurrectus erat, appellabant. item eorum, qui dicebant Sublices ab eo dictas, quia ſub eis aqua liquens laberetur. Sed nos cenſemus ſublicam dictam, vt obliquam: & intelligi trabem. Sublicus ergo, & oblicus, vel ſubliquus, & obliquus compoſita ſunt: quorum ſimplex liquus, vel liquis. Vetus autor loquens de figuris & lineamentis. omnem autem ſummitatem metiundi obſeruationes ſunt duæ: enormis, & liquis. Enormis, quæ in omnem actum rectis angulis continetur. Liquis, quæ minuendi laboris cauſſa, & ſalua rectorum ratione angulorum ſecundum ipſam extremitatem ſubtenditur.

*Subſcudes*] Infra: Subſcudes appellantur cuneatæ taleolæ, quibus tabulæ inter ſe configuntur. quia, quo eæ immittuntur, ſuccuditur. Pacuuius in Niptris.

Infra] Subſidum dicebatur, quando milites ſubſidebant in extrema acie, labentique aciei ſuccurrebant. quod genus militum conſtabat ex iis, qui emeruerant ſtipendia, & tamen retinebant locum in exercitu, quæ erat tertia acies quæ dicebatur Triariorum. vt Plautus in Friuolaria:

Agite nunc ſubſidite omnes, quaſi ſolent Triarij.

Reliqua non potui. Verſus ille Plauti manifeſto coniungendus eſt cum illis ex eadem Friuolaria:

--ſequimini hac
Sultis lectiones omnes Lauernæ. Vbi rorarij
Eſtis? En ſunt. Vbi ſunt accenſi? Ecce *
Agite nunc, ſubſidite omnes, quaſi ſolent Triarij.

A ſubſidio ſubſidioſum audacter formauit Seneca Epiſtola VIII. clamo, vitate quæcunque volgo placent, quæ caſus adtribuit ad omne fortuitum bonum, ſubſidioſi, pauidique ſubſiſtite. Ita inueni in libro N. Fabri, quem cum optimis codicib. ſcriptis contulit.

*Subſilles*] Subſilles, quas alij Ipſulles vocant, lamellæ neceſſariæ ſacrificiis. quæ ad rem diuinam dicuntur maxime conferre, . . . . Vide Ipſullices.

*Subſolanæ*] Quid ſit, quæramus.

*Subſtillum*] Tertullianus: aut imbres ruunt, & ſi qua miſ-



ſilia cum imbribus, dehinc ſubſtillum, & denuo ſudum.

*ſubucula*] In meis Gloſſis antiquis inuenio ſubitillum, aut ſubutulum dictum cum interpretatione, ſubitillus, ἔγχυτον.

*ſubuerbuſtam*] Hic b, pro u. ſubueruuſtam. Tertullianus in libro ſcholaſtico de Pallio: Libertinos in equeſtribus: ſubuerbuſtos in liberalibus: dedititios in ingenuis: rupices in vrbanis: ſcurras in forenſibus: paganos in militaribus. ſubuerbuſtos vocat τοὺς στιγματίας. quia notis inurebantur.

*ſubulo*) Gloſſarium: Subulo, αὐλητής.

*ſuccrotilla*) ſuccrotilla vox tenuis dicebatur, & alta. Titinnius in . . .

Feminina fabulare ſuccrotilla vocula. Afranius in Epiſtula . . . ſuccrotilla voce ſerio. Plautus in deſcribendis mulierum vitiis in ſyro:

Cum extortis talis, cum todellis, cruſculis.

Cætera non potui. ſequitur,

infra] ſucula, eſt machinæ genus teretis materiæ, & foratæ, ac craſſæ, tanquam vber ſcrofæ. Reliqua deplorata ſunt, quæ de Hyadibus tractat. Gloſſarium: ſuculæ, ὑάδες, καὶ δοχίδες

*ſufes*] ſufes dictus eſt Poenorum lingua ſummus magiſtratus: vt Oſcorum Medix. Calidius in oratione in Cæcilium: Nonne vobis &c. Porro qui Hebraice ſciunt, & non ignorant poenos Tyriorum colonos eſſe, concedent mihi, ſufes idem eſſe, quod Græcis ἔφορος, ἐπόπτης, ἐπίσκοπος. צופה. ſic Carthaginienſium arx βύρσα dicta per metatheſin quaſi βύσρα. Nam ſine dubio בוצרה hoc eſt munitus locus, ἄκρα. Quo nomine Idumæorum metropolis ita dicta, qui eadem lingua cum Carthaginienſib. loquebantur. Nugaces Græci, quicquid ad eorum linguam alludit, ſtatim Græcum eſſe cenſent. Nam cum pro βύσρα, quod eorum lingua non patiebatur, βύρσαν dixerunt, dictum factum pro Græco publicarunt, atque proſcripſerunt. Hoc, quod hic notamus. ſcribimus iis, qui ſi vel primis Hebraicis literis tincti ſunt, me verum dicere non negabunt. in vtroque autem צופה quam בוצרה ſchurek pro holem effertur more Syrorum.

*Suffibulum*] In lege, quæ ſcripta erat in ſacrario Deæ Opeconſiuæ: HOC. PRAETER. VIRGINES. VESTALEIS. AC. SACERDOTEM. POBLICOM. INTROIRE. NEFAS. ESTO. IS. CVM. INTROEAT. SVBFIBVLVM. HABETO.

*Sugillatum*] Inepta etymologia, ac propterea falſa. Cinnus eſt cilium, aut palpebra. ὑποκοριστικὸν Cillus. Inde ſubcillum, & ſubcillare. quod poſtea, Subgillum, & ſubgillare ὑπωπιάζειν. C, in G. Subicitare, Inicere: Subigitare, Inigere, Præterea falſum eſt Sugillationes pertinere ad colſum. niſi mauis legere ſub oculo. ſed tunc quid Græce ſubſtituam, non video. Si κυλλὸν, nihil ago. ſi γύαλον, nugas egero. γύαλα quidem Græci τὰ κοιλώματα. Sed, quantum video, Verrius ſugillare putat dictum a gula, quæ dicta ſit a Græco, qui γύαλον partem ſub collo vocant. Hæ ſunt nugæ Grammaticorum.

*Suillum*] Lege, & ſurire dicuntur. Apuleius. Gloſſarium Surit, χαυρᾷ.

*Summiſſi*] Næuij verſus eſt Trochaicus:

Odi ſummiſſos. proinde dice aperte quid fiet
Quod times. --

*Superſtites*] SEI. QVE I. IN. IVRE. MANVM. CONSERVNT. VTREIQVE. SVPERSTITIBVS. PRAESENTIBVS. VINDICIAS. SVMVNTO. & Prætoris verba: VTREISQVE. SVPERSTITITIBVS. PRAESENTIBVS. HANC. VIAM. DEICO. In quibus verbis. VTREIQVE, & VTREISQVE ſemper intellige, vtrumque reum. Quare male quidam putant legendum, VIREISQVE SVPERSTITIBVS. Idem enim, ac ſi diceret: Vtrique reo præſentibus, teſtibus hanc viam dico.

*Supparus*) Supparus lineum puellarum veſtimentum, quod & ſubucula appellatur, vt ait Pomponius in Fullonia. item velum omne, quod ex lino eſt, Supparum dicitur Punicum veſtimentum ita vocat Næui. de bello Punico, & in Nautis. Nos autem veſtem conſecratam ſupparum vocamus. & nunc ſupparos dicimus vela linea in crucem expanſa. Mulier videtur puella eſſe, ſupparo induta, vt ait Afranius:



Puella non ſum, ſupparo ſi induta ſum.

Ita hæc diuinauimus, vel potius hariolati ſumus ex his Feſti, quæ nobis ſuperſunt, reliquiis. Iam ſupparum eſſe omne lineum velum, id verum eſt, neque aliter poteſt eſſe. Ita enim, & vela in nauibus vocabant. Vnde Lucanus, & Seneca dixerunt suppara velorum. Veſtem conſecratam, & velamentum in ſignis militaribus cruci ſuperpoſitum Siparum vocari tam certum eſt, quam verum illo Tertulliani loco ſupra a nobis emendato indicari: ſipara illa vexillorum, & candes labararorum (vel, & Cantabrorum) ſtolæ crucium ſunt. Nam & candes veſtes, & ſipara, vela illa, de quibus ait Feſtus.

*Supparus*] Camiſiam vſurpat Paulus verbum ſuæ ætatis, ac ſuorum hominum elegantia dignum. Cama eſt barbarum vocabulum. id ſignificat lectum. Hodieq; in idiotiſmo ſuo retinent Hiſpani. Camas enim lectos vocant. Ab eo tunicam lineam nocturnam vocarunt Camiſiam. Auctor Iſidorus, & ipſe homo Hiſpanus.

*Suppernati*] Catullus -- velut alnus

In foſſa Liguri iacet ſuppernata ſecuri.

Cum id elegantiſſime ab elegantiſſimo poeta dictum ſit, miror, quare ſuperſtitioſe adeo reiecerunt, vt non auſi ſint vulgatam lectionem ineptiſſimam mutare -- ſeparata ſecuri. An, obſecro vos, hoc Latine eſt loqui? Saltem ſi de barbariſmo non ſuſpicabâtur, tanti debebat apud eos eſſe auctoritas Feſti, vt quod ipſe in libros ſuos retuliſſet, id melius putarent, quam quod in deprauatis codicibus noſtris habetur. Verſum Ennij, His pernas ſuccidit iniqua ſuperbia Pœni, interpretatur Liuius de clade Cannenſi loquens, cum ait quoſdam iacentes viuos ſucciſis feminibus poplitibuſque inuentos fuiſſe.

*Supplic.*] Supplicia, ſunt ſceptra, quæ caduceatores portant. Sunt autem verbenæ felicis arboris. Non enim alia ſupplicia fas erat, quam ex verbenis ſumi. Sunt & ſupplicia, quæ, cum ciuis necaretur, fiebant. Tunc enim semoniæ rex ſacrorum veruece bidente facit, vt ciuibus pœna ſolutis, caput damnati, patrimoniumque, cuius cauſſa id fieret, ſacrum Diuis manibus eſſet. Inde ſolitum, cum prodit ſacrificandi cauſſa rex ſacrorum, vt id vocetur ſupplicium, quaſi vero ſemper ela . . . . quo exemplo docet

ſupplicia eſſe ſacrificia. at nunc fere ſupplicia pro pœnis dicuntur. Hæc, aut non multum diuerſa ſcripſiſſe Feſtum putamus. Et cum ſacrum fieret pro eo, cuius caput deuotum eſſet, quo ſupplicarent Diis, & deprecarentur ἀνεμεσητὸν, quia interficerent ciuem, propterea ſupplicium dici cœptum pro pœna capitali. Sane ariete, aut veruece ſolebant amoliri contractum ex nece alicuius piaculum. quod ſupra in lege Numæ a nobis expoſitum eſt. Semoniæ Deæ meminit ex Varrone Auguſtinus. reprehendit deinde Verrium more ſuo, qui in hoc verbo explicando hallucinetur.

Infra ] Supplicium a ſuppliciis differt. Id quod conſuetudo arguit. quod ſoleamus dicere hæc deorum ſupplicia. Contra dicimus, vt ſumatur ſupplicium de aliquo: id eſt deportetur: aut iubeatur flagris cædi.

*Supp.* ] ſupremum modo ſignificat ſummum, modo extremum, modo maximum. Summum vt . . . . Pater ſuppreme, belli, & armorum potens. Plautus. . . Me ſuppremum habuiſti ſemper in omnibus rebus tuis. Alias extremum ſignificat. vt in legibus XII. Solis occaſus ſupprema tempeſtas eſto. &c. Deinde citabat exemplum ſcriptoris cuiuſdam. qui dixerat: ab illo ſepeliri die ſuppremo. Item heroicum verſum. Et quaſi ſuppremo lugentes tempora voltu. Item Catonem, qui dixit ſuppremam aduocationem. In fine: Alias pro maximo: cum duas oues, & triginta boues ſuppremam multam dicerent: hoc eſt maximam.

*Suppus* ] Verſus Lucillij:

Si vero das, quod rogat, & ſi ſuggeri' ſuppum.

Significatum prouerbialem habet. hoc eſt, ſi illi ex ſententia reſpondes. ſi, quod optat, facis. ſuppus eſt pars tali luſorij, quæ Græce ὕπτιος dicitur. Cum talus ita caderet, vt ſupina pars, quæ vocabatur, ſuperior eſſet, erat felix iactus. ſuppi meminit Iſidorus.

*Surregit* ] ſurregit, & ſorctus antiqui ponebant pro ſurgit, & eius participio, quaſi ſit ſurrectus, vt eſt in Annalibus L. Liuilli. in quibus id frequenter eſt. Paulus abbreuiator, pro L. Liuillo. Liuium poetam intelligit. neſcio an diuerſa lectione a noſtra vſus.

*Surremit* ] Infra. Adhuc quæro, Eſt enim hiſtoria penitus mihi incomperta.



*Su . . . .* ] Sutrium quaſi eant, vtique in prouerbium abiit hac de cauſſa: Gallico tumultu à Camillo quondam edictum eſt, legiones Sutrij vt præſto eſſent cum cibo ſuo. quod vſurpari cœptum eſt in iis, qui ſuis rebus, opibúſque confiſi, repreſentarent quibus deberent. Plautus:

Sed facito dum, merula paræ verſus quos cantat, colas.

Cum cibo tum quiqui facito veniant, quaſi eant Sutrium. Quanuis non nego interpretationem prouerbij, quam Feſtus proponit, non eſſe alienam ab ipſo prouerbio, tamen longe abeſt à Plautino ſenſu. imo, vt melius dicam, aduerſatur. Locum Plauti, qui omnes interpretes cruciat in ipſis ad Plautum notis exponemus.

*Sycophantas* ] Plura de hac re nugantur Græci, quæ natio nihil pene aliud egiſſe videtur, quam vt reperiret quomodo in otio negotioſa eſſe poſſet. Cæterum potes aduertere quam dignum ſit Paulo mutilatore illud, Capite truncaretur: quod Feſtus dixerat, Capital eſſet, & in Græco decreto ſine dubio fuerat θάνατος, τίμημα ἔστω.

## T

*Tablinum* ] Tranſpoſita hic ſunt quædam. quæ ita ſuo ordini reddes: Tablinum proxime atrium locus dicitur publicarum rationum cauſſa factus. Quod antiqui magiſtratus in ſuo imperio tabulas rationum ibi habebant. Alij aliud etymon reddunt. quod tabulæ picturarum ibi reponebantur. Vnde & pinacothecam quoque vocabant. Varro aliter. cuius hæc verba ſunt libro primo de vita populi Romani: Ad focum hyeme, ac frigoribus cænitabant: æſtiuo tempore in propatulo; rure in corte; in vrbe, in tabulino. quod Mænianum poſſumus intelligere tabulis fabricatum. Hæc ille.

*Tænias* ] Coronæ ſepulcrales hic intelliguntur in verſu Cæcilij, ſi Romano more interpreteris. & ita locum habebit ſententia Verrij. Ad ſepulcra enim lanæ cum frondibus, atque floribus adferebantur. Varro: Inſulas dictas apparet in hoſtiis, quod, è lana quæ adduntur inſulæ intra hoſtiarum cornua, velamenta erant. Itaque cum ad

ſepulcrum ferunt frondes, atque flores, addunt nunc lanas. Sed cum Cæcilius palliatam Comœdiam, non togatam ſcripſerit, præſtat Græco potius, quam Romano more interpretari. Sunt igitur tæniæ, quibus faſciis inuoluebãtur mortui, quas κειρίας vocabant. Quibus Romani nõ vtebantur, quod cadauera comburerent: de illis tæniis intelligit Artemidorus, cũ ſcribit: οἱ ἀποθανόντες ἐσχισμένοις ἐνειλοῦνται ῥάκεσιν, ὡς τὰ βρέφη, καὶ χαμαὶ τίθενται.

*Taxpocon* ] Oedipode opus eſt.

*Talaſsionem* ] Talaſſionem in nuptiis Varro ait ſignum eſſe lanificij. τάλαρον enim, id eſt quaſillum ſolitum appellari Talaſſionem. Atilius hiſtoriarum ſcriptor Talaſſium nomine virum, rapta virgine vnicæ pulchritudinis, quod ei id coniugium fuerit felix, ominis gratia nunc redintegrari.

*Taliam* ] Scribo, Tallam, alij folliculum, vel cæpæ. Lucillius ---- lacrymoſæque ordine tallæ. Gloſſarium: Talla, κρομμύου λέπυρον.

*Talionem* ] Græci, ἀντιπέπονθεν, ταυτοπάθειαν, ἀντίστοιχον.

*Tammodo* ] Non Romani, ſed Prænestini, quorum linguam irridebant Romani. vt ille apud Plautum, qui dicit Coniam pro Ciconiam. quia, inquit, Prænestini ita loquerentur.

*Tame* ] Repone, in carmine Saliari. in quo ad id exemplum Cume pro Cum legebatur, vt ait Q. Terẽtius Scaurus, vetus Grammaticus. qui etiam producit carmen Saliare, ſed corruptiſsimum.

*Tamnia* ] Quidam in Georgicis legunt:

Sunt & Amineæ vites, firmiſſima vina.

At Feſtus videtur legiſſe, vel potius Verrius: Sunt & Taminiæ vites. Non omittendum quod notat Hæſychius in ſuis Gloſſis: ἀμιναῖον, εἶδος οἴνου λέγεται. ἡ γὰρ Πευκετία, Ἀμιναία λέγεται. Quod apud nullum alium veterem auctorem reperi.

*Tapete* ] Oſtendebat, puto, Ennium dixiſſe Tapetos maſculino, & Turpillium in Demetrio, qui dixit glabrũ tapete. Nonius. Gloſſarium: Tapidus, τάπις ψιλή. Lege Tapetus, τάπις, ψιλή. etiam Latini veteres Pſilas dixerunt. Lucillius:

Pſillæ atque amphitapæ molles, cum ingentibu' villis.



*Tapullam* ] Verſum Lucillianum ſupra ita legendum monemus.

Tapullam rident legem concerae Opimi.

Concera, pro congera. Et congera vnico r, pro congerra. Veteres in quibus nunc vtimur g, ponebant c. Tandem Spurius Caruilius vetuſtiſſimus Grãmaticus correxit. Et primus pro inicere dixit, inigere: pro Acetare, Agitare.

*Tarmes* ] Vitruuius: Et primum abies æris habens plurimum, & ignis, minimúmque humoris, & terreni, leuioribus naturarum poteſtatibus comparata non eſt ponderoſa. itaque rigore naturali contenta non cito flectitur ab onere, ſed directa permanet in cõtignatione. Sed ea quod habet in ſe plus caloris, procreat, & alit tarmitem, ab cóque vitiatur. Plautus Moſtellaria: de poſtibus loquitur:

Hercle quin multum improbiores ſunt, quam à primo credidi.

Quapropter? Quia edepol ambo ab infimo tarmes ſecat. In Vitruuio, vt id admoneam, pro natura rerum, emendauimus naturarum: ne quis forte ſtudioſus Vitruuij lector id miretur. Sic paulo ſuperius idem error: eaſdem habent inter ſe natura rerum ſimilitates. pro, naturarum. Ita etiam emendabis lib. III. in fine proœmij: de materia, quas habeat in operibus vtilitates, & quibus virtutibus è natura rerum eſt comparata, peregi. Legendum enim: & quibus virtutibus naturarum eſt comparata. naturarum poteſtates vocat, quas ſupra naturarum virtutes.

*Taurij* ] Taurij ludi in circo Flaminio fiebant, qui inſtituti Diis inferis ex hac cauſſa ſunt. Tarquinio regnante cum grauis peſtilentia in mulieres grauidas incidiſſet, fœtus infecti ſunt ex carnis putore taurorum immolatorum. Ob id Taurij ludi & appellati ſunt, & fiunt in circo Flaminio, ne intra muros euocentur Di manes. contra, eos ludos Varro ait vocari, quod diſcipulus pẽdens à doctore iner . . . . . ſolitus ſit impelli, atque vſque eo cogi docere, quoad conſiſteret, & virtute talorum conſtaret pedum firmitas. Quod ludi Taurij in Circo Flaminio fierent, qui fuit extra portam Carmentalem, teſtis eſt Varro IIII. de Latino ſermone. reliqua, quæ ex opinione Varronis adferuntur, quin ita ſcripſerit Feſtus, negari non

poteſt. Apud nullum autem veterem ſcriptorem id temere inuenias. Apparet tamen Varronem ludos Taurios ab eo dictos, ſenſiſſe quod in corio tauri etiam id genus ludi fieret à ludimagiſtris eo die, quo ludi Circenſes, qui dicti ſunt Taurij, in circo Flaminio fierent. aut quod ſcutica tauria diſcipulus impelleretur: idque explendum fuiſſe in ea lacuna, in qua cauſſa nominis deſiderati videtur, Scriptura Feſti manifeſta eſt: ratio nobis incōperta. Fortaſſe pro in cr . . . . . ſupplendum in crudo corio.

*Taxat*] Iuſſit, ius ſit.

*Temetum*] Sequimini præ. Mi nate ſequere, temeti timor. Male citatur ab eo, qui duos Doſſenos, quę eſt Atellana Nouij, ineptiſſime pro Fabio Doſſeno Comico accepit, cuius meminit Horatius.

*Tentipellium*] Fallitur Feſtus in quo Verrium reprehendit quod tentipellium in Afranio interpretetur id, quod Græci πεπίλωτρον, dicunt. cum res aliter eſſe non poſſit. Et Gloſſarium: Tentipellium, φάρμακον πρὸς ῥυτίδας.

*Terentum*] Infra: Terentum in campo Martio locū ait per d, dicendum fuiſſe, quod terendus ſit ſæcularibus Ditis patris ludis: & teratur ab equis quadrigariis, quorum agilitas æquiparet motus ipſos Lunæ. quod quam aniliter relatum ſit, cuiuis manifeſtum eſt. Et hæc fuit ſcriptura Feſti: & iure Feſtus anilem Verrij rationem explodit.

*Termino*] QVEI. TERMINOM. EXARASSIT. IPSVS, ET. BOVEIS. SACREI. SVNTO.

*Teſca*] Teſca dicunt loca augurio deſignata: quo termino finitur terra augurij. Opilius Aurelius loca conſecrata Deo alicui, nō vt templum ſit, ſed ſancta loca, vndique ſepta, vt aiunt Pontificij libri, in quibus ſcriptum eſt: LOCVMQ. SEDEMQ. TESCVMQ. ALIQVOI. DEO. DEDICAVERIT. VTEI. DEOS. ACCIPIAT. VOLENS PROPITITIOSQ. Hoſtius belli Iſtrici lib.

Per gentis alte ætherias, ac teſqua volabis

Templa antiqua Deum --- Quidam explicauere aſpera, difficilia aditu. Attius: loca aſpera, ſaxa teſca tuor, Et in Philoctetra:

Quis tu es mortalis, qui in Lemni teſca te adportas loca? Gloſſarium: Teſca, ſiue Teſca, κατάξηροι, καὶ ῥάχη, ἔρημοι τόποι. Verba, Teſquorum, ſeu templorum



dedicandorum ex veteri formula traduntur à Varrone. TEMPLA. TESCAQ. INCITA. SVNTO. QVA AD. EGO. CASTE. LINGA. NVNCVPAVERO. OLLA. VETER. ARBOR. QVISQVIS. EST. QVAM. ME. SENTIO. DIXISSE. TEMPLVM. TESCVMQ. ESTO IN. SINISTERVM. OLLA. VETER. ARBOR. QVIDQVID. EST. QVOD. ME. SENTIO. DIXISSE. TEMPLVM. TESCVMQ. ESTO. IN. DEXTERVM. INTER. EA. CONREGIONE. CONSPITIONE. CORTVMIONE. VTEIQ. RECTISSVME. SENSI.

*Thomices*] Verba Lucillij ita legito: indimus ei tomices canabinas. Reliqua ſunt in Epitoma. Græcum eſſe ait, θώμιγγες ſcilicet. Veteres dicebant tumiculas, & tumiclas. Apuleius libro VIII. Et ilico me tumiſcla ſpartea deligatum tradidit Philebo. Ita legendum, non, vt vulgo tumida ſpartea. Nam tumex potius, quam tomex dicebant. Plautus Mercatore:

Quia negotioſi eramus nos noſtris negotiis,

Armamentis complicandis, componendis tumicibus

Male hodie in Plauto, componendis ſtuduimus. Sed de eo amplius in editione Plautina: Etiam tumicem pro vibice vſurpabant. Gloſſarium: Tumex, σμῶδιξ, αἱματώδης τύπος. Sed tunc Latinum eſt, a tumendo ſcilicet.

*Tignum*] Lex XII. TIGNOM. IVNCTOM. AEDIBVS. VINEAEQVE. CONCAPES. NEI. SOLVITO. Primæ notæ Grammatici multa ſtudioſe in huius loci interpretationem contulerunt. Sed omnes, quod libere dicam, peccarunt priſcæ Latinitatis non dicam ignorantia: ſed obliuione. Concapes rectum eſt, ex antiqua ſcriptura Concapet. Tignum recte Theophilus καὶ ξύλον ἐργάσιμον. Et tunc iunctum ædibus, ædificioue dicitur. at concapes vineæ tantum dicitur, quia habeat caput ſuum cum capite vineæ commiſſum. Caput vineæ eſt radix ipſa, Virgilio, Columellæ. Significat ergo depactum, ac defixum terræ ad vineam ſuſtinendam. Concapes, vt procapes, de quo ſupra, à quo capite multi deſcendunt. Primicapes; præcapes, deincapes, ancapes. Poſtea dictum, Primicipes: Præcipes, Plauto, & aliis: Deincipes Apuleio. Anticipes Plauto & aliis. Hodie, Princeps, præceps, dein-

ceps, anceps. Sic formucapes ſupra, formicipes, forcipes. Quæ omnia erant ἰσοσύλλαβα, quia retinebant formam ſuam: præcipem, ancipem, deincipem. At περισσοσύλλαβα cum ſunt, tum non formam veterem, ſed compoſitionem ſequuntur. Sunt enim à ſimplici CAPVT: præcipitem, ancipitem. Sic Terticapes, quinticapes dicebant. In ſacrariis Argeorum; CEROLIENSIS. QVARTICAPES. CIRCA. MINERVIOM. Item: OPPIVS. MONS. PRIMICAPES. LVCOM. ESQVILINOM. LVCOM. FAGVTALEM. SINISTRA. SVB. MOERVM. EST. &c. Igitur & hic concapes eleganter eadem forma. Non longe ab hoc abludit verbum fictum à Seneca, grandiſcapiæ, epiſtola LXXXVIII. omnes autem, inquit, iſtas, arbores quæ, vt ita dicam, grandiſcapiæ ſunt, ait aqua adiuuandas, ciſternina. Nam hic Grandiſcapiæ arbores ſunt, quæ grandi capite, hoc eſt radice, vt iam diximus. Quæ lectio in vulgarib. Senecæ editionib. non extat, ſed in abſtruſis & reconditis: quas multas eruit doctiſs. Nicolaus Faber ex vetuſtiſs. exemplarib. Quod ſi quis non capit, quid ei cum XII. Tabulis, ac Romana antiquitate? Sane huic generi hominum ego hæc non ſcribo. Nequis vero miretur in vetere codice ſcriptum concapet, pro concapes, hoc eſt T, pro S: ſciat ſæpius ad hũc modum peccatum eſſe in eo libro, vt in Topper, viret, pro vires: & in aliis locis.

*Tinia*] Malo Tinæ. vide primum Coniectaneum.

T*ippulla*] Compilator Gloſſarum veterum vſus eſt codice deprauato. Timulus, ἀφυδελς, ἰξάλπου ἐπιτιχόμενοι τῷ νώτῳ. Tippullam enim intelligit.

T*intinnire*] veteres editiones Tintinare. & ita Catullus in manu ſcripto: Tintinant aures: gemina teguntur Lumina nocte. & Næuij verſus, quem citat, non aliter habet.

Tãtum vbi molle crepitum facient; tintinabũt compedes. dictum apparet ab eo, qui ſeruis interminabatur vincula, & compedes, ſi vel minimum ſtrepitum edidiſſent. Molle crepitum, ἀρχαϊσμός, mutatum genus. In Afranij verſu oſtiarij impedimenta quæ ſint, aperiet Ouidius:

> Ianitor immitis dura religate catena.

T*intinnabulum*] inter ea cenſendum quæ Græci Critici vocant ἐπιφθεγματικά, Latini veteres effutilia.



*Todi*] Mirum eſt & hic & ſuperius Plautum in Sy. .. .citari, cum alibi citet coniunctim cum illo verſu: Diobolares ſchænicolæ, miraculæ. quem verſum manifeſto alij citant ex Ciſtellaria. quod perperam eſt pro Clitellaria.

*Togatarum*] Togatarum priuatum argumẽtum eſt, quia hominum faſtigia quædam ſunt. Prætextatarum publicum. quod togis prætextis remp. adminiſtrent. Tabernariarum quia perſonis excellentibus etiam humiles miſtæ caupones, plagiarij, ſerui denique & lenones in tabernis honeſte prodeant, miſtum argumentum eſt. Eleganter hæc Feſtus. & dolendum erat nos eius diutius carere.

*Tolerare*] Verſus Ennij:

> Ferro cædere ſe, quam dictis his toleraret.

*Toles*] Gloſſæ: Tolæ, tolia, tonſillæ, παρίσθμια. Ab eo Tolarius, πλεοιοτρόφος.

T*ongere*] Tongere Stilo ait noſcere eſſe: quia Præneſtini tongitionem dicant pro notione: vt, Tongione potius dominari. Ennius: Alij rhetoricam tongẽt, & vincere volunt. norunt videtur ſignificare.

*Tonſam*] Vide in appendice Coniectaneorum.

*Tonſilla*] Tonſillam ait eſſe Verrius palum dolatum in acumen, & cuſpide præferratum, vt exiſtimant quidam, cum figitur in littore nauis religandæ cauſſa. Pacuuius in Mede. Acceſſi ad eam, & tonſillam pegi læuo in littore. idem in Phinidis: Tacete, & tonſillas littore in læuo edite.

*Topper*] Sic in eodem. hoc eſt, in Nelei carmine, non apud Næuium. Eſt autem egregia Gnome:

> Namque neillum peius macerat humanum,
> Quamde mare ſæuum. Vires quoi ſunt magnæ,
> Topper confringent importunæ vndæ.

Sed vereor ne ſit Liuij Andronici ex veteri Odyſſea, non Nelei, aut Næuij. Ad verbum enim ex Homero ὀδυσ. θ'.

> οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ κακώτερον ἄλλο θαλάσσης
> ἄνδρά γε συγχεῦαι, εἰ καὶ μάλα καρτερὸς εἴη.

& non dubium eſt eſſe ex Odyſſea veteri, ſunt autem verſus Saturnij. Neillum autem pro nihilum. verba eiuſdem veteris Odyſſeæ: Topper facit homines veris ſueris. hoc eſt, verres ſues. ex illo: — ἥκει ἀπαντῶς ἢ σῦς, ἠὲ λύκους

T iiij

ποιήσεται. ὀδυσ. κ. verres ſues dictum coniunctim, vt rete iaculum, lapidem ſilicem, & ſimilia. Veris non geminato r qui erat mos illorum temporũ, & facit, pro faxit. Ita apud Plautum. & in XII. & PACIT in iiſdem, pro paxit. Topper facit, vel faxit: ποιήσειεν ἄν. Illa vero: Topper citi ad ædis venimus Circæ, ſimul duonorum portant ad naues milia. alia in iiſdem inſeruntur: potius ſententiam, quã verba Homeri exprimunt: -- ἐν δ' ἄρα κίρκην

ἐξ αἴδεω ἐλθόντες ἐλήθομεν ἀλλὰ μάλ' ὦκα
ἦλθ' ἐντυναμένη ἅμα δ' ἀμφίπολοι φέρον αὐτῇ
σῖτον καὶ κρέα πολλά, καὶ αἴθοπα οἶνον ἐρυθρόν.

Duonorum milia dixit etiam ex imitatione Homeri ſed aliis locis, ὀνείατα μυρία. Quare apparet ita, vt poſuimus, legenda eſſe verba Liuij. quæ neque ſenarij ſunt, neque Liuius aliis verſibus Odyſſeam vertit, quam Saturnio. tantum abeſt, vt debeant eſſe Hexametri, quod tamen videntur ſentire doctiſſimi viri. Nam ante Næuiũ nemo adhuc Hexametros Latine ſcripſerat, ne ipſe Næuius quidem.

*Toxicum* ] Toxicum dicitur ceruarium venenum, quo quidam perunguere ſagittas ſolent. Cæcilius in Gamo: vt hominem miſerum toxico tranſegerit. Afranius: vxori vin iſtud toxicum mittere; Cæcilius helleniſmo vtitur, trãſigere hominem toxico: τὸν ἄνθρωπον φαρμάκῳ ἐξανύσαι. Fortaſſe etiam legendum: Afranius Vxore.

*Tragula*] κεγχὶς, βολίς. Græci.

*Trifax*] Eodem modo Bifax. Gloſſarium: Biſax, δίχρωμος, διπρόσωπος, διπλός. ergo compoſitum a facie.

*Triumphales*] vocabantur Etruſcæ. Tertullianus: Coronant & publicos ordines laureis publicæ cauſſæ. Magiſtratus vero inſuper aureis, vt Athenis, & Romæ. Præferuntur etiam illis Etruſcæ. hoc vocabulum eſt coronarum quas gemmis, & follis ex auro quercinis ob Iouem inſignes ad deducendas tenſas cum palmatis togis ſumũt. Hæc ille, quæ indicant illum ritum ex antiqua triumphantium conſuetudine propagatum. Nam palmata eſt triumphantium. Sed quia Tertullianus ait quercinis foliis fingi: Feſtus vero lauream antiquitus fuiſſe, præſtat potius intelligere de ea, quæ ab eodem Tertulliano deſcribitur: Triumphi laurea foliis ſtruitur. hanc adumbratis



lemniſcis. inauratur lamnulis. Vnguentis delibuitur. &c. Non eſt dubium eam eſſe, de qua Feſtus agit.

*Troſſuli* ] Auctor Gloſſarij: Truſulus. ὁ ἐν μικρῷ παχύς. videtur velle quaſi Toroſulos dictos. quod ego valde amplector. Varro Seſquiuliſſe: Nunc emunt troſſuli nardo nitido volgo Attico talento equum. Inde Troſſula trabea dicta apud veteres. Tria enim genera Trabearum fuerunt. Regia, Quirinalis, Troſſula. Regia tota de ſola purpura; quam Græci ὁλοπόρφυρον dicunt. Ea vti ſolis regib. licebat, vel adoleſcentib. de ſtirpe regia. Quirinalis concinnior, præliis apta. hac, cum bellum ſuſciperetur, duces amicti Iani fores aperiebant. Troſſula cocco purpuraque pertexta erat: quam etiam Auguralem vocabant: Græci ἐφεστρίδα. Cur icciṙco coccum adhibebatur, quod ruſſati antea præliabantur propter vulnera & aſperſiones ſanguinis. vnde ruſſati vocabantur. ea non alia eſt a ſago Punico. Inueni etiam in veterib. monumentis, conſulem trabeatum Ianum Quirini aperire.

*Truo*] Compilator Gloſſarij legit Truuo. Truuo, Truuero, ὀνοκρόταλον. Quanquam in manuſcripto, & in editione eſt, Tribuo, Tinuero.

*Tubiluſtria*] Tibiluſtria dies, quibus diebus adſcriptum, in atrio ſutorio agna tubæ vt luſtrentur, ab eis tubis appellant. quod genus luſtrationis ex Arcadia, Pallante eo transferente, veniſſe dicunt. Apud Ouidium:

Proxima Volcani lux eſt. Tubiluſtria dicunt.
Luſtrantur puræ, quas facit ille, tubæ.

Male hodie legitur: Proxima Volcani lux eſt, quam luſtria dicunt.

*Tuditantes* ] Gloſſæ: Tuditatores, χαλκοτύποι. Aliud eſt Tudicula, τορύνη. Inde Tudiculare. Varro Marcip. Hæcine nobis tibique tudiculaſſe? hoc eſt mouere. nam τορύνη, κινητήριον τῆς χύτρας. Porro verba Ennij ita lege: -- hæc inter ſe tota vi tuditantes. Sæpe in hoc exemplari Feſti a, pro u, & contra u, pro a, ſcriptum erat. Reliqua integra ſunt in Epitoma.

*Tudites* ] Infra: Tudites malleos appellant antiqui a tundendo. quamuis alij e tudibus tudites. inde Ateius Capito ab eis exiſtimat Tuditano cognomen datum, quod ca-

put malleoli ſimile habuerit.

*Tuor* ] Infra : Tuguria a tecto appellantur ædificia ruſti corum ſordida. Afranius in Virgine : tugurium eſt turpe Cæcillius in Hypobolimæo : Habitabat in tugurio ſine operculo . quo nomine Valerius in expoſitione x II. ait etiam . . . . ita vocari.

*Tulianum* ] Infra : Silani. Gloſſario ſiluani . Siluanus, χερυνός.

*Tumu*. . . ] Tumultus dicitur timor multus. Tumultu mi- lites dicuntur lecti ob ſubitum timorem . Vnde etiam tu- multum dici ait Verrius, quia is non aliter , quam ab Itali- cis , & Gallicis hoſtibus immineat Italiæ . itaque nullum alium, quam Gallicum, aut domeſticum timebant . Quis negauerit hanc eſſe ipſam Feſti lectionem ? quod dico, quia docti viri contra Feſti ſententiam atque adeo contra veritatem ipſam aliter legunt . vt , ſi vera eſt eorum lectio tumultum alium eſſe, quam qui timebatur ex Gallis & Ita- lis , fatendum ſit. quod falſum eſſe, & mediocriter docto palam eſt . Nullum enim alium tumultum dixere, quam Gallicum, & domeſticum, hoc eſt Italicum: vt aperte Ver- rius ipſe docet.

Poſt *Tumu* . . . ] Tumulum Aelius ſic definit : Tumulus eſt mons arenæ editus ſecundum mare fluctibus ſuble- uatus . Vnde ſimiliter & manufactus , & naturalis proprie dici poteſt.

*Tuſcum* ] Tuſcum vicum coluerunt Tuſci. a quibus cum ſcriptores dictum aiunt: ab eo quod hi Porſena diſceden- te ab obſidione remanſerint Romæ , locoque his dato nouis rebus ſtudentes fratres Cæles , & Vibenna reduce- re Tarquinium Romam ſecum maturauerint . M. Varro quod ex Coele Tuſco orti ſint. Habes omnino quod Fe- ſtus de Tuſco vico ſcripſit.

# V

V *Acerra* ] A diſtortione ſæpe vocantur ligna : Vacerra, Varrus. Nam vtrumque a diſtortione crurum homi- nis. Notum quid ſit Vaciæ. notum item , quid Vari. Liuij verba egent caſtigatione: Vecors, & malefice Vacerra. Eſt ex Odyſſea veteri, ex illo,



Μέντορ ἀπεχετηρὲ, φρένας ἠλεέ. Nam vecors, φρένας ἠλεέ. malefice, ἀπεχετηρέ.

*Vagulatio* ] Pipio, Pipilo : Vagio, Vagilo.

*Valgos* ] μιμητικὸν ἀνδρότητα. Feſti , qui citat ex Scythe liturgo, quod debebat ex Milite. Scythe liturgo legendum eſſe in coniectaneis olim docuimus.

*Valleſcit* ] Hinc Euallefacere , eſt eiicere . Varro prome- theo lib. I I. Retrimenta cibi , quæ exierant per poſticum, euallefacerunt.

*Vapula* ] Plauti verſus hac animaduerſione opus habent:

Heus tu : in Barbaria quod dixiſſe dicitur
Liberta ſuæ patronæ, id ego dico tibi.
Liberta ſalue . Vapula Papiria.

verſus ex Phormione ſunt hi:

---non manes?
Vapula. Id tibi quidem iam fiet , niſi reſiſtis verbero.

Latini hoc verbo vtuntur , pro quo Græci : οἴμωζε κλαίειν μακρὰν σε κελεύω. & ſimilia.

*Vaſtum* ] Verſus Pacuuij in Teucro ita legi debent:

Quæ deſiderio alumnum, poenitudine,
Squales, ſcabreſque, inculta vaſtitudine.

Ait illam deſiderio, alumnum, poenitudine , & vaſtitudine ſqualere, ac ſcabrere.

*Vecticulariam* ] Vecticularius eſt conuicium Græcorum τοιχωρύχος.

*Vegrande* ) Ex Plauti Clitellaria , non Ciſtellaria citari hunc verſum in Coniectaneis docuimus.

*Vermina* ] Vermina recte στρόφους vertit . Nam quæ po- ſtea tormina , prius vermina vocabant . inde verminare, tormina pati. Pomponius hernia Pappi:

Decumus menſis eſt, cum factum eſt. ita fit. ita ſemper
ſolet.
Decumo menſe demum turgẽs verminatur, parturit

Sane pulſus, qui medicis σφυγμὸς μυρμηκίζων dicitur , nulla controuerſia, pulſus verminans dici poteſt. Martialis:

Si tibi moroſa prurigine verminat auris.

*Verniſera* ] Menſalia auguria multi generis habes apud Plinium libro x x v I I I. cap. I I.

*Veſculi* ] Gloſſarium : Veſces, veſcus, ὀλιγόσιτος , ὀλιγοδεής.

*Veſpæ*] Finalia illa: Hi etiam Veſpilones,&c.omnia ab inepto mutilatore huc aſſuta ſunt.

*Veſperna*] Vide Donatum in Eunuchum.

*Veterina*] Gloſſæ: Veterina beſtia, ὑποζύγιον.

*Veternoſus*] Varro Eumenidibus : Nam vt arquatis, & veternoſis quæ lutea non ſunt, æque vt lutea videntur: ſic inſanis ſani & furioſis videntur eſſe inſani. Gloſſæ: Veternoſus, φθισικὸς, ὑδρωπικός. pro phthiſi Apuleius lib. IX. Totumque corium veterno, atque ſcabioſa macie exaſperati. At Virgilius pro lethargo.

*Viator*] Gloſſæ : Viator, ὁδοιπόρος, ἀμφοδάρχης, ἀρχιυπηρέτης. Videtur Viatorem pro vici magiſtro accepiſſe, cum vocat ἀμφοδάρχην. Eundem poſtea Viaculum vocat. Viaculus, ὁδῶν ἐπιμελητής.

*Vibriſſæ*] Gloſſarium : Vibrucæ, τρίχες ῥινός.

*Vibriſſe*] Lege, Vibriſſare.

*Vici*] Abundat negatio, Villas non habent. Deinde legendum infra : item magiſtri pagi, qui creati quotannis fuerint. ſcriptum erat primum archaicos paci, pro pagi. ex quo factum, pauci. Poſtea lege: Altero, cum id genus ædificia, quæ continentia ſunt, viis oppidi, itineribus &c. Tertio: diuerſa ſunt à ſuperioribus. nam ſuperius ædificia continentia, hic ſeparata intelligit. In fine lege: ſicut hi, qui aut in oppidi viis &c.

*Vinalia*] Mirum quam inter ſe diſcrepent ſcriptores de Vtriſque Vinalibus, tum iis, quæ IX. Kal. Mai, tum alteris, quæ XIIII. Kal. Septembris celebrabantur. Quæ non afferam, ne moleſtus ſim. Sed hoc tantum dicam, Vinalia menſe Aprili eſſe Veneris, eique hortos dedicatos. quæ Veneralia Plutarchus vocat. Vinalia menſe Sextili eſſe Ioui. Tamen vtrunque contra apud ſcriptores reperies.

*Vindiciæ*] Lucilij verſus inuerſus:

Nemo hic vindicias, numen, neque ſacra veretur.

Auctor Gloſſarij accedit ad primam Feſti interpretationem. Vindiciæ, τὰ ἐν ἀμφισβητήσει πράγματα. Lege poſtea: At Ser. Sulpitius nomine etiam ſingulariter formato, vindiciam eſſe ait rem, qua de re cõtrouerſia eſt. Iam docti viri legem XII. emendarunt: tulit rei, ſiue litis.

*Vinulus*] Gloſſarium: Vinnicus, ἐπαχλύς. lege, Vinulus.



*Viuatum*] Viuidum quidem agnoſcimus. ſed vereor ne Feſtus pro Viriatus viuatus legerit. Lucilius libro XXVI.

Vt populus Romanus victus vi, & ſuperatus prœliis
Sæpe eſt multis : bello vero nunquam, in quo ſunt omnia:
Contra flagitium, neſcire vinci bello, â barbaro
Viriato Annibale--- Idem libro II:
In viriatum hunc in fauces inuaſſe: animamque
Eliſiſſe illi. --

At quod Nonius ait Viratium ſignificare magnarum virium hominem in verbis Varronis fallitur. Verba Varronis in Meleagris : Si non malit viraciam vxorem habere Atalantam. Viracia, eſt ἀντιάνειρα. Sed & verſus Lucillianos coniunximus. & ſecundum eiuſdem poetæ teſtimonium deprauatiſſimum in Nonio legitur. Iniuriatum, pro, In viriatum. Nolo tamen cõtra veteres Grammaticos quicquam temere à me pronunciari. Nam quid ni viuatus, vt & Senſatus poſſit dici?

*Vmbræ*] Non ſolum in Neptunalibus, ſed etiam aliis ſolennibus celebritatibus, vt in ſolenni Annæ Perannæ. Ouidius:

Plebs venit, ac virides paſſim diſiecta per herbas
Potat : & accumbit cum pare quiſque ſua.
Sub Ioue pars durat. pauci tentoria ponunt.
Sunt, quibus è ramis frondea facta caſa eſt.
Pars ſibi pro rigidis calamos ſtatuere columnis.
Deſuper extentas impoſuere togas.

Quæ factæ ſunt è frondibus, Trichilæ vocabantur à veteribus, vt alibi notauimus. Et amplius ad Cæſarẽ dicemus, apud quem in omnibus manu ſcriptis, quotquot extant (extant autem infiniti) codicibus, tum etiam in veteribus editionibus Trichilæ non triclinia legitur. Quam inepta lectio ſit vulgata, oſtendemus in iis, quæ ad ipſum Cæſarem, quem diligentiſſime cum veteri codice contulimus, annotamus. quia video quibuſdam doctis viris commẽtitiam lectionem placuiſſe. Primus enim Beroaldus cenſuit Thericlea pro Trichilæ legẽdum eſſe. Poſtea extiterunt ineptiores illo hac quidem in re, qui Triclinia ſubſtituerunt. Sed de his ſuo loco.

*Vnciaria*] Lex mihi omnino incomperta.

*Vxorium*] ἀγαμίου δίκη Athenienſibus. alibi etiam, hoc eſt Lacedæmone, ὀψιγαμίου, καὶ κακογαμίου, æs pœnæ nomine à cælibibus primi exegerunt, vt puto, M. Furius Camillus, & M. Poſtumius cenſores anno ab V.C. CCCL.

***

---

*Quæ ſequuntur ita ſuperioribus addenda ſunt.*

Pagina 47.18. poſt *Comitiales.*

*Commentacula*] Verior lectio nonnullorum excuſorum & ſcriptorum, qui non Commentacula habent, ſed Commotacula. Nam viatores virgam frequenter cõmotando turbam ſummouent. vnde & apud Homerum vltimo Odyſſeæ: ἧγε δὲ κινήσας. loquitur de virga Mercurij. Iuuenalis:

Ergo commota iamdudum mulio virga
Innuit--

Pag. 65. 5. vnum adulterum. Infrunitus ergo plane eſt quod Græcis ἀπειρόκαλος. Ad quem ſenſum videtur accepiſſe interpres vetus Latinus bibliorum ſacrorum. Nam in lib. Sapientiæ Ieſu filij Sirach ita legitur; Animo inreuerenti & infrunito ne tradas me Domine. Eſt autẽ locus cap. xxiij. Ex quibus verbis apparet mutilum eſſe codicem Græcum, in quo tantum legitur: κοιλίας ὄρεξις καὶ συνουσιασμὸς μὴ καταλαβέτωσάν με· καὶ ψυχῇ ἀναιδεῖ μὴ παραδῷς με.

Pag. 125. 2. Opicus magiſter. id eſt ἀρρητοποιός. Corrigendus Martialis lib. III.

Cæpiſti puras opibus corrumpere buccas.

Legendum enim Opicus, non opibus.

F I N I S.

# INDEX RERVM IN IOSEPHI SCALIGERI CASTIGATIOnibus obiter dictarum.

## A


| | | | |
|---|---|---|---|
| A in V | 163.24 | Ærumina | 4.25 |
| A pro V | 211.35 | Æs capitarium | 38.33 |
| Aberrigines | 170.19 | Affaniæ | 35.24 |
| Abiit pro periit | 3.19 | Afrodite | 65.24 |
| Ablectæ ædes | 13.3 | Agaſo | 45.7 |
| Ablegere | 12.38 | Agea | 11.30 |
| Ablegmina | 12.5.36 | Agelum | 12.15 |
| Abnutiua oratio | 3.25 | Ager Romanus | 18.11 |
| Abolla | 33.7 | Agere ſecundas | 176.38 |
| Acatium | 186.14 | Aginare | 11.36 |
| Accenſi | 8.2 | Agipes | 4.29 |
| Acetare | 205.7 | Agminum duo genera | 47.31 |
| Aciarium | 4.21 | Agnus femina | 12.10 |
| Acinari | 12.2 | Agonalia | 12.24.184 38 |
| Actius Nauius | 106.15 | Agonalis | 176.13 |
| Acus ornatricum | 4.31.45.1 | Agonenſes | 176.8.12 |
| Adaſia | 31.21 | Agonia | 12.16 |
| Adduo | 5.16 | Ἀγῶνος etymon | 12.33 |
| Adferial | 23.10 | Alebra | 13.20 |
| Adfinis | 5.32 | Alibre | ibid. |
| Adigere | 6.7 | Allex | 14.3 |
| Adiutoria extra | 97.39 | ἄλμυρος | 176.17 |
| Adolari | 9.31 | Alteræ aues | 14.27 |
| Adoptarius | 6.32 | Alumnus | 14.13 |
| Adorea | 7.31 | Am | 15.6 |
| Adſcriptitij | 8.2 | Amaſco | 15.21 |
| Adteger | 9.13 | Ambactus ſeruus | 15.25 |
| Aduerſus lectus | 154.5 | Ambaxes ſiue Ambaxi | 16.31 |
| Adur | 6.34 | Ambegna ouis | 48.29 |
| Aduores | 9.34 | Ambro | 43.19 |
| AE veteres per AI | 9.35.10.21 | Ambrones | 16.40 |
| Aedilis | 10.1 | Ambuſtaneus | 34.17 |
| Aeditilis | 10.7 | Ambuſtaneæ aues | 34.18 |
| Aeneatores | 11.11 | Amecus | 17.19 |
| Aerimen | 172.38 | Amicinus | 17.11 |

Amineæ vites 204.28
Antermini ἀμφιτέρμονες 17.37
Amtruare 162.15
Amuſſis 60.7
Ancapes 207.37
Ancræ 20.34
Anculi dij & Anculę deę 19.2
Ancunulenta 19.8
Andruare 19.22
Angeæ 20.38
Angræ 20.36
Anguina 19.30
Animæquus 17.21
Animecus 17.20
Anitas 18.37
Anna perenna 215.19
Annos 17.29
Annotinus 17.32
Annua 17.35
Anquire 49.28
Antermines 18.30
Antonius Cnipho 160.11
Anus ad armillum redit, prouerb. 23.35
Anus quod volt ſomniat, prouerb. 174.7
Apello pro Apollo 4.8.12.15.57.19
Ape 22.11
Apex 13.15
Αφάιναι 35.17
Apinæ 35.16
Apinarij 35.30
Apollo temporibus regiis Rom. ignotus 21.15
ἀποτρόπαιος θεὸς 27.1
Aquarij, ſeu Aquarioli 28.29
Aquilices 22.21
Aquilus fluctus 22.30
Aquimanile 84.26
Ara locis fulguritis ſuper imponebatur 106.1.181.1
Arabes vnde dicuntur 59.20
Arabicus ſinus 10.34
Araris 10.37
Arcedo 114.34
Architectores pro architectone 195.11
Arcire 114.33
Arciuus 22.36
Arculum 71.32
Aretalogus 13.37
Arferia aqua 23.7
Armiluſtrium 24.6
Arrilator 23.18
Arſe vorſe 24.20
Artena 24.33
Artire 109.32
Aruales fratres 18.12
Aruenio 114.35
Aruina 22.31
Arulator 23.28.45.27
ἀσχεφλία 46.20
Aſſeres 24.35
Aſſir 24.40
Aſſis diuiſio 30.5
In eius diſtributione aliam rationẽ ſequuntur Græci quam Lat. 30.20
Atritas 25.5
ἀτρώξ 25.8
Atrox pro crudo ibid.
Attra 25.5
Attanabo E5.2
Attegrum vinum 9.21
Attibernalis 19.26
Attigere 9.14
Attingeo 25.21
Auctumnus 17.19
Auerruncare 26.38
Aues

Aues alteræ 14,27
Ambuſtaneæ 34,18
Circaneæ ibid.
Incendiariæ 34,20
Inebræ 59,6
Oſcines 140.37
Præpetes 140,33
Augere vinũ in ſacrificio 9,6
Augures publici 153,14
Abſtinebant vocib. male nominatis 14,25
Auguralis trabea 211,13
Aula, aular 38,15
Aumarium & omariũ 36.26
Aureax 25,37
Aures perforatas habentes male audiebãt apud R. 110.17
Aurichalcum 26,4
ὤεον 26,33
Auruncus 27,1
Aurũcare & auerrũcare 26,38
Aurunci populi Italiæ 27,1
Auſpicãdi cauſa ſurgẽtes poſt mediã noctẽ in ſella ſolida ſedebãt. 187.12.190.16
Auſpicium caducum 35.35
Iuge 75.27
Perenne 129.17
Soliſtimum 166.22
Axamenta 27.34
Axare 28.1
Axillites 27.31
Axis, axeris 24.37
Axites 28.19
Axur 21.6

B

B Pro V 188.24
Ba 35.6.9
Baccario 28.28
Baccarium 28.25
Baetis 32.9
Barbatus 101.23
Bargenna 23.24
Batis 29,4
Bellaria 29.6
Betere 32.8
Beſquadrans 30.35
Beſſextans ibid.
Beſuncia ibid.
Bibiles 32.5
Bicerres ibid.
Bidental 31.4
Bidentes 31,18
Bifax 210.26
Biſænus 32.3
Blax 32.10
Boa 32.20
Boia 32.23
Boii 32.35
Bouis, boueris 24.37
Bouinari 33.2
Bouinatores 33.4
Brutaces bilingues 31,37
Brutiani 33.9
Bu 35.5
Bua 60.10
Bubo 34,21
Buccinatores 11.14
Bulgeta 33.31
Burri 34.18
Buſtum 34.38
Buttubata 35.15
Byrſa 199.28

C

C & G cognatæ literæ 20.37
C in G 200.9.205.5
C pro G 86,9
C pro X 210,4
Caballarius 26,1

V

Cælius Orator 176.34
Cæna pura 129.1
Cænaculum 26.11
Cæſaris etymon 36.20
Cæſones ibid.
Calabra 53.33
καλαμίς 4.35.45.3
Calatores 36.34.54.25.168.36
Calbæ 36.39
Calones 37.11
Calpar 37.15
Cama 201.14
Camenæ Sueſſæ 27.12
Camilla 37.24
Camillus 37.22
Camiſia 201.8
Cancer 37.39
Candis 194.18
Canerit pro cecinerit 172.31
Κάναβος quid Græc. 194.3
Cannenſes 38.12
κανθήλιον 44.19
Canturire 55.13
Capital 38.28.203.19
Capitalis locus & lucus 38.27
Capitium 76.19
Capſo 116.29
Caput vineæ 207.33
Capys 38.37
Carcer qui in carcere eſt 32.
15.103.38
Carceris etymon 37.39.157.35
Cariſſa 39.16
Carinari 39.6
Carmentalis porta 180.11
Carnea dea 163.20
Caſabundus 39.39
Caſmina pro carmina 187.28
Caſtus Cereris 94.30
Catambo 40.8
Cataproratis 169.38
Catax 40.12
καθάρσιον 24.14
Caullones 40.19
Catulaſter 34.1
Cauere 41.1
Cauiar 40.31
Cauillatio 41.19
cauneas pro caue ne eas 26.39
Cecuma 43.14
Cenſor quinquẽnalis 158.14
Cercopithecus 42.15
Cercolips 42.12
Cerimonia 36.13
Cernuare 46.15
Cernuatores 188.23
Cernui 188.37
Cernui ludii 46.22
Ceruaris ouis 43.5
Cerus 36.13
Cerus manus 36.16
Chiramaxium 23.2
Cicer pro omni miſſili 118.3
Cillere 124.20
Cillus 200.7
Cinnius 200.6
Circanea auis 34.18
Cis, citis 43.32
Citrus 43.39
Claſſicum 11.9
Claſſicarij 11.11
Claudeo 25.21
Cliens 15.25
Cloppus 40.17
Cludere 44.15
Cluna 42.15.44.35
Clunar 44.23
Clunaclum 44.29
Clytemeſtra pro Clytemne-
ſtra 52.25



Cnaſon 43.3.44.39.45.4
Coaſſare & coaxare 24.39
Cocio 23.27
Cociatrina 45.26
Coemptio 152.19
Cohibuli 49.1
Coĩquio & coinq̃uo 49.26.32
Coiux 45.17
Collini 176.10
Columbaria 103.38
Comitiũ pro coitium 197.12
Commentaculum 35.35
Comoediæ togatæ 143.9
Comuro pro couro 197.12
Compilare 47.29.48.6
Con præpoſ. loquel. 15.6
Concapes 207.27
Concera 205.4
Concerræ 190.4
Concerrones 42.38
Conclauia 48.21
Conclauis 52.33
Concratitii parietes 74.26
κόνδυλος 48.24
Congera 205.4
Congeræ 189.40
Congerrones 33.11
Coniugatio ſecunda & tert.
apud vet. eadem fuit 41.10
Coniuoli 49.1
Conlocare mortuum 49.13
Conquiniſco 46.9
Conſentia ſacra 50.8
Conſipere 8.40
Conſolino 190.27
Conſponſio 50.18
Cõſualib. ceſſab. iumenta
172.21
Coprei 182.9
Cops 122.40
Coquus nundinalis 116.32
Corbitores 188.23
Cornicines 11.2
Cornix in tutela Iunonis 51.13
Cornus & cornu 186.4
Cornu & tubę vſus diuerſus 11.1
Corona 51.23
Corona naualis 103.17
Donatica & prouĩcialis 57.30
Coruitores 188.24
Coſſigerare 54.36
Coſſim 54.35
Coſſilires 54.29
Cothones 40.25
Cothones 40.25
Coxus 0.13
Creduo 5.16.161.38
Cretio 52.5
Crines ſeni 182.40
Crinalis acus 4.35
Cuctio Culina 52.34 45.14
Culleus 46.33
Cunctio 23.20
Cunina dea 85.12
Cupediæ 29.8
Cupedinis forum 53.12
Cupreſſus cur diti ſacra 53.21
Curiæ nouæ 113.27
Curię duorum generũ 114.6
Curias à finitimis populis
vocauit Romulus 113.38
Curia Forenſis 113.33
Hoſtilia 114.9
Tifata 113.39
Velienſis ibid.
Curiales 54.19
Curia lis vernula 54.5
Curiarum ſerui 54.2
Curiones 54.19
Cuſiones 54.28
Cuſus 51.29

D

D In R. 36,3
D.T.Notæ 182.37 288.33
Damia 55,25
Damiatrix ibid.
Danubius 10,37
Damium 55,20
Dautia 78,14
Decrepare 55.35
Decrepitus 55.36
Decumatum 58,10
Degrumari 68,20
Denticulum aciarium 4,21
Deprandius 124,7
Des, deſſis 30.13
Deſinare, Deſinator 56,30
Deſiuatur 56,32
Deſipere 9,2
Deſtertere 55,36
Deteſtatio ſacrorum 152,24
De⁹ feminino genere 151,14
Deunx 30.11
Dextans ibid.
Dialis flamen in leges iurare non poterat 76.8
Diana Aricina, & Nemorenſis 85.20
Dianę mactabatur cerua 43.11
Dicebo 57.5
Dicem pro Dicam ibid.
Diequarte, diequarto 116.27
Diequinti 148.35
Dii conſentes 50.9
Dii Geniales 66.26
Dii coniugales 154.23
Dies nefaſti 109.17.156.15
Dies prodicta 145,8
διμοιρον 30.19
Dis præpoſit. 15.6
Diſcerniculum 4.34.44.2
Dius fidius 57.18
Do, dico, addico 109.17
Dolon 186.14
Dortium pro diuortiũ 27.5
Dubienus 57,36
Ductarie agere 108.22.34
Duellus 30.5
Duicenſus 71.28
Duonus 30.5

E

E In O 4.8
E Rom. iurantes præponunt 91.11
Ecaſtor ibid.
Εχδικος 42.3
Edicta, & capita legũ iis verbis ſæpe nominãtur a quibus incipiunt 117.13
Edim pro Edam 135.22
Edom 10.31
Effutulia 109.1
Eiuno 91.12
Electrum 26.5
Elicatores 58.18
Eliminium 138.21
Emancipatio 152.10
Emanu 162.33
Endo 58.32
Eniber picus ibid.33
Enormis 198.11
Enulum 11.16
ἐφερεῖς 211.14
Eques ſolitarius 25.38
Equus october 40.30
Eridanus 10.37
Eraſmus reprehend. 124.11
Erctum citum 59.11
Ereb 59.19
ἔρεβος ibid
Eres 69.36
Ergaluſtulus 32,16.188.12
Erus 59.23
Eſcit, erit 118,29
Εσχαρα 193.19
Euallefacere 213.7
Eugium 59.28
Exbuæ 60.10
Exodium 61,2
Exoletus 61.8
Exta muta, & adiutoria 79.39
Extrariũ & extraneũ 159.29
Exuberes 60.12
Εὔστεα 52.21

F

F Cum R cognatio 48.32
Fabulæ aut togatæ aut prætextatæ 143.8
Facit pro faxit 210.3
Falantum 61.27
Falces lumariæ 80.15
Falco 38.3
Familia pro gẽte 108.12.112.23
Farcimen 187.21
Faſcinoe 4.12
Faſtidium 53.2
Faſtidioſus 53.3
Faſtus quartæ declin. 62.10
Fatum libert. po. Ro. in ficu Nauia 107.3
Fauentia 138
Fauonia oua 113.12
Fauonii 113.13
Fauſtitas dea 63.12
Feciales 79.20
Febris querquera 157.30
Feronia dea 124.28
Fertores 195.32.63.19
Feſtra 63.25.32
Fibra 64.21
Fidonia dea 124.22
Fiduſtus 48.38
Fiſtula 45.4
Flagitatores 119.39
Flagitare 120.2
Flagitium 119.35
Flamea 22.4
Flaminis etymon 21.22
Flamen duabus rebus ſemper obſtrictus 21.35
Florales ludi 118.15
Folia pro nugis 35.28
Fontium capita, ſacra 83.37
Forcipes 64.30.208.1
Forctis 64.30
Foreſes, Foretii, & Foruli 113.37
Formucapes 64.29.208.1
Formula dedicandor. templor. 207.1
Formula euocandi pop. ad funera 73.12
Fortuna Virginalis 43.26
Forum cupedinis 53.11
Fruiniſcor 65.7.190.28
Fruinor 65.6
Frutis 65.27
Frutilla 65.20
Frux 65.30
Fuit, de mortuo 3.22
Fulgura duplicia 151.35
Fulgura adeſtata 9.23
Fulmen peremptale 14.24
Fulmina bruta 33.27
Fulmine occiſo iuſta non fiebant 120.27
Funambuli 46.22
Funus 34.39
Furcilla 33.34
Furtũ concipiẽdi mos 76.38
Futare 163.30
Futilis homo 66.12

G

G & C cognatæ literæ 20.73.51.36
G quibuſdã vocib. ab N incipientib. præponitur 67.32
Galearii militum 37.11
Galerus 13.15
Gauſapa 72.34
Gelus 186.3
Geniales dii 66.29
Genialis lectus 67.10
Genii 66.28
Genus & genu 186.3
Gerones 33.11
Gerræ 35.16
Gerulus 67.2
Gigerium 67.16
Glires 163.36
Glis, glitis 67.29
Gluttus 74.2
Gorgo 51.14
Gracchuli 51.15
Græcia maior 81.30
Grãdiſcapiæ arbores 208.15
γρῦ 98.23
Grumæ 68.21

H

HALLVS 14.4
Halophanta 66,8
Haſtæ donaticæ 57.38
Herctus citus 59.12
Hercules ἐπιτράπεζος 92.9
Herem proheredem 96.31
Hettæ, 35,15
Hexametros verſus ante Næuium nemo Latine ſcripſit 210.18
Hittio 70.4
Homines fœnei 132.31
Hordeariæ quadrigæ 70.13
Hoſtia 90.10
Hoſtia maxima ibid.15
Hodia præcidanea, & ſuccidanea 130.36
Hoſtis 7.200
Hipſicrates 26.31

I

I Pro A 109.32
I pro E 87.7.130.34.135.21
Ianus Quirini 122.7
Iani myſticum nomen 36,15
Idulia ſacra 174.13
Idumæi & Carthaginenſ. eadẽ lingua vtebãtur 199.30
Iecinor 65.6.102.35.197.7
Illum, Hillum 70.6
Imbricitor 71.9
Impete, Impeteius 71.19
Impetrire 71.17.109.33
Improles 71.27
Ina in charta 60,24
Incendiariæ aues 34.20
Inci pro In 72.24
Incitega 72.13
Indere 3.3
Indictiua funera 73.12
Indigetes 73.16
Inebræ aues 59.6
Inertitudo 73.33
Infas pro Infans 121.25
Inferæ aues 141.1
Infrunitus 65.4.216.23
Inigere 205.7.200.9
Integer 9.15
Intergeries paries 74.26
Inueſtis 149.13
Inuitriare 102.9
Inuſum pro inuſitatũ 125.30
Io 75.19
Iobilare 75.20
Iobis pro Iouis 120.30
Iouenta 76.16
Iouis, Ioueris 24.37.143.39
Ipſiplices 75.1
Ipſulles 198.36
Irquis 70.9
Iſaurus 43.18
Iſſa 158.6
Iſſo 116.29
Iſter 10.37
Italos, barbaros Græci vocab. 82.3
Itiner 65.9.102.35.190.27.197.6
Iugula 75.36
Iuſiurandum 86.10
Iuſtidium 76.12
Iuſſo 116.29
Iuuentas 76.14

K

Kalendæ fabariæ 163.18

L

L. I. Notæ 131.9
Labarum 194.11
Laberna 78.4
Lætaſter 119.17
Lama 76.33
Lamina & lamna 11.21
Lapis manalis 84.9
Lar & Genius idem 66.37
Larentalia 184.5
Laudiceni 14.36
Lauerna dea 77.32
Lautia 78.14
Lautumiæ 14.34
Lectus aduerſus 154.5
Legatorium 78.15
Letonum 26.20
Lex in parricidas 42.35
Librale & librile 84.26
Ligula 79.3
Linter 104.4
Liquidæ duæ apud Græc. cũ interueniunt, altera mutatur in ἰῶτα apud Latinos 91.22
Liquis 198.13
Litare 71.17
Literas non geminabãt vet. 4.9.
Literas græcas Ennius primꝰ cum Liuio docuit Ro. 165.6
Lucernę in cippis ſepulcror. ſuſpendebantur 188.4
Lucini 118.35
Lucuns 79.37
Lucunculus 80.4
Lucus capitalis 38.27
Luma 80.15
Lupanar 103.37
Lupercalia 63.16
Lupus femina 12.12
Luſtro pro quo lurco 13.25

M

Machina 62.37
Madulſa 81.7
Mæſon 93.2
Maior Græcia 81.30
Manale 84.13
Maniæ 85.8
Manphul 83.13
Manticulæ 86.2
Manticularia 86.3
Manumiſſio ſacrorum cauſa 152.2.153.1
Mapalia 87.30
Marid pro mari 182.23.197.2
Mars Siluanus 88.12

Marſpedis 88.6
Materiatio 3.9
Matrimes 64.8
Maxima hoſtia 90.25
Maxima victima ibid.
Me Ro. iurantes præponunt 91.11
Medix 199.24
Menior 91.25
Menſæ ſacræ 92.6
Menſæ in ſepulcris ponebantur. 92.25
Menzana 121.10
Mercidinus 92.30
Mercurius Maleuolus 82.11
Mertus 5.34
Meſancylum 91.13
Metatores 139.25.32
Metiũdi obſeruationes duæ 198.11
Minax 13.31
Μνημοσιών 51.18
Μολγοὶ 40.22
Momar 95.7
Moneta Iuno 51.15
Monetæ, monedulæ ibi.
Monumentum 35.1
Mortẽ ſibi conſciſcere apud vet. vnde turpe 39.25
Mortis mentione abſtineb. vet. 3.14
Mortui cur pro roſtris laudantur 112.2
Multa maxima vel ſuprema 12 6.1
Multa minima 126.2
Munus 99.12
Murigidus 97.27
Murtia dea 86.35.97.8
Murtiæ metæ 96.38
Muſtricula 97.35
Muttum 98.24
Myobarbum 98.31

N

N veteres in quibuſdam vocibus omiſerunt. 121.24
Nænia 99.37.39
Næniam dicere 100.18
Nancitor 101.34
Nancitur ibid.35
Nanus 101.30
Naſiterna 102.18
Natinare pro natare 109.35
Natinari 102.33
Natio 103.6
Naturales liberi 112.37
Naue agi 108.22
Nauia ficus 104.18
Nauities 108.35
Nautes ſocius Æneæ 107.39
Nautia Minerua 107.35
NE. P. NF. NP. notæ 109.19.156.16.17
Necerim 109.7
Negibundus 109.32
Neginare 109.34
Neminis genit. caſu 109.39
Nerien 69.30
Neruus 110.33
Neſi 111.15
Nilus dictus Αἰγύπτιος 10.34
Nominalia 80.23
Nominatiui maſcul. plur. in I, antea in œ 4.12
νόθος 112.37
Noxa 32.19
Nuces olim ſparſæ inter miſſilia 118.1
Nucerem 109.7
Nucis nuceris 24.38
Numere 119.25.148.32
Numero 116.20
Nunciatio 192.25.30
Numiſma L. Lucretij Trionis 183.30
Nundinalis coquus 116.32

O

O pro AV 123.4.125.17.27.17
Ob 24.37
Obnunciatio 192.33
Obſcitæ leges 124.37
Obſtetrix 124.35
Obſtitum 151.34
Obtuſo ore, prouerb. 133.17
Ocellæ 118.36
OE pro I 63.20.135.22.143.40
OE pro V 149.38.150.24
per OE veter. quæ nunc per V 19.11
Offa penita 40.32
οἰκόπεδα 10.12
Olere 73.21
Olœ pro olli vel illi 4.8.135.23.144.1
Omarium 36.26
Opicus 43.19.125.2.216.31
Ops 122.38
Orcæ 123.22
Orciuus theſaurus 63.9
Oreæ 124.7
Ὀρείχαλκον 26.3
Oricula 123.4
Orion 75.38
Ornatrices mulieres 5.8
Oſcines aues 140.37
Oſſifraga 178.18
Oua fauonia 113.12

P

P P. notæ 173.32
Pacio 25.30
Pacit 210.4
Padus 10.37
paganalia ſacra 137.34
palaſea 40.32
palatium prius palantium 61.28
palilia 154.3
pallorij & pauorij 176.11
palmata toga 210.35.133.20
paraſiti 176.33
parentatio 92.4
παρθένος ὡραῖα 171.16
parilia 154.3
parra 146.33
parricidij pœna 46.35
paſſales oues 127.1
patrare 130.9
patrimes 64.8
pecunia 128.8.14
pecunia piacularis 155.7
pedarius & pedaneus 159.30
pedidoſus 128.26
perduellis 70.21
pertiſum 87.9
petauriſtæ 46.22.131.12
πέτωρον ſiue πέτευρον 131.23
petrones 193.22
phœnices hebraice locuti ſunt 59.38
piaculare 132.13
picumnus 154.24
pignus pigneris 6.37
pilæ 132.28
pilatum agmen 47.33

Pileorum quib. ſacerd. vtū-tur tria genera 13.15
Pilumnoe 4.11.144.1
Pilumnus 154.24
Pinacotheca 203.28
Pipulo poſcere 120.9
Pipulo differre 155.13
Piſare 133.33
Piſo pro pinſo 133.32
Piſtores 133.26
Plaga 110.31
Plancus 133.39
Planipedes hiſtriones 123.28
Plauſtrū perculi, prou. 134.1
Pleiades 131.35
Pœni Tyriorū coloni 199.26
Polluceri quæ liceret & quæ non 136.25
Pollucere merces 137.17
Pomerium 148.13
Poploe 4.11.144.1
Populares ludi 171.38
Popularia ſacra 137.31
Populus pro plebe 171.39
Portiſculus 138.4
Poſterime 172.30
Poſtliminium 138.17
Præciæ 139.27
Præcire ibid.29.
Præcidaneum & præcidariū 140.5
Prædia cenſui cēſendo 41.26
Præferre diem 163.6
Præfericulum 140.24
Præfiſcine 116.28.148.38
Præfiſcini 148.29
Præfiſcino 116.28
Præmetium 175.21
Præpetere 140.34
Præpetes aues 140.35.141.2
Præpoſitio loquelaris 15.4
Præſeſſe 141.11
Præſtolus vel præſtulus 142.5
Prętexta cui licebat vti 142.15
Prætexta 132.20.143.24
πραξιδίκαι 77.37
Prægnas 121.25
Primæ metæ 67.4
Primicapes 207.38
Priſtis 28.35
Priuignus pro prigenus 31.26
Priuoes 143.40
Procapes 207.35
Procapis 144.24
Prodicere diem 153.19.163.7
Prodinunt 102.35
Proebrum 196.36
Prologium 60.38
Pronuba 167.14
Propudia 148.3
Prouerbia 23.35.35.18.109.3. 124.5.133.16.173.36.174.7. 178.21.202.29.203.2.
Prouocationis formula 50.15
Pulchralia 29.9
Pultus 5.34
Pumilio 101.24
Purare 147.28
Purpurea toga. 132.18
Puteal 105.34.180.24.181.4
πυγμαλίων 101.24
Pyra 34.38

Q

Q.R.S.F. notæ 156.39
Q per Q. vet. diceb. quod poſtea per G. 49.31
Quadrans 30.34
Quadratum agmen 43.31
Quæſtores paricidi 126.37 155.37





Quartata verba 45.38
Quinticapes 208.6
Quirinalia 158.18
Quirinalis mons etiā agonalis dicitur 176.13
Quirinalis trabea 211.10
Quiſquiliæ 158.32
Quotumnus 91.7

R

R vnicum pro gemino RR 210.2
R in D. & contra 36.3
Rabicula 158.35
Rapſod 83.17
Ratis pro triente 159.40 160.19
Ratis pro naue & remis 159.8.13.22
Ratianiæ & ratiariæ naues ibid. 25.31
Ratitus quadrans 159.32
Rauci 161.12
Re præpoſ. loquel. 15.7
Rebitere 165.37
Reciperare 48.18.72.25
Reciprocare 161.28
Reciprocus 48.17.72.24
Reconduit aut recondūat 161.37
Recta tunica 162.2
Redamptruare 162.5
Refriua faba 163.14
Regia trabea 211.8
Regifugium 157.17
Regleſcit 163.36
Remi 159.13
Repotia 167.27
Repudij formula 51.2
Reſecrare 168.20
Reus 169.18
Rex Nemorenſis 85.20
Rex ſacrorum 156.25
Rogus 34.37
Roſtrare 173.19
Rotabulum 173.24
Rudus 130.17
Rumare 7.36
Rumina 85.12
Rumina ſiue ruminalis ficus 104.18,173.1
Rumis 173.3
Rupices 193.20
Rupſit 173.7
Ruſſati 211.16
Ruſtica vinalia 172.16
ῥυμουλκᾶν 167.9

S

S Pro R 67.27.155.33.181.20.187.28
S inſerta 187.21
S S pro X 54.35
Sabini quod volunt ſomniāt 173.37
Sacella nō erant ſemper alicuius dei, ſed ſæpius fulguris 180.35
Sacoma 60.1
Sacrificia reſolutaria 60.17
Sacrificium 92.16
Sacrificium pecunia fit 128.6
Sacrificulus 175.12
Sacrima 175.18
Sacrum 92.15
Sade & Sin in Tau 179.2
Sagona 10.37
Salacia 175.36
Salaria via 176.3
Salij ſacerdotes 27.35
Saliorum duo genera 176.9

Salmalida ſpolia 176.19
Salmacidus 176. 16
Salmacia ibid.
σαλπιςαὶ 11.21
Senates 177.33
Sanga 178.19
Sanqualis 178.18
Sar 178.38
Sardi venales,prouer. 177.21
Sarta tecta 179.5
Sarraca 191.32
Satura 179.25
Scæuolæ etymon 180.4
Scalæ Græcæ 72.14
Scapus 175.34
Scara 193.18
Scarus piſcis non polluce-
batur 136.25
Scelerata porta 180.10
Scenici ludi 177.14
σχεδίαι 159.16
Scipio Africanus Cæſar di-
ctus 36.19
Scopæ 175.31
σκώπιοι 112.38
Scrutillus 191.37
Scurra 181.26
Se & Sed pro ſine 182.17.
197.1.2.
Secius 184.23
Secundas agere 177.1
Secundarius 177.1
Secus 185.39
SE FRVDE 174.34
Segeſtre 56.22
Semis 30.9
Semoniæ dea 201.35
202.9
Sentinari 183.12
Sentinatores 183.13
Septentriones 183.18
Septimontium 183.37
Sepulchrum 34.39
Sera 167.35
Secere 182.12
Serui ex tribu, & curia do-
minorum cenſeb. 54.9
Set,Sete 103.13
Sexagenarij de ponte 585.5
Sexu,& Sexus 186.3
Siciliæ etymon 186 33
Siculus, ſtultus 95.7
Sidera pro anni tempeſtati-
bus 141.39
Sifunculus 186.38
Sigillaria 184.34
Silicernius 118.13
Silicernium 187.20
Siliceſnium 181.21.187.25
Siluanus 88.15
σιμικλίων 191.20
Simpli Ludij 188.20.36
Simpulones 189.3
Singulator 25.39
Siparium 189.9
Siparum 201.8
Siremps 189.12
Socienus 5.15
Soliar 191.4.
Solida ſella 187.16.190
7.18
Solitarius eques 25.38
ασφοκλεῖς qui vocabantur
14.39
Sor 178.36
Sorores plures eodem nom.
cognominib. à numero
diſtinguebantur 94.23
Soſpitare 192.10
σώτης feminin.gen. 25.32
S P. nota 113,14
Sparum 192.14
Spectio 192.21.
Spinturnix 34.25
Sponſor comm.gener. 25.26
Spurius 110.35
Spurij filij cur ſic dicuntur
113.5
Squalidum 192.12
Stagnare 102.13
Stellio 193.33
Stipa 193.39
ςοιχία 66.31
ςόμφωμα 4.21
Strenæ exigendæ tempus
184.8.12
Striges 194. 36
Stropus 195.13
Strufertarij 195.23
Stultorum feriæ 158.19
Stuprum à ſtupeo 196.37
Subcillare 200.8
Subdiga 177.5
Subgillare 200.8
Subigitare 200.9
Sublices 168.1
Subrumi agni 7.37
Subſerere 106.14
Subſidium 168.19
Subſidioſus 198.31
Sububeres 70.13
Subucula 200.33
Subuerbuſti 199.9
Succidanea 139.39
Sucula 186.5.199.19
Sueſſa 27.10
Suerem 109.7
Suffex 199.17
Suis ſueris 24.37
Submicit 197.12
Suouetaurilia 18.13
Suparum 186.10
Supparus 200.32.201.3
Supplicia 201,32
Suppus 202.31
Surire 200.17
Surrempſit 3.6
Surremit ibid.
Sus,& ouis confeta 48.29
Sutrium quaſi eant,prouer
203.2
Sycomorus 174.17
Syri ſchurek pro holem ef-
ferunt 199.35
σύειγξ 45.3

T

T pro D. 51.16
Tablinum 203 25
Tæniæ 204.3
Talla 204.15
Talaſſio 204.9
Talaſſius 204.15
ταμιοῦχος 11.20
Tarpeium ſaxum 179.30
ταρσοί 159.16
Taurea 32.27
Taurii ludi 205.36.206.1
Ted pro te 197.2
Telluri ſacrificabatur plena
ſue 135.8
Tempeſtiua virgo 171,16
Templum 94.15
Templa minora ibid
Templor. dedicãd. formula
207.1
Tempus temperis 6.38
Tertiata verba 45.37
Terticapes 208.6
Teſum 87,1

Teſca 206.26
Teſtamentum in procinctu 144.34
ϑ in d 6.35
ϑεοὶ γενέθλιοι 66.29
Thalli 175.34
ϑησαυρός 26.34.62.23
Tibiatim 95.34
Tiſata 85.6
Titia 35.12
Titinnare 208.30
Togatæ comœdiæ 143.9
Toga 143.21
τιχωρύχος 213.25
Tongitio 209.18
Tonſilla 209.22
Topper 209.28
Tormina 213.29
Totſariam 96.2
Trabearũ tria genera 211.7
Tracta ſerici 170.3
τραγήματα 29.13
Tragœdiæ prætextatæ 143.10
Treciæ 183.2
Triarij 198.23
Trib. plebis prætexta non vtebantur 142.25
Tribunal 181.11
Tribus xxxv. 137.21
Tribus Romulia 172.1
Tribus prærogatiuæ 141.4
Trichilæ caſæ 215.27
Triens 30.24
Tripudium ſoniuium 191.16
Troſſula trabea 211.6.12
Truare 19.20
Truſculus 211.3
Truuo 211.19
Tu 35.10
Tubæ & cornu diuerſus vſus 11.2
Tubiluſtria 211.12
Tudicula 215.31
Tudiculare ibid.
Tuditator 211.30
Tugurium 212.3
Tumex 207.16
Tumulus 212.21
Tumicla 207.15
Tumultus 212.8
Tunica recta 162.2
Tur pro Sor dixerunt Syri 179.1
Turnebus immerito à quodam reprehenſus 16.8
Tuſci 212.16
Tutella in naue 59.32
Tutulus 13.15
Tyro 178.35
τύχα, genialia 66.32

V

V pro O 168.4
V pro VN 45.16
Varrones 193.22
Vas futile 66.13
Vegere 93.25
Velati 8.2
Velitia curia 113.39
Venefici indemnati iure occidebantur 155.21.25
Veneralia 214.30
Veneris etymon 21.20
Venus fruti 65.8
Venus Murti 65.25
Venus verticordia 97.10
Verba tertiata & quartata 45.37.



Verberit 235.20
Verminare 213.29
Verniſera 94.2.
Verres ſues 210.1
Veſtalis ſacerd, iurare non cogitur 66.5
Veſticeps 149.12
Veſtis pura 151.38
Veteres quæ per u, antea per oe extuler. 16.11
Veternoſus 214.8
Via ſaliaria vnde ſit dicta 176.3
Viator 214.11
Viaculus ibid.
Vibrare 132.6
Vibrucæ 215.15
Vicanus 143.1.178.29
Victima 90.9
Vicus Tuſcus vnde dicitur 212.25
Vinalia 214.30
Vindicia 214.35
Vindicit 135.21
Vinibuæ mulieres 35.9.60.11
vinũ augere in ſacrificio 9.6
Vinum eructum 59.26
Inferium 23.7
Reſperſum 168.12
Vira 158.4
Viracia 215.12
Virginenſis dea 43.25
Virginalis Fortuna ibid. 26
Viriatus 215.2
Vixit, de mortuo 3.15
Vls, vltis 43.32
Vmbræ 215.18
Vnxor 25.28
Volturinus color 10.28
Vſtrina 34.28
Vxor 25.27

X

Ξένοι 70.19
ξόανον 56.13
ξυλοπέδη 110.33

Y

Υ in α 48.26
ὑδερωπικός 214.8
ὑδεροσκόποι 58.18
ὑπέργηρως 55.37
ὑποβολεύς 95.12
ὑποκριτήριον 73.10
ὑπομάστιοι 60.14
ὑπορραφή 179.6
ὑποζύγιον 214.4
ὑπώπια 43.15
ὑπερόπτομαι 138.25

Z

Ζεύς, dapalis 89.8

## SCRIPTORVM QVI IN IOSEPHI SCALIGERI CASTIGATIONIBVS continentur, nomina


A

ACcivs 69.32
Acro 111.39.118.11
153.25.181.16
emendatur 167.28
Aelius Iuriſconſultus. 92.17
Aeſchylus 25.31.169.20
Afranius 24.20.95.1
159.10.185.30.199.14.200.
39
emendatur 80.5.146.17
166.1
Alexis 52.15
Apuleius 18.37.23.38.35.24.
27.38.1,46.2.80.10.96.39.
99.31.139.4.173.14.175.35.
214.8.
emendatur 207.14
Ariſtophanes 54.7.77.2.
131.16
Arnobius 43.27.64.12.78.
36.92.7.136.13.176.29
corrigitur 67.36.129.5
Arrianus 87.17.21
Artemidorus 31.10.32.
30.39.30.106.2.120.35.139.
3.204.5
Aſconius 143.24.154.6
notatur 47.25
Aſellio Sempronius 48.1
Athenæus 73.6.93.5
Attius 50.26.54.366.
18.69.20.75.19.34.159.11.
92.27.206.35.
Auguſtinus 65.10.77.31
Auſonius 39.35.52.25.65.
30.67.35.78.7.108.24.123.
35.124.2.127.11.141.5.24.
181.21.184.38.186.1 191.26
emendatur 27.13.79.31

C

Cęcilius 111.8.187.35.201.20
emendatur 85.22.158.14
Cælius 56.8
C.I. Cæſaris verſus reſtituti
147.25
Cæſar emendatur 215.28
Calphurnius 92.35
Caluus 151.21
Caſſius Emina apud Ser. 39.
20.52.21
apud Plin. 136.32
Cato 88.12.101.17.119.37.
124.11.147.21.148.7.173.
25.174.39.196.14.201.
20
emendatur 102.27,119.5.
145.17.173.11.192.16
Catullus 42.21.123.5.147.
10.208.30
emendatur 13.26.149.19
Cedrenus 65.39
Cenſorinus 66.36
Chariſius 24.36
Cicero 15.8.14.29.75.261.041
12.129.22.144.5.152.13.188.
39.191.8
emendatur 144.3.176.21
Cincius Alimetus 188.49
Cinna 16.32.49.310


# NOTAE

## IN SEX. POMPEI FESTI FRAGMENTVM, SCHEDAS, ET EPITOMAM EX

*editione Romana.*

a Fulvio Vrsino V. C. Romano

# DE FESTI FRAGMENTO.

VIGESIMVS *agitur annus, ex quo Ant. Auguſtinus Archiepiſc. Tarraconenſis, Feſti fragmentum, quod maiorum memoria ex illirico aduectum in bibliotheca Farneſiana ſeruatur, multò quàm alij diligentius cum vulgatis contulit, & primus partem alteram eius libri mutilam exſcripſit, commentarijſq. à ſe illuſtratam edidit venetijs opera Caroli Sigonij. Sed vt tunc erat Romæ ſtlitibus iudicandis XIIVIR, aliiſque grauioribus curis impeditus, nonnulla clariſſimo viro déq. literis optime merito, in eis ſchedis deſcribendis exciderunt. Quam quidem editionem doctiſſimi viri poſtea ſecuti, tam multa in ea reſtituerunt: vt ex ijs, quæ Lutetiæ vulgarunt, intelligi facile poſsit, quid facturi fuiſſent, ſi emendatiorem codicem nacti eſſent. Nos igitur, quib. has antiquitatis reliquias non ſolum inſpiciendi, ſed etiam arbitratu noſtro tractandi commoditas ſæpe fuit, cum ex locorum aliquot collatione animaduertiſſemus, ſi fragmenti huius ſchedæ ad fidem archetypi exemplaris repræſentarentur, fore vt quæ mutila, mancáq. in ijs ſunt, omnes antiquitatis ſtudioſi facilius ea certiúſq. eſſent diuinaturi, curauimus paginas ipſas, eo quo Feſtus ſcripſit ordine, numero verſuum in ſingulis pagellis, & litterarum in vno quoque verſu, nec aucto, nec diminuto, ita vt ſunt in exemplari qua potuimus diligentia deſcribendas. Hoc*

*amplius, partem paginarum mutilam, habita ſpatij, quod ſupplendum fuit, ratione, infinitis locis reſarciuimus: multa ex eorum ſcriptis, quos ſupra nominauimus mutuati, multis etiam de noſtro additis. non quòd ea vera eſſe, aut ita Feſtum ſcripſiſſe arbitremur. ſed vt doctorum ingenia excitaremus ad bene de hoc fragmento merendum. atq. ea quidem ſupplementa, litterarum varietate, & notis etiam quibuſdam ab antiquo diſtinximus. Ab eo autem ſeparauimus ſchedas illas, quas à Marullo habuiſſe dicitur Pomponius Lætus, quod earum archetypum exemplar non extet, & pars altera paginarum, quæ margini proximior ab igne mutilata fuit, neglecta ab ijs, qui tunc fragmentum deſcripſerunt, in præſentia deſideretur. Quas autem nos edidimus, ſunt illæ quidem è doctiſsimi viri exſcriptæ chirographo, alijs editionibus non modo emẽdatiores, verum etiam aliquot locis auctiores: vt ſi qua præter hæc in vulgatis ſint, ea plane non eſſe Feſti credendum ſit, ſed è Pauli epitoma, aut aliunde petita. His omnibus vltimo loco addidimus perbreues quaſdã notas earum tantum rerum, quæ viſæ ſunt ab alijs prætermiſſæ. nam quæ ex epitoma Pauli, aut aliorum commentarijs ſuppleta ſunt, quia in promptu omnibus, hic notare, niſi ſi qua imprudentibus nobis irrepſerunt, ſuperuacaneum duximus.*



# NOTÆ. IN. EPITOMAN.

A*Bietaria* ] Liber manu ſcriptus habet *negotiatio dicebatur*. & pro *materiam*, vide num verius ſit, *materiariam*.

*Acus* ] *Quia ſarcire*, & in manuſcripto.

*Acupedius* ] Gloſſar. Aquipedius. & vt fortaſſe,

*Aqupedius* ſcribendum ſit ex antiqua conſuetudine, vt *pequnia*, pro *pecunia*.

*Adigas* ] Verbum *dare*, videtur adiectum.

*Adlicit* ] Videtur legendum, *fruſtrari ſeu inducere*, pro eo, quod eſt in vulgatis editionibus *fruſtrantem inducere*.

*Addubanum* ] Vide infra in *Dubenus*.

*Adſerere manu* ] Verbum *manu*, videtur adiectum. & paulo poſt, pro *dimittuntur* legendum fortaſſe *demittuntur*.

*Adſipere* ] Vide in *Inſipere*. Reſipere etiam videtur à ſapiendo deductum, quod ſignificat, redolere. Cicero lib. II. de Natur. Deor. Miniméque reſipiens patriam. ita enim legendum; non vt habent vulgatæ editiones, *reſpiciens*. Idem mendum irrepſit in verba Varronis, quæ ſunt apud Agellium lib. III. cap. IV. ſic enim totus Varronis locus legendus. Neque tamen dubium eſt, quin iſta, & quæ ſcripta à Plauto non videntur, & nomini eius addicuntur, veterum poetarum fuerint, & ab eo retractata, expolitáque ſint, ac propterea reſipiant ſtilum Plautinum pro *reſipiant*, in vulgatis eſt *recipiant*.

*Adtubernalis* ] Iſidorus habet, *attibernalis*. Gloſſar. *attubernalis*. L. m. *adtabernalis*.

*Aedilis* ] Vox *magiſtratus*, videtur adiecta.

*Agina* ] Placidus in gloſſis. Aginam ſcapum trutinæ, quod eo menſura ponderis agatur.

*Aliuta* ] M.L. habet *ipſus*, pro *ipſos*. Velius Longus de Orthographia. Antiqui æque confuſas, o, & u. litteras habuere. nam conſol ſcribebant per, o, cnm legeretur per u, conſul. Vnde in multis etiam nominib. variæ ſunt ſcripturæ, vt fontes, funtes: frondes frundes, &c.

*Ambactus* ] Gloſſar. Ambactus δοῦλος μισθωτὸς ὡς Ἔννιος. Cæſar lib. v i. Ita plurimos circum ſe ambactos, cliẽtéſque habet.

*Ambaruales* ] *Prò à duob. fratribus* legendum à *duod. fratrib.. S. Arualib.* in L. m. eſt, Ambaruales hoſtiæ dicebantur, quæ circum terminos vrbis Romæ ducebantur. i. amburbiales.

*Amoebaeum* ] Videtur legendum, *&/ æqui numero*: nam ita habet Seru. in eclog. i i i. Amoebæum, inquit eſt quoties ij, qui canunt, & æquali numero verſuum. in fine, pro verbo *malum*, opinor reponendum, *maius*; deleta voce, *ipſa*.

*Anclabris* ] Vide in *Eſcariæ*.

*Antea* ] Opinor legendum *Antidea*.

*Antigerio* ] Placidus in gloſſis. Antigerio, vel quemadmodum, vel in primis.

*Antios* ] Videtur legendum, *Auctos*.

*Antras* ] Placidus in gloſſis. Ancras, conualles, vel aruorum interualla. ἄγκεα ποιήεντα, Homerus.

*Aqua* ] Videtur hic locus ita legendus. *Aqua, & igni tam interdici ſolet damnatis, quam accipiuntur nuptæ.* Scæuola in L. Seia. D. de donat. inter viuos. Quidam virgini die nuptiarum, priuſquam ad eum tranſiret, & prius quam aqua & igni acciperetur, ideſt nuptiæ celebrarentur, obtulit decem aureos dono.

*Arboſem pro arbore antiqui dicebant* ] Placidus in gloſſis. Haſenam antiqui dicebant, vt aſas, quas nos aras, & Laſes quos Lares dicimus. Velius Longus de orthographia. Feſias antiqui pro ferias: & haſena. pro harena.

*Arcula* ] L. m. habet, *Arcua*; & ita opinor legendum.

*Atroces* ] In L. m. eſt, ἄτρωκλα. pro atrocia; & quidem Latinis litteris, *atrocla*.

*Attinge* ] legendum. *Attingem*: quomodo habet L. m.

*Aureax* ] Videtur legendum *dicebant*, pro *dicebatur*.

*Aurum* ] *Hypſicrates* reponendum puto, pro Hipocrates.



*Auſpicium* ) legendum, *apud veteres ſine præpoſitione, ſpicio*. ſiue vt eſt in l. m. ſpecio. Vide in Spicio.

*Bes* ) Videtur ſcribendum, *compoſitio ſit*, deletis verbis, *beßis ex triente*. quæ videntur adiecta.

*Bruttiani* ) *Brettiani* eſſet legendum, quia a Brutiis, quos Græci Βρεττίους dicunt, ductum eſt nomen. nec aliter habent manuſcripti libri Liuij, quam *Bretij*. Vide Agellium lib. x. cap. iii.

*Cantherius* ) Varro de re ruſt. lib. ii. Quod ſemine carent ij cantherij appellati.

*Calatores* ) Verrius apud Chariſium lib. i. Nomenclator ſine, v, dicitur, velut nominis clatator. Sed legendum *calator*.

*Cernuus* ) Lucilius. Cernuus extemplo plantas conueſtit honeſtas.

*Cibus* ] Orus Mileſius in Etymologico apud me manuſcripto Κιβωτὸς, inquit, ὤφειλε διὰ τοῦ ει δίφθ. διὰ τὸ κεῖσθαι ἐν αὐτῇ, &c. ἴσως δὲ παρὰ τὸ κίβος γέγονεν· ὃ σημαίνει τὴν τροφὴν, καὶ κίβησις ἡ πήρα, ἢ ἡ κιβωτὸς, παρὰ τὸ κεῖσθαι ἐκεῖ τὴν βόσιν.

*Ciccum* ) Varro lib. vi. ling. lat. habet. *cicum*.

*Cliuia* ) Videndus Plinius li. x. c. xiv.

*Clucidatum* ) Vide infra in *Glucidatum*. infra eſt *Gluma*, & *Gnephonſum* pro eo quod paulo poſt *Clumæ*, & *Cnephonſum*. Vide in *Orcus*.

*Cnephoſum* ) L. m. Cnephonſum. Velius Longus de Orthographia. Sequenda eſt nonnunquam elegantia eruditorum, qui quaſdam litteras leuitatis cauſa omiſerunt, ſicuti Cicero, qui Foreſia, Megaleſia, Horteſia, ſine n. littera libenter dicebat.

*Cohum* ) Varro lib. i v. de ling. lat, Cauũ a cauo cælum &c.

*Comiſſatio* ) Velius Longus. At in comiſatore vtramque cõſonantem ſimplicem ponimus. nam aut a comitate vox ducta eſt, aut a Graeco παρὰ ὀχῶμαι. S. vero geminata vocis ſonum exaſperat. in veterib. libris vnico. S reperitur conſtanti ſcriptura.

*Committere* ) Opinor pro *delinquere*, legendum eſſe, *relinquere*.

*Compilare* ) L. m. pro *condere* habet *congere*, vnde coniecturam facio, *congerere* ſcribi debere.

*Conſluges*] Nonius *Conſlugis* loca, in quæ diuerſi confluunt riui. Iſidorus lib. XIV. c. LVIII. confrages.

*Conotum*] Placeret, *comtum*.

*Conteſtari* ] Interpunctionis nota videtur addenda ad verbum, *vterque*.

*Coſsi*] Ante *Cotilæ* in l. m. amplius eſt. Cothones appellantur portus in mari arte, & manufacti.

*Cumeram*] Varro lib. VI. de ling. lat. Igitur dicitur in nuptiis Camillus, qui cumerum fert, in quo quid ſit in miniſterio, pleriq. extrinſecus nectunt. Ita Macrobius etiam legit lib. III. cum apud Varronem *cummerum* ſit.

*Curia*] Aſconius in Verr. III. ſentire videtur tribus, & curias eaſdem eſſe. Tribus, inquit, principio tres fuerunt Tat. Ram. Luc. poſtea de nominibus. Sabinarum plures factæ ſunt, quib. deprecantib. bellum parentum, maritorumque finitum eſt; ad poſtremum XXXV. factæ. & in Verri. II. Legitimos omnes tribus habent diuiſores ſuos, Plautus magiſtros Curiarum vocat in Aulul. Vide Verrium apud Agell. lib. xviii. c. xxii. vbi ſcribendum eſt, tribus quoque & curiaſque, pro eo quod eſt in vulgatis, decurias.

*Cyprio boui*] Videndus Plinius lib. xxxiii. c. xx.

*Decotes*] L. m. addit. Decotes, Decuriones.

*Diſertiones*] Videtur legendum *Diſortiones*. Vide infra in *Erctum*. & Iſidor. lib. x. Seruius. Ercto, inquit, non cito. i. patrimonio, vel hereditate non diuiſa.

*Duſmoſo*] Legendum fortaſſe, *duſmoſum locum*.

*Ergo*] L. m. habet Oὐκοῦν, pro οὖν.

*Eruum*] In lib. m. eſt, *Eruiliam*, ἐρέβινθος, pro *eruilia*, ὀρόβινθον.

*Eſcariæ*) L. m. habet, *qua in ſacrificando*, pro quæ. & poſt. Eſcendere, egredi: amplius quam in vulgatis.

*Eſcit*] Vide infra in *Obeſcit*, *oberit*, & in *Supereſcit*, *ſupererit*.

*Europam*) Verba illa, *& nauem, quæ Iouis tutelam*, mendoſa ſunt. & fortaſſe ita corrigenda, *et nauem quoius tutela effigiem tauri habuerit*.

*Exanimi*] L. m. pro *in licij*. habet, *indicij*.

*Exiles*] legendum videtur *iniarum*, pro *viarum*, vt habet l. m. Vide in *Via*.



*Experrectus*] Pro *corrigendo ſe*, videtur legendum, *a porrigendo ſe*.

*Faleri* ] *A fale dictum*, l. m. habet pro, a *ſale*.

*Fanum a Fauno*] Ita l. m. pro *a fano*.

*Feſnoe*] L. m. *Feſcenoe*. & ita videtur ſcribendum.

*Flemina*] Placidus in gloſſis. Fleminum, veſtem in qua ſanguis ambulando in pedes defluit. Vide infra in, *Tama* & ſupra in *Boa*.

*Foedus*] Vide in *Fedum*. & fortaſſe hic *Foſtia*, pro *hoſtia* ſcribendum. Velius Longus de Orthographia. Siquidem, vt teſtis eſt Varro, a Sabinis Faſena dicitur. & ſicut S familiariter, in R tranſit, ita F in vicinam aſpirationem mutatur. ſimiliter ergo, & hoedos dicimus cum aſpiratione, quoniam foedi dicebatur apud antiquos item hircos, quoniam eoſdem æque fircos vocabant.

*Forago*) L. m. habet *a forando*, pro *furando*.

*Forcipes*) Velius Longus. Forcipes dicimus ab eo, quod formum capiant. i. calidum.

*Forum*) [In fine, pro *forecula*, m. l. habet, *forula*.

*Geniales deos*) Petrus Chiacconus Hiſpanus, homo magni ingenij, præclaræq. eruditionis, a quo multa in hoc libro emendata ſunt, exiſtimabat *Genitales* legendum eſſe. nam & in veterib. numiſmatib. eſt. DIS. GENITALIBVS. & Vergilius habet genitales illo verſu lib. vi. Romulus in Cælo cum dis genitalib. æuum degit. item L. ii. Georg, Genitalia ſemina poſcunt.

*Genialis*] Vox, *nuptijs* videtur abundare.

*Gingrire*] Gloſſar. Gingriba, εἶδος φωνῆς σάλπιγγος.

*Gnephoſum* ] Gloſſar, Gnephonſum, σκοτεινόν Vide in *Cnefonſum*.

*Graue aes* ] Hic locus ita interpungendus, emendanduſque. *Quia aſſes ſinguli pondo libram efficiebant, deni autem denarium, ab hoc aſsium numero dictum*. Vide Plin. lib. xxxiii. cap. iii. & infra in *Sextantarij*.

*Grauida*) Gloſſar. Inciente, innitente, pariente, a ciendo, & inuocando, proximos quoſque auxiliatores. Hæc ad verbum *Inciens*.

*Gallioca*] Gloſſar. Guilliciola cortice nucis iuglandis viridi, per quem corpus humanum intelligi vult.

*Holaphanta*] L. m. *Holaphania*. forte, *Holpata*, ex Græ-

coὅλος, & ἀπαλάω.

*Haſtæ*] Vox *præcipuum* forte mutanda in *proelij*.

*Hirquitalli*] Vide in *Irquitalli*. Cenſorinus c iv. de die natali. Vox craſſior, & inæqualis fit homini iii. hebdomada. hoc Ariſtoteles appellat τραγίζειν. antiqui noſtri hirquitalire, & inde ipſos putant hirquitallos appellari, quod tunc corpus hircum olere incipiat. Velius Longus. Hinc tractum eſt, vt eos, qui ſunt in adulta ætate, hirquitallos vocemus.

*Improlus*] Gloſſar. *Improles*. Marius Victorinus de orthographia. Improles eſt, qui nondum vir eſt.

*In*] Legendum, *ſed interdum etiam pro augumento ponitur*. Vide in *Ingens*.

*Inarculum*] Vide Agell lib. x. c. xv. verbum *ſacrificans*, mihi ſuſpectum eſt.

*Inchoare*] Terent. Scaurus. Inchoare cum aſpiratione ſcribendum, quoniam a chao dictum, quod fuerit initium omnium rerum.

*In conuentione*] Videndus Varro lib. iv. de lingua latina

*Indigitamenta*] Gloſſar. ἱερατικὰ βιβλία.

*Inebræ*] Iſidorus lib. xii. c. vii. *inhibæ*. Gloſſar, *Enibra*, ἐναίσια.

*Inlicium*] Cato de re ruſt. *colliciares* habet pro *collicia*.

*Inſeque*] Videndus Agellius lib, xviii. cap. ix.

*Intergerius*] Gloſſar. Intergerios.

*Internecinum*] Scribi debet *internecinum*, nam Græci Ἐντερνέκινον.

*Internectio*] Verbum *interfectio* videtur adiectum.

*Ipſipte*] Forte *ipſipte*.. Gloſſar. Ipſipte, αὐτός. Cato mihi pte poſuit, pro mihi ipſi. Sic fortaſſe *ipſipti* hic pro *ipſimet*. Vide in *Ineopte*.

*Irpini* Videndus Strabo in fine li. v.

*Lacobrigæ*] L. m. *a lac & ercobriga*.

*Lacus*] Pro *eruendus* ſcribendum. *fruendus*, quod verbum eſt in Cenſoriis locationib. frequens.

*Læna*) L. m. pro *habitus*, habet *habitu* & χλανίδα pro χλαῖναν.

*Lapidicinæ*) L. m. *Lapidicinæ, vbi exciduntur lapides*.

*Latine loqui*) Polibius lib. iii. eadem ſcribit de antiqua latini locutione. τηλικαύτη γὰρ inquit, ἡ διαφορὰ



γέγονε τῆς διαλέκτου καὶ παρὰ Ῥωμαίοις τῆς νῦν πρὸς τὴν ἀρχαίαν, ὥστε τοὺς συνετωτάτους ἔνια μόλις ἐξ ἐπιστάσεως διευκρινεῖν.

*Latrones*) Varro l. v i. ἀπὸ τοῦ λάτρου i. mercede.

*Latumias*] L. m. *Lautumias*. antiqua ſcribendi conſuetudine, vt *Laumedon*, pro *Laomedon*.

*Lectoſia*) Dionyſius lib. i. Ἔπειτα νήσῳ προσέσχον, ἣ τοὔνομα λευκασία, ἀπὸ γυναικὸς ἀνεψιᾶς Αἰνείου πρὸς τὸν δὲ τὸν τόπον ἀποθανούσης, legendum igitur, *Leucaſia*.

*Legio Samnitium*) Videndus Liuius lib, x. in fine ſcribendum, iurauerant.

*Lepiſta*) Næuius apud Fortunatianum de Saturnio verſu Ferunt pulchros pateras, aereas lepiſtas. ſed *crateras* pro *pateras* ſcribendum.

*Leuir*) Gloſſar ἀνδράδελφος.

*Lictores* Scribendum *apparentes*, pro *parentes* Vide in *viatores*.

*Lucar*) Vide infra *Pecunia*. Plutarch. probl. Διὰ τί τὸ τελούμενον εἰς θέας, λοῦκαρ καλοῦσιν. ἢ ὅτι πολλὰ ἐστὶν ἄλση περὶ τὴν πόλιν ἀνειμένα θεοῖς, ἃ καλοῦσι λούκους, καὶ τὴν ἀπὸ τούτων πρόσοδον εἰς τὰς θέας ἀνήλισκον. Gloſſar Lucar, θεατρικὸν ἀργύριον

*Lucetius*) Gloſſar. λουκέτιος Ζεύς.

*Magiſtrare*) Poſt verbum *pagorum*, videtur addendum *curiarum*, ex Plauto. qui dicit in Aulularia. Noſtræ qui eſt magiſter curiæ.

*Mamilia*) L. m. *Suburæ* habet pro *Saburæ*. Hæc Pauli ſunt.

*Manalem*) L. m. *pertraherent*. quod rectius eſt quam *protraherent*.

*Manducus*) L m Manduci effigies in pompa antiquorũ inter ceteras ridiculas, formidoloſaſque res ire ſolebat

*Manius*) Verbum *initio*, videtur adiectum. Varro lib. viii. Forſitan ab eo, qui mane natus diceretur. vt is Manius eſſet, vt qui luci, Lucius.

*Maximi annales*) L. m. habet *confeciſſet* pro *conſecraſſet*.

*Meddix*) Liuius lib. xxvi. Mediaſtutius, qui ſummus magiſtratus apud Campanos eſt.

*Medius fidius* L. m. *filius*. i. *Hercules*

*Menbrum*] At in xii. eſt. Homini mortuo ne oſſa legito, quo poſt funus faciat.

*Mercurius*] *L.m.feſtinaban* pro *exiſtimabant*

*Millus*] in oratione Aemiliani ita legendum ex l.m. *Nobis inquit reiq. præſidio*. Ennius apud Nonium. Ea mi, reip.fidei regno &c. vide in dictione *Fortunatim*.

*Mugionia*] Varro lib.v.Mucionis à mugitu.Solin.c.II. Mugioniã ſupra ſummam Nouam viam. Vide Nonium.

*Municipalia*] Ex Feſto ſcribe *acceptam* pro *conditam*.

*Nonarum*] L.m. habet *nuptis* pro, *nuptiis*. vide Macrob. lib.I.c.15.

*Obrutui*] L.m.*Obbrutui*.& ita Nonius.

*Occentare*] Verba, *qui illum*, videntur mutanda in, *querellam vt* antiqui ſcribebant.

*Occiſus*] Ex feſto ſcribe, *à cædendo & ictu*,

*Oenigenas*] L.m.*Vnigenitos*.nam œ, pro u, antiqui vtebantur.

*Offudas*] Placidus in gloſſis. *Offucias*.

*Opiter*] Placidus in gloſſis. Opiter eſt, qui obito patre, & auo viuente natus eſt.

*Oſtia*] Scribe ex Feſto, *ad exitum Tiberis* pro, *ab exitu Tiberis*.

*Poſticum*] Liui. lib.I.Regiones ab oriente ad occaſum determinauit, dextreras ad meridiem partes, læuaſque ad ſiniſtram eſſe dixit. at Varro.lib. VI. Eius templi partes quatuo ſiniſtra ab oriẽte dextra ab occaſu.anticaad meridiem.poſtica ad ſeptentrionem. Plin. lib.II.cap.LIV.

*Præiurationes*] Liuius lib.II.Centurio erat M. Flauoleius. victor, inquit, M. Fabius reuertar ex acie: ſi fallat, Iouem patrẽ, Gradiuumq.Martem, alioſq. iratos inuocat deos. Idem deinceps omnis exercitus in ſe quiſque facit. Vide Polyb.lib.VI.

*Prænominibus*] Vide Agellium lib. VI.c.VII. Plutarch. probl.& ſupra in Præbia.

*Prymneſium*] Ita forte legendus hic locus. *Prymneſium.funis; nauticus, quo nauis ad palum religatur, quem alij tonſillam dicunt*.

*Profium*] Scribendum *porricitur* pro *proijcitur*. Nonius in Profices.

*Quando rex comitiauit, fas*] Puto totum hoc notis ſcribi debere, quibus in Faſtis. *Q.* R E X. *C. F.* & quod ſequitur. *Q.ST.D.F.*



*Querqueram*] Addenda vox, *febrem*. L. m. habet, Κάρχαχα.

*Quinque genera*] *Obſeruant*, puto mutandum in *obſeruabant*.

*Recipie*] L.m. *Recipiem*.

*Reciprocare*] Ex l.m.poſt verbum *poſcere* addendum, *vſi ſunt antiqui, quia procare eſt poſcere*.

*Reſperſum*] L.m. *Reſparſum*.

*Sacilices*] Scribendum *Siciles* ex Agell.l.x.c.xx.

*Tuſcus*] L.m.habet *obſeſſione* pro *obſidione*.& ita videtur fuiſſe apud Feſtum in fragmento.

*Troia*] L. m. habet *ludo*, pro *luſus*.

*Ver ſacrum*] Vide ſupra in *Mamertini*. & Nonium in Ver Sacrum.& Euſeb.lib. III. de præparatione Euangel.

*Volturnalia*] Videtur ſcribendum, *Volturnalib. Volturno deo ſuo ſacra faciebant*.

# NOTAE IN FRAGMENTVM.

M*atronis*] Vide Feſtum in *Pilentis*. & Liui. lib. v. *Apolloni* autem antiqua ſcribendi ratio e Græco fonte ducta, qualis in æreo numiſmate, A P O L-LONI SANCTO.

*Mille*] Agellius li.I. c XVJ. Quis inuentus eſt, qui L. Antonio mille nũmum ferret expenſum. in his, atq. multis aliis, mille numero ſingulari dictum eſt.

M*unicas*] Placidus in gloſſis. Municare, communicare: dictum a mœniis.i. operibus. puto autem mœnicare dixiſſe antiquos; qui œ, pro, u ponebant, vt œſus pro vſus, mœrus pro murus.

M*ancipatus*] Agellius li.V.c.XIX Filium adoptiuum tam procedere, quam ſi ſe natum habeat.

*Magiſtri*] Videndus Feſtus in *Vici*. Paulus in *Magiſterare*. & inſcriptio ludorum ſæcularium. MAG. XVIR. & MAG. XVVIR. Magiſtri autẽ

vel contra omnia Pauli exemplaria ſcribendum puto.

*Maledictores*] Cato in oratione cum proficiſceretur in Hiſpaniam citatur infra in *Nauitas*.

Magnificius] Agellius li.xiij c.xviij. citat Catonem de falſis pugnis contra Thermum: quæ forte oratio indicatur dimidiato verbo . . . *gna*. De Catonis autem nepote. quem *magnificentius* pro *magnificius* dixiſſe aït Feſtus, meminit li.xiij.c.xviij. cum inquit. M. Cato. M. F.M.N. vehemens orator fuit, multaſq. orationes ad exemplum aui ſcriptas reliquit.

*Minuitur*] Plinius li. xj c.xviij de apib. mortuo rege. Subtrahitur, inquit, deducta multitudine alias ſpectantes exanimen, luctum non minuunt. Arnobius lib. V Quid temperatus fabæ alimonio panis, cui rei nomen dediſtis caſtus: non ne illius temporis imitatio eſt, quo ſe numen à Cereris fruge violentia mœroris abſtinuit.

*Mundus*] Poſt verbum *Volcanalia*, addendum ex Pauli epitoma. *a .d. tertium Non. Oct.* Macrobius lib. I.c.xvj. Plutarch. in Romulo. Apuleius apolog. I. Quoniam vt res eſt, maius piaculum decernis ſpeculum philoſopho, quam profano Cereris mundum videre.

*Menſæ*] Varro li. v. rerum diuinarum apud Macrobiũ lib. iij. c. ij. dicit aras primum anſas dictas: quod eſſet neſſarium à ſacrificantibus eas teneri. inde Virgilius. Talib. orabat dictis, araſq. tenebat. hæc ad fragmentum . . . tenebat aram . . .

*Mutas litteras*] Feſtus in Solitaurilia. Quam conſuetudinem, inquit, Ennius mutauiſſe fertur, vtpote Græcus Græco more vſus, quod illi æque ſcribentes ac legentes duplicabant mutas & ſemiuocales.

*Manumitti*] Hanc manumiſſionis formulam, verbis quibus erat concepta, in editione Auguſtiniana omiſſis aliis, aliis luxatis male acceptam, ſuæ nos integritati, niſi fallimur, reſtituimus. Feſtus in *Puri*. Puri, inquit, probi, profani, ſui auri dicitur in manumiſſione ſacrorum cauſa. ex quibus Puri ſignificat, quod in vſu ſpurco non fuerit. Probi, quod recte excoctum, purgatumq. ſit. Profani, quod ſacrum non ſit, & quod omni religione ſolutum ſit. Sui, quod alienum non ſit. Legis Manliæ de vigeſima eorum, qui manumitterẽtur Liuius facit mentionẽ li. vij.



reliqua Paulus in epitoma ſuppeditauit.

*Migrare menſa*] Menſas deæ quæ in triuiis coleretur, ſiue Dianæ, ſiue Hecatæ poni ſolitas, quæ triuiales inde appellatæ ſint, Feſti reliquiæ indicant. Idem ait, curiales dici menſas, in quib. immolabatur Iunoni, quæ Curis eſt appellata. ſiue potius, vt ait in *Quirites*, quod in curiis ei Sabini ſacrificabant, curiales ſunt menſæ appellatæ.

*Mamertini*] Vide infra in *Ver ſacrum*. & Plin. lib.3.c.13.

*Muries*] Ex hoc loco Varro apud Nonium in *Salis*, emẽdandus. Muries fit ex ſale, quod ſal ſordidum pinſum, & in ollam rudem fictilem coniectum &c.

*Maximum Prætorem*] Liuius lib. vij. Lex vetuſta eſt, priſciſque litteris, verbiſque ſcripta, vt qui Prætor maximus ſit, Idib. Semptemb. clauum pangat. Vide ſupra in *Magorcos*. & Sueton. in Auguſto, de Salutis augurio.

*Modo*] *A modo quodam id eſt, ratione dicuntur omnia iſta, commoditas, &c.* ita puto fuiſſe ſcriptum in exemplari.

N*enia*] Gloſſarium. Nænia ἐπιτάφιος ᾠδή. Quæ in fine Græca verba νεάτοι & νήτη addita ſunt, ea in exemplari ita plane leguntur. notum autem νήτη quid ſit.

*Nædiæ deæ*] videndus Auguſtinus de ciuitate dei li.6.c.9.

*Nauali*] Attilius Fortunatianus de Saturnio metro. Apud noſtros autem in tabulis antiquis, quas triumphaturi duces in Capitolio figebant, victoriæque ſuæ titulũ ſaturniis verſib. proſequebantur, talia reperi exempla. ex Regilli tabula. Duello magno dirimendo, regib. ſubigendis, &c.

N*eunquam*] Placidus in gloſſis. Neunquam, & non ſignificat, & non ita, & non adeo.

*Nefrendes*] Terent. Scaurus de orthographia. Ne pro pro non, antiqui poſuere, vt nefrendes porcos, qui ſunt ſine dentib. i. qui fabam frendere non poſſunt. Placidus in gloſſis. Nefrendem infantem nondum dentatum, qui frendere cibum non queat. i. frangere.

*Nec*] *Nec eſcit*, ſcribendum pro *nec eſit*, nam *eſcit* pro *erit*, antiqui dicebant, & ſupereſcit, pro *ſupererit*.

*Neutiquam*] Hic idem verſus citatur à Cicerone ſine poetæ tamen nomine in Academicis. Ciceronis autem locus qui adducitur à Feſto, extat. in lib. de vniuerſitate.

*Nepos*) Placidus in gloſſis. Nepos luxurioſus.

*Nefaſti*] Nefaſti in vetere Kalendario N, littera indicantur, vt FER. VOLK. N. XV. KAL. IVN. Nefaſti autem priores hac nota ſignificantur. N.P.

*Neſi*] Lex dedicationis aræ Dianæ Auentinenſis, de qua hic Feſtus, extat in ſchedis veterum inſcriptionum, in quibus eſt. CETERVM. LEGES. HVIC. ARAEE AEDEM. SVNTO. QVAE. ARAE. DIANAE SVNTIN. AVENTINO. MONTE. DICTAE.

*Nautea*] Antiſtius Labeo in Commentario iuris Pontificij citatur infra in *Spurcum*.

*Naualis*] Quid ſi, *remi eminent* ſcribamus, pro *remi emicant*? certe ad veterem ſcripturam propius accedemus, quæ eſt, *rem geminant*.

*Næuia*] Quod poſt *Næuiam* ſequitur fragmentum . . . *tur cælum ca* . . . . quo pertineat, ignoro. Varro li. I. de ling. lat. ait cauum a chao, vnde omnia orta, & a cauo cælum dictum.

*Numero*] Turpilius in Demetrio apud Nonium. Nũquam nimis numero quemquam vidit facere, quam facto opus eſt.

*Nuptias*] Videtur legendum, *legem quoq. funeſtam*, pro corrupto verbo, *par enſtam*. Liuius l. I. caput obnubito. Vide in Parici Quæſtores.

*Nucupata*] ita in exemplari, pro *Nuncupata*, antiqua ſcribendi conſuetudine: cui contraria, *formonſus*, & *genſonſus*, reliqua ita legenda, vt in ora paginæ notauimus. *nominata certa* &c. *cum nexum faciet, mancipiumq. vti lingua nuncupaſit, ita ius eſto, id eſt, vti nominarit*

*Nundinas*] Lege deinde Hortenſia factum eſt, vt is dies factus eſſet. Macrobius li. I. c XVI.

*Nummum*] Iulius Pollux. li. IX. ὁ δὲ νοῦμμος δοκεῖ μὲν εἶ) καὶ ῥωμαίων τοὔνομα τοῦ νομίσματος. ἔστι δὲ ἑλληνικὸν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ, σικελιῶν δέλων.

*Numella*] Placidus in gloſſis. Numellatus, numella ligatus, i. vinculo, quo quadrupedes alligantur.

*Nouerca*] Cum in fragmento ſit, *veterannia*, non vt alij deſcripſerunt, *ceterannia*, ex ea ſcriptura fecimus, veteres Annia. cui autem nupſerit hæc Annia, quærendum.

*Nauibus*] Varo li. IV. de ling. lat. Auentinum alij ab rege



puto ab aduectu; nam olim paludib. mons erat ab reliquis diſcluſus. itaq. eo ex vrbe aduehebantur ratibus.

*Nouæ curiæ*] Vlpianus Dig. L. I. tit. VIII. Sacrarium etiam in ædificio priuato eſſe poteſt. & ſolent qui liberare eum locum religione volunt, ſacra inde euocare.

*Nixi di*] Poſt verbum *manſæ*, in exemplari additum eſt. *tripedi*, ſed alia manu. quod puto adiectum eſſe σχολιαστικῶς.

*Nungulus*] Verſius Ennij poteſt ita etiam legi. Atque vt te, &c.

*Niger lapis*] Opinor hic à Feſto indicari Quinctilium eum, à quo luperci Quinctiliani dicti ſunt. Vide in *Quinctiliani*.

*Nuces mitti*] Mos hic ſpargendarum nucum habetur in veteri inſcriptione, reperta prope Ferentinum via Latina. in ea ſic eſt. A QVINCTILIO A. F. PAL. PRISCO. & poſt. HIC. EX. S. C. FVNDOS. CRPONIAN. ET ROIANVM. ET MAMIAN. ET. PRATVM. EX. OSCO. AB. R. P. REDEM. EX QVOR. REDITV. QVOD. ANNIS. VI. ID. MAI. DIE. NATAL. SVO. PERPET. DARETVR. PRAESENTIB. MVNICIP. ET INCOLIS. ET MVLIERIB. NVPTIS. CRVSTVL. P. I. MVLSI. HEMIN. & poſt NVCVM. SPARSION. MOD. XXX.

*Nonarum*] Vide locum Verrij apud Agell. lib. V. c. XVII. in quo legendum, *rempublicam male geſtam eſſe*.

O*Culiſſimum*] In editione Auguſtiniana locus hic mẽdoſus adeo, luxatúſq. habetur, vt Feſti ſententia vix in eo appareat. *Argum oculatum* Plautus dixit, Græcos imitatus, qui πανόπτην illum appellant.

*October equus*] Videndus Plutarchus in Probl. & Aſconius pro Milone. In Sacra, inquit, via eſt regia, &c.

*Occupaticius ager*] De agris occupaticiis, vide ſcriptores de limitib. agrorum.

*Orygia*] Cum in exemplari aduerbium, *nunc*, à librario duab. litteris ſuperimpoſita linea *ſic* ſcriptum fuiſſet, error inde fluxit, vt pro *nunc*, in libro Auguſtiniano, *non*, editum ſit; atque vnius litteræ lapſu tota ſententia immutata ſit.

*Orbium cliuus* ] Liuius lib.1. habet *Vrbicus*, & ita etiam Solinus cap.1. in editionib. vulgatis. manuſcripti, *Vrbium*; præter vnum apud me vetuſtiſſimum, in quo eſt *Orbium*. quæ quidem ſcriptura vera eſt. nam vt Feſtus infra in Orcus inquit, antiqui, v, litteræ ſonum, per, o, efferebant, vt contra, o, per u. Teſtimonio ſunt ea, quæ in hoc fragmento habentur: *Putitius*, pro *Potitius*: *ſummus*, pro *ſomnus*: *rutundus*, pro *rotundus* & in columna roſtrata Duilij *maciſtratos*, pro *magiſtratus*: *nauebos*, pro *nauibus*. Varro lib. v. de lin. Lat. omnes Quirites, equites, peditéſq magiſtratos priuatóſq. &c. ita enim legenda ſunt verba Varronis, non vt vulgo leguntur. Omnes Quirites, pedites armatos; priuatóſq. &c. *magiſtratos* enim librarius mutauit in *armatos*, omiſſa voce, *equites*, quam habet Liuius lib.1. in quo ita ſcribit. Edixit, vt omnes ciues Romani, equites, peditéſq. &c. Ad has autem intermortuas antiquitatis reliquias in lucem reuocandas, præter ea, quæ ſupra indicauimus Liuij, & Solini loca, vnde de Vrbio cliuo, vel Orbio, vt antiquiores dicebant, accepimus; adiumento nobis fuerunt, quæ in *Sceleratus vicus*, infra habentur. Sceleratus vicus, Feſtus inquit, Romæ appellabatur, quòd cum Tarquinius Superbus interficiendum curaſſet Seruium Tullium regem ſocerum ſuum, corpus eius iacens filia carpento ſuperuecta ſit, properans in poſſeſſionem domus paternæ. Liuij verba ſunt hæc. Tullia cum ſe domum reciperet, perueniſſétque ad ſummum Cyprium vicum, vbi Dianium nuper fuit, flectente carpentum dextra in cliuum Vrbium, vt in collem Exquiliarum veheretur. Solini autem hæc Seruius Tullius, Exquiliis ſupra cliuum Vrbium.

*Oratores* ] Multa hic reſtituimus exemplari diligentius inſpecto, quæ deſiderantur in editione Auguſtiniana. præterea, corruptam vocem *propte*, mutauimus in *propterea*, & *decretorib*. in *deprecatorib*.

*Oræ* ] Pro, *quam expediam*, in ora paginæ, emendauimus, *qua me expediam*, & veram eam emẽdationẽ exiſtimamus.

*Ordinarium* ] Poſt verbum *ſcurram* quæ ſequuntur, in ſchedis habentur, item principium ſequentis fragmenti, *eſt*, *cum ait*. quod eſt verbi *Keremere*.



P*Erſicus* ] Plauti verſus in exemplari habet *perſibus*, pro, *perſicus*. & ita Varro lib. vI. de ling. Lat. Perſibus, inquit, à perite. gloſſemata ſubſcribunt, callide. vide in *Sibus*.

*Perpetrat* ] Verſus Pacuuij legendi, vt in margine. *Neq. perpetrare precibus, nec precio quit.* & *in Nuptiis. Spartam repedare inſtat; id ſi perpetrat.*

*Puteum* ] Huius loci reſtitutionem debemus M. Varroni. qui. lib. iv. de ling. Lat. ſic ſcribit. Extra oppida à puteis puticulæ, quod ibi in puteis obruebantur homines. niſi potius, vt Aelius ſcribit, puticulæ, quod ibi puteſcerent cadauera proiecta: qui locus publicus vltra Exquilias.

*Putitium* ] Antiqua ſcribendi conſuetudo, pro *Potitium*, vt *ſummus* pro *ſomnus*; cui contraria, *Orbius*, pro *Vrbius*. vide ſupra in *Orbius cliuus*. & infra in *Orcus*.

*Pegaſum* ] Vide infra in *Pegaſides*. ibi enim habes, Pegaſum vngulæ ictu Hippocrenem fontem aperuiſſe. quod à Græcis poetis tractum eſt.

*Porca præcidanea* ] Verum eſt quod Feſtus ait, hoc genus hoſtiæ *præcidarium* appellatum eſſe. nam & Marius Victorinus *præcidariam* legit, & à præſentanea differre dicit, de qua forte agitur in fragmento *praeſen* . . . nam, inquit, præſentanea porca, quæ præſente mortuo, quem condituri erant, immolabatur.

*Placenta* ] Placenta, ſiue libum, ex farre, oleo, & melle fiebat. Seruius in vII. Aen. Liba ſunt placentæ de farre, & melle, & oleo ſacris aptæ.

*Porriciam* ] Varro lib. lib. v. de ling. Lat. Profanatum, inquit, quod in ſacrario polluctum. itaq. olim in fano conſumebatur omne, quod profanatum erat. Hæc ad verbum *profanata*, quod fecimus ex duob. *profana ea*. reliqua in editione Auguſtiniana cum ſint ſuo loco mota, nos ad fidem exemplaris repoſuimus, & mutila multa reſtituimus.

*Porcae* ] *Prohibeant* videtur legendum ex epitoma Pauli, pro, *prohibent*, & *liræ*, pro *limi*.

*Poſtliminium* ] Verbum *opinione* mihi ſuſpectum eſt, & pro eo, *dicione* ſcribi debere opinor, in fragmento Sex-

uiliæ legis ſic eſt. QVIVE. IN. ARBITRATV. DITIONE. POTESTATE. AMICITIA, &c.

*Propteruiam* ] Plautus in Rudente. Vt mea eſt opinio, propteruiam illi vocati ſunt ad prandium. qui? quia poſt cænam credo lauerunt.

*Punicum* ] Horatius epodon ode. IX. Punico lugubre mutauit ſagum. eſt enim apud Horatium veſtis nomen.

*Profuſus* ] Vide in *Occiſitantur*.

*Plebei Aediles* ] Dionyſius lib. VI. Aediles plebeios, vt Tribunorum plebis eſſent miniſtri, vt ſacris ædib. præeſſent, dicit creatos fuiſſe. Digeſt. l. I. tit. II. Itemq. vt eſſent, qui ædib. præeſſent, in quib. omnia ſcita plebs deferebat, duos è plebe conſtituerunt, qui Aediles appellati ſunt.

*Plorare* ] *Eſtod* in lege Numæ habet exemplar: & ita antiquos ſcripſiſſe tradit Quinctilianus adducto teſtimonio ex baſi columnæ roſtratæ Duilij, in qua eſt. ALTOD. MARID, &, PVGNANDOD. totus autem hic locus ita legendus. *In regis Romuli, & Tatij legib. Sei parentem puer verberit, aſt ole ploraſit, puer diuis parentum ſacer eſtod.* reliqua videntur adiecta.

*Penem* ] Gloſſar. cæna pura προσάββατον, παρασκευή. Auguſtin. in Ioan. Acceleratam, inquit, vult intelligi ſepulturam, ne adueſperaſceret, quando iam propter paraſceuen, quam cænã puram Iudæi latine vſitatius apud nos vocant, facere tale aliquid non licebat.

*Poſſeſſio* ]. Petronius Arbiter. Vt ſi nollet alienam rem domino reddere, ad interdictum veniret. I. ad ius, ad Prætorem.

*Papiria* ] Papiria tribus in agro Tuſculano. Liui lib. IX. Neminem ex tribu Pollia candidatum Papiriam ferre ſolitum, quod Tuſculani à tribu Polia, vna condemnati eſſent.

*Parare* ] *Paare munus*, quid ſit, notum ex Liuio, & alijs. Salluſtius in Iugurth. Poſt Auli fœdus, & exercitus noſtri fœdam fugam, Metellus & Silanus cos. des. prouincias inter ſe parauerunt. Cicero lib. I. ad Atticum. Se paraturum cum collega. licet Seruius in lib. I. Aen. parituram legat. Liuius. Decreuerunt patres, vt Conſules inter ſe cõpararent, ſortirentur ve prouincias. Item. Decreuerunt



patres, vt prouincias Macedoniam, atq. Italiam Conſules cõpararent inter ſe, ſortirentur ve. Prouincias autem inter ſe parabant, ſiue ſortiebantur non modo Conſules, ſed etiam Prætores. Liuius. Idib, Martiis, quo die Conſules magiſtratum inierunt, Italia ambob. prouincia decreta, Prætores ſortiti prouincias ſunt. Item Conſules, Prætoréſque cum Idib. Martiis magiſtratus iniſſent, prouincias ſortiti ſunt *acere*, pro *agere* in exemplari ſcriptum eſt, antiqua illa conſuetudine, qua c. pro, g, ponebant. Vide in Orcus.

*Peregrinus* ] Digeſt. I. tit. II. Cum Conſules auocarentur bellis finitimis, neque eſſet in ciuitate, qui ius reddere poſſet: factum eſt, vt Prætor quoque crearetur, qui Vrbanus appellatus eſt, quòd in vrbe ius dicebat. poſt aliquot deinde annos, non ſufficiente eo Prætore, quod multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret, creatus alius Prætor, qui peregrinus appellatus eſt, quod plerumque inter peregrinos ius reddebat. Ex his verbis locum Feſti reſarcimus, qui in editione Auguſtiniana cum verbo *Parare*, male coniunctus eſt.

*Polimenta* ] Arnobius lib. VII. Polimina ſunt ea, quæ nos proles verecundius dicimus teſtes. Plautus Menæch. Polimenta porcina.

*Primanus* ] Ita plane eſt in exemplari. reliqua fortaſſe vel Paulus addit, vel alius, qui locum exemplo, & explicatione illuſtrare voluit.

*Penatores* ] Horatius. Portes frumenta, penúſque. Infra legendum eſt. *Non ex militib. atq. nautis piſcatores, & penatores feci, ſeu cibum dedi*.

*Potitium*. In exemplari eſt, *decimam bouum*, antiqua ſcriptura, vt *foro Bouario*, infra. Tertullian. in apolog. cap. XIX. Cum de decima Herculis nec tertiam partem in aram eius imponitis. Varro lib. V. de ling. Lat. Hinc profanum, quod in ſacrario polluctum, atq. ideo Herculi decuma data ab eo eſt, quod ſacrificio quodam fanatur. id eſt vt fani lege ſit, dicitur. Plutarch. probl. In fine, *ex familiae*, ſcribendum.

*Praetexta* ] Vide Verrium apud Macr. lib. j. c. vij. Atq. ita peſte ſedata puerum qui antiquitatẽ ſortis abſoluerat, togæ prætextæ vſum munus impetrauiſſe. ſcio hic agi de

prætexta pulla, ſed apud Verrium *ambiguitatatem*, pro *antiquitatem* legendum eſſe, volui admonuiſſe.

*Porcas*] Varro.lib.j.de re ruſtica cap.xxix. Quod eſt inter duos ſulcos elata terra, dicitur porca, quod ea ſeges frumentum porricit. Sic quoque exta deis cum dabant porricere dicebant.

*Poſſeſsiones*] Ant. Auguſtinus pro *collidebat* corrupto verbo, repoſuit *colebat*. placeret, *poſsidebat*. Iſidorus li.xv.cap.xiii.

*Poteſtur*] In exemplari plane eſt, *in ea qua vocis cum*, vt fortaſſe emendandum ſit, *in ea quae eſt, cum*. Nam verbum *eſt*, alia manu videtur adiectum.

*Punici*] At in columna roſtrata Duilij inciſum eſt, CLASEIS POENICAS. & in fragmentis legum, BELLVM POENICIVM

*Pelliculationem*] Velius Longus in libro de Orthographia. Nec aliter apud Lucilium legitur in præpoſitione perliciendo, quod eſt, inducendo, geminata l, pellicere malunt, quam perlicere. & apud Vergilium non aliter legimus, Pellacis Vlyſſis. Quæ ſequuntur alio pertinent. deſiderantur autem verba Catonis, in quibus vſus erat r, loco s, vt *Valerios vel Furios* dixerunt iuniores, quos antiqui, *Valeſios & Fuſios*. Vide ſupra in *Arboſem*.

*Paſcales*] In exemplari erat prius *Tarentino*. deinde in litura ſcriptum fuit *Terentino* nec dubium quin Feſti verba ad Tarentinum pecus pertineant, quod paſcali opponitur, & tectum etiam vocatur. Columella lib. vij. cap.iv. vide in *Solox lana*.

*Pronubae*] Tertullianus in exhortatione ad caſtitatem, Monogamia apud Ethnicos in ſummo honore eſt, vt & virginib. legitime nubentib. vniuira pronuba adhibeatur, & ſic auſpicij initium ſit.

*Pullus*] Placidus in gloſſis. Pullum, puerum in amorib. vnde Q. Fabius Eburnus, quod natib. fulguratus erat, pullus Iouis dictus eſt. Sic enim legi debet, pro figuratus. Arnobius lib.iv. Catamitus rapitur deliciarum futurus & poculorum cuſtos, & vt Iouis dicatur pullus in partibus Fabius aduritur mollib. obſignatúq. poſticis.

*Puls*] Vide infra in *Tripudium*.

*Pullarium*] Liui lib. ix. Auſpicia ſeruanda eſſe pullarius nunciat. & lib.x. Pullarium in auſpicium mittit &c.



Nam cum pulli non paſcerentur, pullarius mentiri auſus, &c Valer. Max.lib.i.c.iv. Et pullarius non exire pullos cauea nuntiaſſet. pro verbo, auſpicando, quod ſuppleuimus, placeret magis, auſpicandi gratia.

*Publici augures*] Vide in *Publicus ager*, & in, *Quinque genera ſignorum*. videndus Cicero lib. ii. de legib. & vetus inſcriptio, in qua eſt. EGNATIVS FAVENTINVS. V. D. AVGVR. PVB P.R. Q. PATER. ET. HIEROCERYX. D.S.I.M. ARCHIBVLOCVS. DEI LIBERI, HIEROPHANTA. HECATAE. SACERDOS. ISIDIS. Seruius in lib.i.Æn. Templum dicitur locus manu deſignatus in aere, poſtquem factum illico captatur augurium. Idem in li.vi. Aen. Ager poſt pomoerium, vbi captabantur auguria, dicebatur effatus. Varro. Hinc effari templa dicuntur ab augurib. Idem in Eclog. ix. Augures deſignant ſpatia lituo, & eis dant nomina ut prima pars dicitur antica, poſterior poſtica. item a dextra, & ſiniſtra. Ex his Seruij locis, & iis, quæ ſupra citauimus, de Publicis Augurib. Feſti fragmentum reſarciuimus.

*Picus rex*) Vide Paulum in Picus. Lactantius lib. j. Faunus inquit, in Latio, qui & Saturno auo nefaria ſacra cōſtituit & Picum patrem inter deos honorauit, & ſororem ſuam Faunam, eandemq. coniugem ſacrauit: quam C. Baſſus Fatuam nominatam tradit, quod mulieribus fata canere conſueuiſſet, vt Faunus viris. Reliqua nō indigent interpretatione.

*Polubrum*) Fabius Pictor li.xvi. apud Noniū. Aquam manib⁹, pedibuſq. dato, polubrū ſiniſtra manu teneto, dextra vaſū cū aqua. Ex his verbis locum Feſti reſtituimus.

*Publica pondera*) *Oetier*, an *oitier* in exemplari ſcriptum ſit, difficile eſt affirmare, propterea quod litteræ fugientes ſunt. Sed vtroq. modo ſcripſiſſe antiquos, teſtimonio nobis ſunt vetuſta monumenta, quib. COERATOR, pro CVRATOR & *oeſus* pro *vſus*, reperitur *oiſum* etiam non *oeſum* & *Oinonem*, non *Oenonem* antiquos dixiſſe, teſtis eſt Martianus, & vetuſtiſſima tabella apud me, in qua OITILE, pro *vtile*, inciſum eſt. Quod autem in ora paginæ. *parte familias*, pro *patri familias* emendauimus, fecimus adducti loco ſimili ex oratione Catonis pro Rhodienſib. in qua ita ſcriptum eſt, apud Agelliū

lib.vii.c.iij.Siquis illud facere voluerit,dimidium familiæ multa eſto. nam verbo, *mille nummis*, ſunt adiecta. Infra etiam in *Sacratæ leges*, ſic habetur. Sacer alicui deorum ſit cum familia.ita enim legendum pro, *ſicut*.Error autem vt *patri* pro *parte* ſcriptum fuerit, inde fluxit, quod antiqui *parte* dicebant pro *parti*,unde facta litterarũ tranſpoſitio,& *patri* ſcriptum fuit. DE MAIORE. PARTI. CONSILI, eſt in fragmentis legum apud me.

*Pecum*] Locus Catonis ex oratione pro Rhodienſibus extat apud Agellium li.VII.c.III.Siquis maiorem pecuum numerum habere voluerit,tantum damnas eſto. Sic enim legitur in vetuſtiſſimo libro, pro eo, quod eſt in vulgatis, *pecudum*, & *damni*.

*Procum patricium*] opinor vocem, *patricium*, adiectam eſſe. Ad illa autem verba, *in iudice collocando*, faciunt quæ S. Gregorius ſcribit Poſſumus, inquit & rei inexpertæ arbitrium collocare. eſt autem inter arbitros, aut iudices prodire.

*Prærogatiuæ*] Auſonius in Gratiarum actione. Valete claſſes populi, & vrbanarum tribuum prærogatiuæ, & centuriæ iure vocatæ.

*Præclamitatores*] In exemplari plane eſt, *vt homines ab opere ſe abſtineant*.

*Procincta*] Vide ſupra in *Endoprocinctu*:ex eo enim loco hunc reſarciuimus.

*Proſimurium*] De Auentino monte, primum extra pomoerium, deinde a D. Claudio intra pomoerium recepto vide Tacitum lib.ii.de Seruio rege, & alijs qui pomoeriũ auxerunt,videndus Liuius lib.i.& Aurelianus in Vopiſco. Varro lib.vi de lingua lat.Quod erat poſt murum pomoerium dictum, eiuſque ambitu auſpicia vrbana finiuntur.

*Penus*] In ora paginæ emendauimus, *tegetibus ſeptus*. & ita legendum, Ouidij verſu lectionem confirmante in lib iv.Faſtorũ.Et paries lento vimine textus erat.de æde veſtæ

*Primenſtruo*] Suidas Μητριαχαί, inquit, ἡμέραι τινὲς ἱεραί. τὰς δὲ μητρωακὰς ταύτας Ῥωμαίοις, ἡ καὶ πρότερον αὐτῶν φρυξὶ σπουδασθείσας χαλιὰς ἑκάστου μηνὸς ἦγευα.

*Pollucere merces*] Caſſius Hemina apud Plinium lib. xxxi.c.ii.Numa conſtituit, vt piſces, qui ſcamoſi non eſſent, ni pollucerent patrimonia, commentus vt conuiuia



publica & priuata,cænæq.ad puluinaria facilius compararentur, niqui ad polluctum emerent, pretio minus parcerentur, eaq.præmercarentur. Varro li. v. de ling. lat. Cum enim ex mercibus libamenta porrecta ſunt Herculi in ara, tum polluctum eſt.Tertullian. in apolog.c.xxxix.

*Pecunia*] Vide in *Lucaris*. in ſenatuſconſulto apud me de ludis ſæcularibus in tabella marmorea ita inciſum eſt. COS. V. F. DE. LVCARI. LVDORVM. SAECVLARIVM.

QVirites] In exemplari ita plane eſt, . . . .
*. eſt præco,qui in funeris* . . . .vt videatur ſine dubio legendum, *indictio eſt præco, qui in funeribus indictiuis* &c.Supra in *Indictiuum*.Funus indictiuum, ad quod per præconem euocabantur.Varro lib.vi.de ling. lat. In funeribus indictiuis quando dicitur, ollus letho datus eſt. in quibus verbis deeſſe vocem *Quiris*, ex Feſti fragmento apparet manifeſto : itaque legendum apud Varronem, *Ollus Quiris letho datus eſt*. vide infra in *Simpludiarea*.

*Quintipor*] Plinius lib xxxiii. c.i. Aliter apud antiquos ſinguli Marcipores, Lucipedes dominorum gentiles.

*Quando Rex*] *Edicuntur*, pro *dicuntur* videtur ſcribendum, vt in margine notauimus. nã Varro li.v. de ling lat. ſic habet. Rex cum ferias menſtruas nonis Februarijs edicit. tunc diem februatum appellat. & paulo poſt. Harum rerum veſtigia apparent in ſacris Nonalibus in arce, quod tunc ferias primas menſtruas,quæ futuræ ſint eo menſe.Rex edicit populo. puto autem Q. R. C. F. *id eſt quando Rex comitiaſit Fas*, à Feſto ſcriptum fuiſſe. quia ſic in Faſtis hic dies notatur.

*Quãdo ſtercus*] Hic quoq. opinor. deſiderari quatuor illas notas,quæ in Faſtis habentur Q. ST. D. F. & Feſtum ita ſcripſiſſe. Q. ST. D. F *id eſt*, *Quando ſtercus delatum fas cliuum* autem pro aluum repoſuimus ex Varronis li.v.de ling. lat, vide in Stercus.

*Quot ſerui*] Ad vocem quæ in fragmento eſt . . . *beneficæ*. . . . . faciunt quæ ſcribit Macrob.lib.j. Saturn.

RVfuli] videndus Aſconius in verrina. ij. *Romani*] *Artificum* eſt in exẽplari, pro eo quod alij ediderunt, *artificium*, notum.autem eſt,qui τεχνῖται dicãtur a Græcis.

Parilib. feſtis Romanos equorum curſu luſitaſſe tradit Dio li. xliij, videndum etiam an vox, parib. accipienda ſit vt apud Vergilium lib. v. Prima pares ineunt &c.

R*ubidus panis*) Iſidorus li. xx. c. II. Rubidus panis recoctus, & rubefactus. & certe rubidus color pani parum cocto non conuenit. itaq. videndum. an *percoctus* legi debeat, licet in exemplari ſit *parum coctus*.

R*omanam*] Varro lib. iv. de lin. lat. Romanula porta dicta eſt ab Roma, quæ habet gradus in Naualia ad Volupiæ ſacellum. I*n inſimo* autem ſcriptum eſt pro eo, quod in manuſcriptis erat *inſimo*, hoc eſt, in imo, quæ ſcriptura ſæpius inuenitur in veteribus monumentis.

*Rutilus*] Varro li. iv. Aurei. n. rutili, & inde etiam mulieres valde rufæ, rutiliæ dicuntur. Ex hoc Varronis loco poſſunt Feſti verba emendari.

*Romam*] videndus Plutarchus in Romulo, in cuius vita citat Dioclem Peparethium, & totam hanc de Romæ vocabulo. Romuliq. incunabulis hiſtoriam. ex iiſdem prope ſcriptorib. quib. Feſtus vſus eſt. narrat.

*Romam antea Romulam*] Solinus cap. I. Traditur etiam proprium Romæ nomen. veruntamen vetitum publicari quandoquidem quominus enunciaretur, cæremoniarum arcana ſanxerunt, vt hoc pacto notitiam eius aboleret fides placitæ taciturnitatis. Valeriū deniq. Soranum, quod contra interdictum eloqui id auſus foret, ob meritum profanæ vocis neci datum.

*Romanam portam*] Varro li. iv. de lin. lat. Romula porta dicta eſt ab Roma &c.

*Rumitant*] Næuij verſus in epitoma relatus a Paulo habet, *interſe*, vt fortaſſe apud Feſtum legendum ſit, *inter ſeſe*.

*Ruminalem*] videndus Varro li. II. de re ruſtica cap. vltimo. & Nonius in Ruma, qui affert exemplum Varronis, ex Catone De liberis educandis. Propter rumam I. priſco vocabulo mammam, a quo ſubrumi etiā nunc dicuntur agni.

R*umentum*] In exemplari eſt . . . *erim vis canerit*, non vt habet editio Auguſtiniana . . . *ermen vis canerit*. vnde nos ſuppleuimus. *ſi interim auis canerit*. Hic ſane lapſus locum antiquitatis ſubobſcurum, reddidit obſcuriorem. rg

Reda *uiſſe*] videtur ſcribendum, R*edarguiſſe*.



R*adere*] Seruius in XII. Aen. Tamen, inquit, ſciendum, cautum lege XII. tabularum. ne mulieres carperent faciem his verbis. Mulier faciem ne carpito. Sed puto Seruij verba non carere mendo.

R*atumena*] vide Plinium lib. VIII. cap. XLII. & lib. XVIII. cap. II.

R*econducta*] Amicus meus homo doctiſſimus legebat Reconducie.

R*efriua*] vox *teuirtico* mendoſa eſt, pro qua alij repoſuerunt, *e tritico* forte ſcribendum, *reuertantur*.

R*emora*] Lucilij verſum accepimus ex epitoma. Plautinum, cuius vix apparebant veſtigia in fragmento, reſtituimus ex Trinummo.

R*emurinus*] Videndus Dionyſius lib. I. & Plutarchus in Romulo.

R*egifugium*] Iulius de feriis citatur a Macrobio in Saturnalib. vide in Salias virgines, ex eo enim loco partem fragmenti ſuppleuimus, reliqua ex Varronis libro. x. de lingua lat. in quo eſt. Dies. qui notatur ſic Q. REX. C. F. ſic dictus ab eo, quod eo die Rex ſacrificulus itat ad Comitium, ad quod tempus eſt nefas, ab eo fas itaq. poſt id tempus lege actum ſæpe &c. Sic enim legendus Varro non vt amicus meus, quod eo die Rex ſacrificat ad Comitium. nam Plutarchus ſic habet in probl. ἔστι γοῦν πρὸς ἀγορᾷ θυσία πρὸς τῷ λεγομένῳ Κομιτίῳ πάτριος ἣν θύσας ὁ βασιλεὺς κατὰ τάχος ἄπεισι φεύγων ἐξ ἀγορᾶς. Ouid. in Faſtis. Quatuor inde notis locus eſt, quib. ordine lectis, vel mos ſacrorum, vel fuga Regis ineſt. fuga Regis e Comitio, id eſt, ἐκ τῆς ἀγορᾶς. vt ait Plutarchus, quia comitium erat in Foro. ex Feſti autem fragmento . . . *tat*, ſatis patet apud Varronem *itat* legendum eſſe pro, *dicat*.

*Regleſcit*] In epitoma manuſcripta eſt, *Regleſcit*, & id quod infra de glirib dicitur, indicat ſcribēdū eſſe *Regleſcit*.

*Relegati*] Cum in exemplari ſit, *Senatuſq. conſulto*, pro *Senatus*, placet vt pro *magiſtratus*, legatur *magiſtratuus*.

R*eligioſus*] Liui. lib. VI. Allienſem diem XV. Kal. Sept. eſſe ait.

*Repaſtinari*] *obſtinui* videtur legendum pro *abſtinui* ut in margine notauimus. vide ſupra in *Obſtinato*.

*Reſes*] Placidus in gloſſis. Reſiduus quaſi tardus vnde in Accij verſu magis placet, vt *reſiduos* legamus, ita enim eſt in exemplari. *Summo* autem eſt antiqua ſcriptura, vt *frons*, pro *frons*. Item *Pacuius*, pro *Pacuuius*, vt *fluius* pro *fluuius*.

R*emanant*] Legendum, *Reuitant*. Plautus Captiuis. Si huc reuitet. Ennij verſus ita emendandus. *Deſerunt cliuos*, campoſq. reuitant.

R*eligionis*] Opinor hic à Feſto referri Varronis verba ex libro rerum humanarum, vel de vita populi Romani, in quo de Cenſoria maieſtate agebat. Cenſores autem in iis nominantur continuatis quinquenniis ab anno DLXXIV. ad annum DCXXII, nam prima cenſura refertur M. Aemili Lepidi, & M. Fului Nobilioris, qui luſtrũ fecerunt L. anno DLXXIV. Secunda Q. Fului Flacci, & A. Poſtumi Albini, qui L. F. LI. A. DLXXIX. Tertia C. Claudi Pulchri, & Ti. Semproni Gracchi, qui L. F. LII. A. DXXCIV. Quarta L. Aemili Paulli & Q. Marci Philippi, qui L. F. LIII. A. DXXCIX. Quinta P. Corneli Scipionis Naſicæ, & M. Popilli Lænatis, qui L. F. LIV. A. DXCIV. Sexta M. Valeri Meſſalæ, & C. Caſſi Longini, qui L. F. LV. A. DXCIX. Septima L. Corneli Lentuli Lupi, & C. Marci Cenſorini, qui L. F. LVI. A. DCVI. Octaua P. Corneli Scipionis Africani Aemiliani, & L. Mũmi Achaici, qui L. F. LVII. A DCXL. Nona Q. Fului Nobilioris, & T. Anni Luſci. qui L. F. LXIIX. A. BCXVII. Decima Q. Cæcili Metelli Macedonici, & Q. Pompei, qui L. F. LIX. A. DCXXII. De M. Aemili, & M, Fului cenſura Valerius Maximus lib. IV. c. ij. ſic ſcribit. M. Aemilius Lepidus bis conſul diutinas, ac vehementes inimicitias cum M. Fuluio Nobiliore geſſit: quas, vt ſimul cenſores renuntiati ſunt in campo, depoſuit: exiſtimans non oportere eos priuato odio diſſidere, qui publice ſumma vincti eſſent poteſtate. id iudicium animi eius, & præſens ætas comprobauit, & nobis veteres Annalium ſcriptores laudandum tradiderunt. De Q. Flacco, & A. Albino cenſ. Liui. lib. XLIII. ſic Cenſor Fuluius ex Iunonis Laciniæ templo mormoreas tegulas cum abſtuliſſet, quibus ædem Fortunæ Equeſtris, quam Romæ fecerat, tegeret, & mente captus eſt, & amiſſis



duobus filiis in Illurico militantibus ſummo animi mœrore conſumptus eſt. De Ti. Graccho & C. Claudio ita ſcribit Val. Maximus lib. vj. c. v. Diem his P. Rutilius Trib. pl. perduellionis ad populum dixit. poſt. quo in iudicio primæ claſſis permultæ centuriæ aperte Claudium damnabant. Cicero lib. vj. de Rep. Claudij inuidiam Gracchi caritas deprecabatur. Videndus Agellius lib. vj. De L. Paulo & Q. Philippo. Liuius in epitoma lib. xlvj. & Plutarchus in Paulo meminerunt, traduntq. hos cenſores in recenſendis equitibus Romanis tres è Senatu mouiſſe; Paulumque cenſura magna ex parte geſta, in morbum incidiſſe. De M. Popillio, & P. Scipione meminit Plin. lib. XXXIV. Idemq. li. XVII. c. XXVI. inquit. Romæ in Capitolio in ara Iouis bello Perſei enata palma victoriam, triumphoſq. portendit. hac tempeſtate proſtrata, eadem loco ficus enata eſt M. Meſſalæ, C. Caſſi cenſorum luſtro. à quo tempore pudicitiam ſubuerſam Piſo grauis auctor prodidit &c. cum autem in vulgatis editionibus ſcriptũ ſit, *in capitebis*, nos emendauimus, in ara Iouis, quod in libro apud me collato cum vetuſtiſſimis exemplaribus ſit *in ara Iobis*, & Feſti fragmentum habet plane *in ara* . . .
. quo ſane teſtimonio mirifice comprobatur emendatio noſtra. De L. Lentulo, & L. Marcio cenſorib. ita Val. Maximus ſcribit li. v. L. Lentulus conſularis lege Cęcilia repetundarum crimine oppreſſus Cenſor cum L. Cenſorino creatus eſt. De L. Africano, & L. Mummio meminit Cicero lib. ij. de oratore, in quo ſcribit, Claudio Aſello equum à P. Scipione fuiſſe ademptum, eumq. in ærarios relatum, ſed à L. Mummio ſtatim ex ærariis exēptum. cuius quidem Mummi in agendo ſegnitiem notat Plutarchus in Apophth. Q. Nobilioris, & T. Luſci cenſuræ nulla extat memoria in veterib. monumentis. ex fragmento tamen Capitolino, & hoc Feſti, conſtat cenſorem fuiſſe Q. Nobiliorem; cui collega quærendus cum ſit, extrema illa cognominis ſyllaba . . .
*ci*, indicat T. Annium Luſcum, qui cos. creatur anno. DCXXV. cum Q. Nobiliore cenſuram geſſiſſe. De Q. Metelli Macedonici, & Q. Pompei cenſura videndus Plinius lib. vij. c. xliij.

*Romanos* ] Videndus Dionyſius lib. I. Antiquitatum Romanarum.

*Rigido*] Cato de re ruſtica cap. I. Bonum aquarium, oppidumq. validum fiet, aut mare, aut amnis, qua naues ambulant. Cicero etiam maria ambulauiſſe, dixit Xenophōtem imitatus. In Ennij autem verſu metri cauſa *ambullabant* ſcribendum putamus. nam Ennium primum geminaſſe ſemiuocales, conſonantes, & mutas habemus ſupra in Solitaurialia.

*Reſpublicas* ] Cicero in Bruto. C. Gracchum tuus gentilis Brute M Pennus agitauit in Tribunatis paulùm ætate antecedens.

*Recipie*] In exemplari eſt, *Recipiem.*

*Ruſtica* ] Varro lib. v. de ling lat. Vinalia Ruſtica dicũtur a. d. XII. Kal. Sept quod tum Veneri dedicata ædes, & horti eius tutelæ aſſignantur, ac tum ſunt feriati olitores. Plinius lib. IX. cap. IV. Plutarch Problem.

S*Vppum*] *Suppum*, iactum quendam in teſſeris vocari tradit Iſidorus lib. XVIII. c. LXV.

*Sublicium*] *Sublices* dicuntur à Feſto Volſcorum lingua, quæ Sublicæ ab aliis appellantur. Vitruuius lib. iij. c iij. Sublicæque machinis adigantur. Gloſſar. ſublicæ, καταπῆγες οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ἀπὸ βαστάζοντες. Sed *ſublicibus cauatis* dixiſſe videtur Salluſtius in lib. IV. hiſto.

*Suberies*] Iſidorus lib. XVII. c. VII. Suberies arbor, ex qua validiſſimus cortex natatorius extrahitur. Vide in *Suber.*

*Silicernium*] Placidus in gloſſis. Silicernium, Exſequiũ. Varro Meleagris apud Nonium Funus exſequiati laute ad ſepulchrum antiquo more ſilicernium confecimus.

*Surum*] Vide ſupra in *Crebriſuro.*

*Scyrium*] Quantum in his tenebris videre poſſumus, agebat hic Feſtus de philoſopho quodam, qui natione Syrus cum eſſet, ne eo nomine male audiret, vt Syri, Varro, ſiue alius Scyrium illum dixerat. huc enim pertinent Græca verba σχύελον, ἢ ὅτι εἰς σύελον. De eo autem compoſitum librum, ea de cauſa σχύελον inſcriptum eſſe. Querendum philoſophi nomen, vel potius hiſtoria.

*Solatum*] In exemplari eſt, *arquato.* vt videatur ictericos dixiſſe arquatos à colore auri, qui à ruſticis dicuntur ſolati à colore Solis. nã illud . . . *rigine*, aurigine plane eſt.



*Soſpes*] In editione Auguſtiniana hoc fragmentum adeo luxatum eſt, vt ſuus ex eo ſenſus elici non poſſit. Ennij exemplum quod eſt primo loco poſitum, reſpicere videtur ad titulum, quo Cæſar vſus eſt, qui in argenteis denariis PARENS PATRIAE dicitur. quod autem ſecundo loco hemiſtichium ponitur, id Paulus pæne ſuppeditauit, cum inquit. Videtur tamen Ennius &c. Accij verſus videtur ex illo Homeri tranſlatus. εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι.

*Summuſſi* ] Seruius in fragmentis apud me addit Ennij exemplum ex lib. XVII. in quo muſſare, pro tacere poſitũ ſit. Non poſſunt muſſare boni, qui facta labore, nixi militiam peperere. item pro dubitare. Muſſat rex ipſe Latinus. Quos generos vocet. item pro murmurare in lib. X. Spectabat virtutem legionis, ſiue ſpectãs ſi muſſaret, quæ denique cauſa pugnandi fieret, aut duri laboris. Sed Ennij verſus non vacant mendo.

*Succrotila*] Vide in *Todi*, & in *Crocotilum.* Varro lib. VI de ling lat. *cum crocotilis* legit, vt hic quoq. pro *todillis* videatur fortaſſe ſcribendum *crocotilis cruſculis.*

*Sucula*] Hic quoq. locus in editione Auguſtiniana male nimis eſt acceptus. nos ad fidem exemplaris edidimus, & ex corrupta voce *ruintque*, fecimus *quinque*, & pro *loquẽte*, emendauimus *loquendo.* quæ ſcribendi conſuetudo inuenitur cum in veteribus monumentis, tum in hoc ipſo fragmento perſæpe; in quo ſet, pro *ſed: adq* . *pro atq. quodannis*, pro *quotannis*, & alia huiuſmodi reperiuntur infinita.

*Suburanam*) Vide in *Suburam.*

*Succidanea* [ Agellius lib. IV. c. VII. Succidaneæ hoſtiæ, quaſi ſuccedaneæ appellatæ, quoniam ſi primis hoſtiis litatum non erat, aliæ poſt eaſdem ductæ hoſtiæ cædebãtur, quæ prioribus iam cæſis, luendi piaculi gratia ſubdebantur, & ſuccidebantur. ob id ſuccidaneæ nominatæ, littera i ſcilicet tractim pronuntiata. Feſtus priore loco Agellij opinionem ponit. poſteriore aliorum refert ſententiam.

*Sulci* ] Vide num melius ſit *dictum*, pro eo quod eſt in exemplari, *fictum.*

*Suaſum*] Scribendum fortaſſe *perſuadeatur*, pro *perſuadetur.* nam in epitoma manuſcripta eſt, *perſuadentur*, vt ibi quoque *perſuadeatur* fuiſſe ſcriptum appareat.

*Superſtites*] Seruius in lib.iij. Aen. Suis vtriſque ſuperſtitib.i.præſentibus. vide ſupra in Pube præſente.

*Supernata*] Politianus in Miſcellaneis cap. lxxiij. Feſti ſcripturam agnoſcit,& *ſuppernata* exſcripſit. vt mirer Antonium Auguſtinum ſcripſiſſe. Politianum à Marullo irriſum,quod *expernata*, pro *ſuppernata* apud Catullum repoſuerit.

*Supremum*] *Belli potens* ab incerto poeta dictus Mars, vt Cypri potens Venus ab Horatio.

*Subſidium*] Vide in *Præſidium*. ex eo enim loco partem huius fragmenti reſtituimus,quæ agit de præſidiariis.

*Subſilles*] vide in Ipſulices.

*Subuerbuſtam*] In margine ſcripſimus *verberib*. pro *verib*. nam Horatius dixit. Vſi virgis.

*Supplicia*] Salluſt. in Iugurth. Legatos cum ſuppliciis mittit. Soph. in Oedip. Tyr. ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι. Iſidorus lib.v.c.xxvij Supplicium proprie dicitur, non quo quis punitur, ſed qui ita damnatur, vt bona eius conſecrentur,& in publico redigantur. nam ſupplicia dicebantur ſupplicamenta, & ſupplicium dicitur, de cuius damnatione delibatur aliquid Deo. Et lib.vj.ca.xviij. ex Seru. in l.j. Aen. Vnde ſupplicia dicuntur ſupplicationes, quæ fiebant de bonis paſſorum ſupplicia. ſacræ enim res de reb.execrandorum fiebant. Sinnij Capitonis teſtimonium in fragmento apparet. reliqua ipſæ nobis antiquitatis reliquiæ ſuggeſſerunt,à quibus de Rege ſacrorum in Forum ſupplicandi cauſa prodeunte accepimus.

*Sufes*] Vide ſupra in *Maritauere*.

*Sub vitem*] Lucius in exemplari habet,*ſubſit*,vt nos edidimus,non autem *ſubit*: pro quo Paulus *ſubmiſit*, in epitoma.

*Supat*] *Olam* pro *ollam* dicebant antiqui, vt *ole*, pro *olle*. nam ſemiuocales,conſonantes,& mutas non geminabāt. Vide in *Solitaurilia*.

*Struere*] *Adicere* pro *adiicere*,antiqua ſcribendi conſuetudine in exemplari exaratum eſt.

*Stipem*] Antiqua inſcriptio in ſchedis apud me ſic habet. IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGVSTVS. PONTIFEX. MAXIMVS. EX. STIPE. QVAM. POPVLVS. ROMANVS.



MANVS. ANNO. NOVO. APSENTI. CONTVLIT. VOLKANO. *Stipem* ſcilicet, quam Gloſſarium interpretatur, ἐλεημοσύνην.

*Stirpem*] Vide in *Nautiorum*. Chariſius li.I.addit exemplum Pacuuij. Qui ſtirpem occidit meum.

*Stipes*] *Oſtium* ſine nota aſpirationis ſcribendum, licet in exēplari ſit *hoſtium*,vt *hoſtreis* ſupra in *Scrupi*,pro *oſtreis*.

*Satura*] In fragmento legis Seruiliæ ſic eſt. EXTRA. QVAM. SEI QVID. IN. SATVRAM. FERETVR.

*Suber*] Vide in *Suberies*.

*Sterilem*] Verbum *cipit*, quod eſt in exemplari poteſt ferri,ſi id maius,quam *concipit*.

*Seplaſia*] Nonius in Seplaſium, adductis ex Varrone exemplis, oſtendit antiquos dixiſſe *Selapſium* neutro genere, & *Seplaſiam* feminino. *Pomponius Adelphis* citatur ab eodem Nonio in Datatim. Vide in *Seplaſia*.

*Saccomorũ*] Iſidorus lib.XVII. c. VII. Sycomorus, ficus, & morus ſunt Græca nomina. in vulgatis tamen *ficut*,pro *ficus* corrupte ſcriptum eſt.

*Sanctum*] Videndus Macrobius in Saturnalibus, vnde hæc ſuppleta ſunt.

*Sacrem*] Cato aduerſus Q. Minucium Thermum citatur in hoc fragmento, vt ex eius reliquiis apparet. Plautus manuſcriptus in Menech. habet *ſynure*, vt fortaſſe ad Ariſtophanis verſum reſpexerit in Acharn. Ἀλλ᾽ οὐδὲ θύσιμός ἐστιν αὐτή. Με. σμικρὰ γ᾽. πᾶ δ᾽ οὐχὶ θύσιμός ἐστι. Δι. κέρκον οὐκ ἔχει. In exemplari plane eſt. . . *ine*. ex quo fecimus *ſanguine*.

*Sacrificulus*] Opinor extremis illis litteris, quæ ſunt in exemplari . . *utus*, indicari nomen Sicini, qui dictus eſt Bellutus. fieri enim poteſt,vt Verrius non eos, quos Liuius & Dionyſius, qui Manium Papirium primum ſacrificulum produnt,ſed alios hiſtoricos fuerit ſecutus.

*Sacratæ*] Pro *ſicut* ſcribendum, *ſit cum*. Vide in *Publica pondera*.

*Sagmina*] Verſum Næuij, qui deeſt in exemplari, in margine addidimus ex Pauli epitoma. Cicero. o fides alma,apta pinnis,& iuſiurandum Iouis.

*Sanates*] Videndus feſtus in *Forctis*, & in *Sanates*. In

*Marſpedis* autem ſimili modo dixit, *ne Meſſala quidem Augur in explanatione auguriorum reperire ſe potuiſſe ait*, quo hic, *ne Valerius quidem Meſſala in XII. explanatione idomiſit.* Extrema verba huius fragmenti, quib. opinio Meſſalæ refertur de Forctib & Sanatib. male in aliis editionibus accepta ſunt.

*Scæuam*] Plautus in Pſeudolo. Bene prædatus ibo, bona ſcæua eſt mihi. vide Varronem VI.

*Saperdæ*] Varro Modio apud Nonium in Saperdæ. Omnes videmur nobis eſſe belli, feſtiui, ſaperdæ cum ſimus σαπροί.

*Sarpta*] Vide in *Sarpiuntur.*

*Saluares*] De paraſitis Apollinis videndus Athenæus lib. VI.

*Sæculares*] Acron in Horat. Carm. Sæc. Ludi ſæculares ternis dieb. ac noctib. agebantur pro cultu Solis die, & nocte Lunæ.

*Salia*] Vide in *Regifugium.*

*Salentini*] in exemplari eſt, *quamd* . . . quod operarum vitio non ita plane expreſſum eſt. ex eo fragmento nos fecimus, *quam dicunt.*

*Scutilum*] Ex Græco σκῦτος videtur Feſtus ſcutilum deduxiſſe, cum exilem aliquem ſignificat reliqua non egent interprete. vide in Manducus.

*Squalidum*] Agellius lib. II c VI. Squalere, inquit, dictum à ſquamarum crebritate, aſperitateq. quæ in ſerpentium, piſciumq. coriis viſuntur Quæ nos hic ſuppleuimus, ſi minus verba, Feſti certe ſententiam repræſentant.

*Schœnicula*] Vide ſupra in *Proſedas.*

*Scorta*] Huius loci reſtitutio debetur M. Varroni, qui lib VII. de ling. lat. Scortari, inquit eſt ſæpius meretriculam ducere, quæ ſcortum dicta à pelle. Id enim non ſolum antiqui dicebant ſcortum, ſed etiam nunc dicimus ſcortea ea, quæ ex corio, & pellib. ſunt facta, Inde in aliquot ſacreis, & ſacellis ſcriptum habemus : ne quid ſcorteum adhibeatur ideo, ne morticinum quid adſit. in Atellanis licet animaduertere ruſticos dicere ſe adduxiſſe pro ſcorto pelliculam. ex his verbis manifeſtum eſt, pro *deliculatorum*, corrupto verbo, ſcribendum eſſe *pelliculam.*



*Scaptenſula*] Σκαπτὴ ὕλη. Græcis, in qua Thucydides hiſtoriam ſcripſit, cum ibi exularet.

*Spetile*] Varro. Sueris à nomine eius.

*Spicit*] Ennij verſum Pomponius Lætus ita legebat. Quos vbi rex vltro ſpexit de montibus celſis. in exemplari certe eſt *Quos vbi rex* . . . *vlo ſpexit de contibus celſis*: vt *ſedulo*, vel, *paulo*, legendum ſit.

*Scraptæ*] Varro lib. VI. de ling. lat. habet *ſcrantiæ.*

*Scrutillus*] De *ſullus*, fecimus *ſuillus.* & pro corrupto verbo, *iuillum*, emendauimus *Scrutillum.* De verbo *ſuillus* non eſt dubitandum, quia in hoc exemplari, l littera, loco i poſita. ſæpe reperitur. de *ſcrutillo* memini me legiſſe, ſed apud quem, non vacat querere.

*Scrupi*] Ennij verſus, quem hic citat Feſtus ex Andromacha, extat apud Nonium in *Scapres.* in exemplari eſt, *Ennius in An* , . . . non *Ar* . . . . vnde error fluxit, vt alij ſcripſerint, in *Armorum iudicio* cum tamen verſus ſit ex Andromacha. *aſperi* item nõ *aſpera* eſt in eodem exemplari. Quod ſequitur exemplum de verbis *ſcrupulus*, & *ſcrupuloſus*, videtur eſſe Cornelij Siſennæ.

*Scribonianum*] Hoc ipſum Scribonianum puteal expreſſum eſt in argenteo quodam denario familiæ Scriboniæ, cum inſcriptione PVTEAL. SCRIBONIAN. *ante Atria* emendauimus ex loco ſimili in Tablinum, in quo eſt. Qui locus ante Atrium eſt. Verbum vero *coinquere.* quod in margine notauimus, & *attacta*, hauſimus ex ipſo antiquitatis fonte. nam in veterib. apud me inſcriptionibus Fratrum Arualium ſic habetur. QVOD. AB. ICTV. FVLMINIS. ARBORES. LVCI. SACRI. D. D. ATTACTAE. ARDVERINT. EARVMQVE. ARBORVM. ADOLEFACTARVM. ET. COINQVENDARVM, &c.

*Sceletatus*] Vide ſupra in *Orbius cliuus.*

*Scelerata*] in exemplari plane eſt . . . s. i. Carmentalis dicitur.

*Schedia*] Notũ omnibus quid ſit apud Græcos σχεδιάζειν.

*Sexagenarios*] Dionyſius lib. I. Antiquit. Rom. Εἴδωλα εἰς μορφὰς ἀνθρώπων εἰκασμένα τριάκοντα τὸν ἀριθμὸν ἀπὸ τῆς ἱερᾶς γεφύρας βάλλουσιν εἰς τὸ ῥεῦμα τοῦ Τιβέριος, ἀργείους αὐτὰ καλοῦντες.

*Simpludiarea*] Vide ſupra in *Indictiuũ funus* notas D. T.

*dumtaxat* ſignificare opinor.

*Siniſtræ*] Videndus Plutarchus in Problem. Pro *à deorum ſede*, in margine emendauimus, *auſpiciorum ſede*, ex loco ſimili apud Varronem in libro v. de ling. lat. in quo ſic eſt. *Auſpiciorum endo ſede*. ſic enim eſt in manuſcripto libro, pro *auſpicio orando ſede*. nam quæ ſequuntur, *in templo auſpicis*, gloſſemata ſunt. Videndus Liuius lib. v. & Dionyſius lib. II.

*Senatores*] Agellius lib. III. c VIII. Liui. lib. XXIII. & XXVI.

*Septentriones*] Ennij verſus dimidiatus habetur apud Varronem in lib. VI de ling. lat.

*Septimontium*] Vide ſupra in *Sacrani*.

*Sifus*] Verbum. cuius extrema tantum littera in exemplari reliqua eſt, putamus fuiſſe, *Prætoris*; tantum enim ſpatij relictum eſt. vel ſi magis placet, *curatoris*. vtrumq. in veterib. legum fragmentis reperitur. In lege Mamilia apud ſcriptores de limitibus agrorum ſic eſt. De que ea re curatoris, qui hac lege erit, iuris dictio, reciperatorumq; datio, addictio eſto. cum curator hac lege non erit, tunc quicumque magiſtratus in ea colonia, municipio, præfectura, foro, conciliabulo iure dicundo præerit, eius magiſtratus de ea re iuriſdictio. iudiciſq datio, addictio eſto.

*Siparum*] Iſidorus lib. XIX. cap. III. Capitonis ſententiam de ſiparij etymo confirmare videtur, cum inquit. Siparium genus veli vnum pedem habens, quo inniti nauigia ſolent in nauigatione, quoties vis venti langueſcit quod ex ſeparatione exiſtimant nominatum.

*Seplaſia*] in exemplari eſt . . . *on. m.* Cicero. quod puto fuiſſe, in *Piſon meminit Cicero*.

*Saticula*] In exemplari plane eſt . . . *iam*. ex quo facimus, *coloniam*.

*Segeſta*] Hermolaus in Plinium lib. III. c. VIII. legit obſceno *omine*, pro eo quod eſt in exemplari, *nomine*.

*Siſpitem*] Verum eſt quod ait Feſtus Iunonem ab antiquis dictam Siſpitem niſi quod in numiſmatibus eſt, IVNO SISPITA. vt hic quoque videatur legendum *ſiſpitam*, & *ſoſpitam*.

*Seruorum*] Exemplar habet *ceruos*, pro eo quod alij *ſeruos* ediderunt, nos antiquam ſcripturam retinemus, tum quod cerui dicuntur fugitiui, tum quod ita eſt apud Martialem in libro vetuſtiſſimo apud me. At nunc pro ceruo &c. vide Petrum Crinitum lib. XIX. cap. VIII. cuius loci admonuit me Petrus Victorius.



*Saturno*] ſupra in *Saturnia* ſic ſcriptum eſt Ara dicata Saturno ante bellum Troianum videtur, quia apud eam ſupplicant apertis capitibus *Metelli Pont. Max.* de quo hic Feſtus, meminit Macrobius lib. III. cap. XIII. *C. vero Claudij Auguris*, Liuius lib. XLV. cum inquit. Augur. C. Claudius mortuus, in eius locum Augur creatus T Quinctius. Quod autem inaugurationi eius, qui Augur creatus eſſet, alius Augur adeſſe ſolitus ſit, & Feſti reliquiæ indicant, & verba Metelli huius confirmant, quæ ſunt in indice IV. apud Macrobium; quibus inaugurationem Lentuli Flaminis Martialis ita deſcribit. A. d. IX. Kal. Sept. quo die Lentulus Flamen Martial. inauguratus eſt, domus ornata fuit, triclinia lectis eburneis ſtrata fuerũt. duob. tricliniis Pontifices cubuerunt Q. Catulus M. Aemilius Lepidus. D Silanus. C. Cæſar Rex ſacrorum P. Scæuola Sextus. P. Cornelius. P. Volumnius P. Albinouanus & L. Iulius Cæſar Augur qui eum inaugurauit. De huiuſmodi inauguratione ita Liuius lib. XXVII. L. Aquillius Augur creatus, inauguratuſq. & lib. XXX. Fabius Maximus Augur annos XLII. &c. in locum eius inauguratus Q. Fabius filius. Suetonius in Caio cap. XII. Deinde Augur in locum fratris ſui Druſi deſtinatus, priuſquam inaugurraretur, ad Pontificatum traductus eſt. Saturnalibus itaque cum Ser. Sulpicius Rufus inaugurandus eſſet, eius autem inaugurationi Metellus Pont. Max. C. Claudium Augurem adeſſe iuberet, excuſauit ſe Claudius, quod ſacris familiæ ſuæ impeditus eſſet, quibus ſacrificandum foret operto capite, cum Saturno, aperto res ſacra facienda eſſet eaq. de cauſa multatum à Pontifice Claudium prouocaſſe, deinde reconciliatum eſſe. De ſacris *familiæ claudiæ* Feſtus ſupra in *Propudianus*. Porcus, inquit, Propudianus, qui in ſacrificio gentis Claudiæ velut piamentum, exſolutio omnis contractæ religionis eſt. Macrob. lib. I. c. XVI. Sunt præterea feriæ propriæ familiarum, vt *Claudiæ familiæ*, & ſi quas ferias proprias quæque familia ex vſu domeſticæ celebritatis obſeruat.

*Scaptia* ] Scaptiam oppidum in Latio cum aliis numerat Plinius. addidimus autem in fragmento ſupplendo, *Pedanos* ex Liuio qui ait ob Pedanos ciuitate receptos, tribum additam Scaptiam.

*Stellatina*] De Capena vrbe, & Capenatibus populis in Tuſcia ad lucum Feroniæ, videndus Plinius lib. III. à quo Stellates quoque inter Tuſciæ populos numerátur. pro *vrbe Capena*, fortaſſe melius, adderetur, *regione Capena.*

*Sabini* ] in argenteis denariis Sulpiciæ gentis D. P. P. deos Penates ſignificat. De Sabinis tamen, quod Penates deos præcipue colerent, non memini me legiſſe.

*Sellæ curulis*] Liuius li. II. Valerio Dictatori ſuper ſolitos honores locus in Circo ipſi, poſteriſque ad ſpectaculum datus. ex his verbis Feſti locum concinnauimus.

*Sontica* ] Catonem de Re Floria citat Agellius lib. X. c. XIII. cum autem in exemplari . . . . *ibi cauſam ſonticam* . . . . ſatis apparet, A. Atili vocandi caſum eſſe.

*Sacramento* ] in exemplari ſic eſt . . . . *t ſcelera nefaria ſie* . . . ab operis autem impetrare nequiuimus, vt hæ litterarum reliquiæ ad fidem exemplaris ederentur.

*Spiciunt*] Cato de decem hominibus contra Thermum citatur à Feſto ſæpe, & ab Agellio lib. XIII. c. XXIV. de ſeptem hominibus non inueni. vt fortaſſe pro *ſeptem* hic quoque *decem*, ſcribendum ſit.

*Spatiatorem*] Macrobius lib. III. c. XIV. Sic nimirum M. Cato ſenatorem non ignobilem Cœlium, ſpatiatorem, & feſcenninum vocat. hic locus apud Macrobium aliter legitur, ſed corrupte.

*Agellius*] li. VII. c XXII. habet vt hic Feſtus, *ſacrificio.* ſuprà tamen in *Prohibere Comitia*, ſcriptum eſt, *ſacrilegio.* & ita in epitoma Pauli.

*Sacramentum*] *Poſt hoc*, alij mutarunt in *poſt hac.* quæ ſana lectio confirmatur teſtimonio antiquitatis. eſt enim in legum fragmentis ita. CENSORIBVS. QVEICVNQ. POSTHAC. FACTI. ERVNT. poteſt etiam emendari, *poſt h. l. r.* id eſt, poſthac legem rogatam. quæ ſane formula frequens eſt in eiſdem legum fragmentis. Quod autem paulo poſt in exemplari deerat, ſupplenimus ex earundem legum reliquiis, in quibus eſt.



II. VIR. QVI. EX. H L. FACTVS. CREA-
TVS. VE. ERIT. Vnde nos fecimus, *treuiri capita-*
*les quicunq. ex hace lege facti erunt.* nam HACE LEGE
plane in legib. alibi inciſum eſt. Quod in fine addit Fe-
ſtus. *ſacramenti nomine id aes dici, &c.* confirmatur à Var-
rone, qui ait. ab eo ſacro dictum. id enim æs ſacris cæ-
debat.

*Sextantarij* ] Hermolaus legit, *quo per bellum punicum ſecundum*, paulo poſt legendum, *vt ex aſſibus, qui tum erat librarij, fierent ſextantarij, vt populus aere liberaretur, &c.* & poſt *ſeptuennio quoque, quod eo vſus eſt vt priore nummo.* Sed hæc in margine notauimus.

*Seſterti* ] Vide in *Sextantarij.*

*Solida ſella* ] Vide in *Silentio ſurgere.* & in *Silere.* videndus etiam Liui. lib. X. *expreſſe.* vnico s, antiqua ſcriptura.

*Silatum* ] *Iantaculum*, & *iaiuni* eſt in exemplari. Gloſſarium item habet Iantat ἀκρατίζει. Iantaculum ἀκράτισμα. quam quidam ſcripturam in aliis etiam manuſcriptis libris vidimus.

*Suffragatores* ] Porphyrio in Horatij verſum in pœtica, Omne tulit punctum. Antiqui, inquit, ſuffragia non ſcribebant, ſed puncto notabant. Idem refert epigramma incerti pœtæ de punctis ſuffragiorum. Ciconiarum Rufus iſte conditor, Hic eſt duob. elegantior Plancis, ſuffragiorum puncta non tulit ſeptem. Cicero pro Cn. Plancio. Nam quod queſtus eſt plures te teſtes habere de Voltinia, quam in ea tribu puncta tuleris. Ex his locis Feſti ſententiam, ſiue potius Varronis, cuius Verba referebat Feſtus, intelligere poteris.

*Struppi* ] Vide ſupra in *Stroppus.*

*Seceſpitam* ] Sacrarium, vt apparet ex Feſti reliquiis, templi locus dicebatur ſecretior, vt adytum, ad quem nulli erat aditus, niſi ſacerdoti. Seru. lib II. Aen. in eo res ſacræ reponebantur. Vlpianus Dig L. I. tit. VIII. Sacrarium, inquit, eſt locus, in quo ſacræ res ponuntur, quod etiam in ædificio priuato eſſe poteſt ſæpiebatur autem ſacrarium ſeceſpita, hoc eſt reticulo quodã æneo, in quo tubæ ſeu tubi relicti erãt, per quos manib. ſacra tãgere licebat. atq huiuſmodi ſeceſpita vtebantur tum in ſacrariis, quæ erant in templis, tum in iis, quæ erant in aliis locis. erant-

que ſeceſpitæ velut repagula quædam. Quod autem in templo. Bonæ deæ addidimus, intelligendum eſt, non de ſacrario Bonæ deæ, quod vltra Bouillas in via Appia fuit, cuius pro Milone Cicero meminit, ſed de ſacrario, quod fuit in æde Bonæ deæ in Auentino, cuius P. Victor. facit mentionem poteſt etiam hic iocus ita reſarciri. eſt ſeceſpita in templi ſacrariis. ſed & in aliis locis: & eſt velut clathrata feneſtra quædam. ita ſeceſpitæ dicuntur duob. modis. nam de ſeceſpita, quæ cultrum ſignificat, ſic Suetonius in Tiberio. Nam inter Pontifices ſacrificanti ſimul pro ſeceſpita, plumbeum cultrum ſubiciendum curauit. *rediculo* pro *reticulo* in exemplari exaratum eſt antiqua illa conſuetudine ponendi d pro, t, de qua ſupra. *tubae* etiam, non vt in aliis editionibus *nubae*, in eodem exemplari ſcriptum eſt. tubæ autem pro tubis poſitum eſt. *cancella* in ſupplementum huius fragmenti neſcio quomodo amanuenſis culpa irrepſit. nos certe locum reconditæ antiquitatis pæne tenebris obrutum, quantum potuimus, in lucem reuocauimus.

*Siniſtrum*] Vide in *Silere.*

*Stipatores*] Non video cur *deſtituantur*, mutandum ſit in *conſtituantur*, vel *deſtinantur*. nam C. Gracchus in oratione de legibus promulgatis apud Agellium lib. x. c. III. vſus eſt eo verbo in eodem ſignificatu, cum inquit. Idcirco palus deſtitutus eſt in Foro, eóque adductus ſuæ ciuitatis nobiliſſimus homo M. Marius, veſtimenta detracta ſunt, virgis caſus eſt. & Varro. Si eorum colla in furcas deſtitutas incluſerit.

T*Apete*] Turpilius apud Nonium neutro genere protulit, cum dixit, Glabrum tapete. Feſtus tamen ait maſculino genere vſum fuiſſe.

*Taurij ludi*] Vide in *Talipedare.*

*Tribunicia*] Les Curiata de imperio militari magiſtratib. deſignatis mandando, ferebatur ab eo, qui eos magiſtratus deſignaſſet. Quantum autem ex his reliquiis diuinare licet, videtur Feſti ſententia talis fuiſſe. Bello Punico ſecundo cum Annibal ad vrbē accedens, portæ Capenæ appropinquaſſet, & quaſi in conſpectu Romæ iam eſſet, & ob ib non liceret magiſtratib. ex præſidiis diſcedere, Q. Fabius, & M. Marcellus cos. quia ipſi ad Vrbem venire, & populum rogare de imperio nouis magiſtratibus mandando metu imminentis Annibalis nō poterant, egerunt id per Tribunos plebis, atq. ita Tribunicia rogatione legem Curiatam latam fuiſſe. quæ potius lex Tributa, Vel vt verius dicam, Plebiſcitum appellari debuiſſet. locus ſane difficilis, & mutilato exēplari obſcurus. Q. Fabius & M. Marcellus cos. edūtur anno DXXXIX. Aelius Gallus in libris Significationum verborū, quæ ad ius pertinent. citatur ſupra in *Poſtliminium.*



*Tauras*] Videndus Varro li. II. de re ruſtica. cap. V.

*Tullios*) Paulus in epitoma. manuſcripta. *Tullios alij dixerunt eſſe ſilanos. alij riuos alij vehementes proiectiones ſanguinis arcuatim fluentis.* cetera vt Feſtus. In antiquo lexico Latino Græco, *Siluanus* exponitur χειρυός & ita fortaſſe legendum tum hic, tum apud Cornelium Celſum. Quid ſi pro *ſanguinis*, legamus *amnis*? quia ſequitur, quales ſunt Tiburi. ſed nihil temere mutandum.

*Topper*] *Mature, pro temere* in margine poſuimus, qui[a] ita eſt infra. *Homonem* autem pro *humanum*, ex Ennij ve[r]ſu. Miſerum mandebat homonem. & ſupra in *Hemon[em]* ita habetur. Homonem, hominem dicebant. Verſus Att[ij] in Io fortaſſe ita legendus. *Topper, vt fit, patris ten' eicit ira.* vel *Pater iſtam eiecit foras.* Verbum *inſerinuntur* omiſſum eſt in editione Auguſtiniana, quo antiqui vſi ſunt, pro *inſeruntur.*

*Torrens*] Varro lib. I. de re ruſt. cap. II. Verum enim eſt illud Pacuuij. Sol ſi perpetuo ſit, aut nox, flammeo vapore, aut frigore, terræ fructus omnes interire.

*Turannos*] Paulus in epitoma manuſcripta. *Turanni Etruſci dicti à Thurenno duce Lydorum, à cuius gentis perpetua crudelitate, etiam tyranni ſunt dicti.*

*Tutulum*] In exemplari ita plane eſt: *formam è tali*, vnde in editione Auguſtiniana, *forma è tali* impreſſum eſt, cum *forma metali* ſcribendum fuiſſet. Varro lib. VI. Tutulati dicti hi, qui in capitib. habere ſolent, vt metam. Tertullianus in lib. de pallio. Tunc certiſſime ſupra omnes omnes exuuias auguſta veſtis ſuperq. omnes apices, ac tutulos ſacer ſuggeſtus deducit oculos. in vulgatis tamen *titulos*, ſed corrupte legitur. Vetus etiam etam apud

me inſcriptio habet. APONIAE. A. TVTVL. ORNATRICI.

*Tugurium*) Valerius in explanatione XII. citatur in verbo Sanates.

*Tumultuarij*) Videndus Seruius initio libri VIII. Aen. *Domeſticum* autem Feſtus dicit, quem Cicero lib. VIII. Philipp. appellat *Italicum*. Locum hunc ad verbum ſuæ integritati reſtitutum arbitramur.

T*eſca*) Accij verſus apud Varronem lib. VI corrigendus ex eo, quem hic citat Feſtus; atque ita legendus. *Quis tu es mortalis, qui in deſerta, & teſca te adportes loca? loca enim quæ ſint, deſignat, cum dicit. Hephæſtii lares, &c.* nam verbum *præſtolare* ita mutauimus. *Lemnia* vero, quod bis poſitum eſt, videtur adiectum.

*Tonſilam*) *Phinidis* non eſt mutandum in *Phoeniſſis*: nam hæc Accij tragœdia citatur à Nonio pluribus locis, in quibus manuſcripti habent *Phinidæ*.

T*axat*] Verbum *iuſſit*, mutauimus in *ius ſit*, quod in legum fragmentis eſt antiquo modo ſcribendi, IOVS. SIET.

T*ablinum*) De *Atrio* vide ſupra in *Scribonianum*.

# NOTÆ IN SCHEDAS.

M*Anubiæ*) Acron in Horat. ad II lib. I. Omnes manubiæ albæ, & nigræ eſſe dicuntur, Iouis rubra & ſanguinea. Seru. in lib. I. Aen. In libris Etruſcorum lectum & fulminum manubias dici. & in lib. XI. In æquinoctio vernali manubiæ Mineruales. I. fulmina tempeſtates grauiſſimas commouent. Vide in Triſulcum ſupra.

*Mantiſculari*) Mantela, Seruius apud me in ſchedis inquit, Lucilius dicit mappas Mantela, merumq.

*Opima*) *Pompeis regis* in margine ſcripſimus, pro *Pompili*, quia ita antiqui dicebant, vt *Duels*, pro *Duilo*. & ſchedæ habent, *Pompelli*. Formula legis dedicationis aræ, de qua in hoc fragmento, extat apud me quam libet adſcribere. QVANDO. TIBI. HODIE. HANC. ARAM. DABO. DEDICABOQVE. HIS.



LEGIBVS. HISQVE. REGIONIBVS. DABO. DEDICABOQVE. QVAS. HIC. HODIE. PALAM. DIXERO. VTI. INFIMVM. SOLVM. HVIVSQVE. ARÆ. TITVLORVMQVE. EST. SIQVIS. TERGERE. ORNARE. REFICERE. VOLET. QVOD. BENEFICII. CAVSA. FIAT. IVS. FASQVE. ESTO. SIVE. QVIS. HOSTIA. SACRVM. FAXIT. QVI. MAGMENTVM. NEC. PRO. TOLLAT. IDCIRCO. TAMEN. PROBE. FACTVM. ESTO. SIQVIS. HVIC. ARAE. DONVM. DARE. AVGEREQVE. VOLET. LICETO. EADEMQVE. LEX. EIDONO. ESTO. ARAE QVAE. EST. ET. CETERAE. LEGES. HVIC. ARAE. TITVLVSQVE. SVNTO. QVAE. SVNT. ARAE. DIANAE. IN. AVENTINO. HISQVE. LEGIBVS. HISQVE. REGIONIBVS. SIC. VTI. DIXI. HANC. TIBI. ARAM. PRO. IMP. CAESARE. AVGVSTO. P. P. PONTIFICE. MAXIMO. TRIBVNICIA. POTESTATE. XXX. COINVGE. LIBERIS. GENTEQVE. EIVS. SENATV. POPVLOQVE. R. COLONIS. INCOLISQVE. COL. IVL. PATERN. NARB. MART. QVI. SE. NVMINI. EIVS. IN. PERPETVVM. COLENDO. OBLIGAVERVNT. DOQVE. DEDICOQVE. VTI. SIES. VOLENS. PROPITIVS.

*Legem vero Numæ, de ſpolijs opimis, ita ex Plutarchi Marcello nos emendandam, ſupplendamq. exiſtimamus.*

QVOIVS. AVSPICIO. CLASE. PROCINCTA. OPEIMA. SPOLIA.

CAPIVNTVR. IOVEI. FERETRIO. BOVEM. CAEDITO.

QVEI. CEPET. AERIS. CCC. DARIER. OPORTETO.

SECVNDA.SPOLIA. IN. MARTIS. ASAM. IN CAMPO.
SVOVETAVR.VLIA.VTRA.VOLET.CAEDITO.
QVEI.CEPET.AERIS.CC.DARIER.OPORTETO.
TERTI.ASPOLIA.IANO.QVIRINO. AGNOM.MAREM.CAEDITO.
QVEI.CEPET.AERIS.C.DARIER.OPORTETO.
QVOIVS.AVSPICIO.CAPTA.DIS. PIACVLVM.DATO.

Locus Plutarchi in promptu eſt, vnde hæc hauſimus. in eo autem habetur, præſcripſiſſe Numam in hac lege, vt prima ſpolia capta Ioui Feretrio conſecrentur, ſecunda Marti, tertia Quirino: præmiumq. ſit primis aſſes trecenti ſecundis ducenti. tertiis centum.

*Obſcum*) *Opſce* pro *Oſce* in Titinij verſſu ſunt qui legant eo modo, quo *opſtinatum* pro *obſtinatum*, & alia his ſimilia, quæ infinita pæne reperiuntur quos. ego non moror, quo minus legãt, vt lubet. qui vero Opicum, in Opſcum mutandum cenſent, eis plane aſſentiri non poſſum. Nam verum eſt quod ait Feſtus *Opicum* in antiquis commentariis pro *Oſcum* inueniri, & pro Opice Titinium, Oſce dixiſſe. Opici enim & Oſci iidem ſunt. hoc vt credam, quib. argumẽtis adducar, docebo. Liuius dicit Fregellas Sidicinorum agrum, deinde Volſcorum fuiſſe hoc idem eſt, ac ſi pro Sidicinorum dixiſſet Oſcorum. nam Sidicini, Oſci ſunt. Strabo lib. Σιδικινῶν οὗτοι δὲ ὄσκοι cum itaque Liuij locum imitatus Stephanus pro Sidicinorum id eſt, Oſcorum, poſuerit. ὀπικῶν manifeſtum eſt, Opicos & Oſcos eoſdem eſſe. Φρέγελλα, inquit, πόλις Ἰταλίας, ἣ δὲ χώρα ἀρχαῖον ὀπικῶν ἦν, ἔπειτα δὲ Οὐολούσκων ἐγένετο. In fine videtur legendum Augures Publici populi Romani, ex loco ſimili in Publicus ager.

*Obiurare*) Vide in *Obitu*.

*Ommentas*] Placidus in gloſſis. Ommentat, expectat. dictum a mantando i. diu manendo.

*Obſidionalis*) Pro *diuerſorum*, in epitoma eſt. *vniuerſorum*.

*Obſtitum*) *Qui deo, qui deæ*, in margine emendauimus, ex antiqua formula inſcriptionis Fratrũ Arualium, in qua eſt. SIVE. DEO. SIVE. DEAE. Vide Macrob. Saturn. lib III. c, IX. Si Deus. Si Dea, Cato de re ruſtica c. LXXXIX. Agel. li. II. c. XXVIII. Arnob. li. III.



*Obſidium*) In exemplo Salluſtij legendum *coepit*, pro *cepit*, Tacitus. lib IIII. Obſidium cœpit per præſidia, quæ opportuna iam muniebat.

*Obſtitum* in verſu Licinij, ſiue Cæcilij pro *cunicula* videtur legendum *tunicula*, vt in margine notauimus.

*Optima lex*] In ſchedis tantum ſpatij relictum eſt, quantum ad reponenda duo verba, quæ in margine notauimus ſatis eſt. *Magiſter populi*, pro *a populo*, item *magiſtrorum* pro *magiſtratuum*, vt eſt in ſchedis, legendum putamus. De antiqua vero formula, VTI. QVOD. OPTVMA. LEGE FVAT, Videndus Agellius lib. I. cap. XII. & Liuius lib. IX. in fragmento legis Agrariæ apud me eſt. VTEI. QVOI. OPTVMA. LEGE. PRIVATVS. EST.

*Oppidorum*) Nomen *Catonis* in ſchedis adiectum opinor ab aliquo qui putarit a Feſto indicari libros Originũ M. Catonis, cum tamen hic agatur de etymo oppidorum Sed poſſum falli.

PA ſic, do, pro, domo. Vide Auſonium.

*Prædotiunt*) Ita in ſchedis, & recte. nam antiqui, o, pro u, ponebãt. Vnde in columna Duilij eſt, EXFOCIONT Vide in *Orcus*.

*Priuiclioes*) Cum ita ſit in ſchedis, opinor legi debere, *priuicloes*, vt *aboloes*.

*Pilare*) Scribendum: *Græci enim, fures*, φιλῆτας dicunt Seneca. epiſt LII. lib. VII. Voluptates præcipue exturba, & inuiſiſſimas habe latronum more, quos Aegyptij philiſtas vocant.

*Picati*) Heſiodi antiquus interpres in Theogonia, dicit Boeotios. non Dorios vt Feſtus ait, Sphingem ita appellare. Φίκα δ' αὐτὴν οἱ Βοιώτιοι ἔλεγον.

*Petrarum*) In ſchedis *Leuius* eſt pro, *Liuius*. Vnde ſuſpicor *Læuium* poetam indicari, de quo Agellius lib. XII. c X. licet ibi quoque Liuius ſit mendoſe. cum antiquiſſimus liber habeat, Læuius.

*Pictor Zeuſis*] In ſchedis ita ſunt hæc verba deprauata, vt tamen ad veram lectionem eliciendam quaſi manu du-

cant, cum in eis ita ſit. *cum verſiculos quoque adhæreret tuleārit & ſeptos pati ſed nullius prætoris prætexto nomine.* nos emendauimus *cum verſiculos quoque ea de re rettulerit, & ineptos ſatis, & nullius pretij prætexto nomine.*

*Piſalitē*) Ita eſt in ſchedis pro *Piſatilē*. & ita videtur legēdū.

T*Agax*) Lucili verſus ita emendandus. *Et mutonis manu perſcabere poſſe tagacem.*

*Tationis*) Liber manuſcriptus habet, *rapit* pro *rupit*; vt fortaſſe, *rapſit*, ſit legendum. Vide ſupra in *Pacionem*.

*Tappulam*) Vide in Sodales.

*Trientem*) Pro verbo *decima* magis placet de *deditione*. & infra legēdū. *Itē ſi tres aſſes ſunt, & quadrās, quartus dicitur* &c.

*Tripudium*) Deſiderantur hæc in aliis editionibus. Supra in *Puls*, Tripudium, inquit, id eſt terripauium. pauire enim ferire eſt &c. *Tripudium dicebatur in auſpiciis*, videtur fuiſſe in exemplari. deinde Feſtus afferebat exemplum ex aliquo ſcriptore diſciplinæ auguralis. Quod autem addit *pauimenta* dicta eſſe a pauire, & pauire a Græco παίειν, ſi verū eſt, verū erit & illud, paire pro pauire antiquiorib. in vſu fuiſſe cum paimenta pro *pauimenta* in vetuſtiſſima inſcriptione ſit.

*Titinnare*] Pro *molle*, vel vt alij emendauerunt, *mollem*, in ſchedis eſt *molæ*, eaq vera lectio eſt.

*Tributorum*) Opinor in exemplari fuiſſe, *cenſus populus*, & deinde verbum *poplus* in *alius* mutatum. extant lectionis antiquæ veſtigia in ſchedis.

*Tentipellium Indeq.* pro *idem*, melius in ſchedis.

V*Icis*) In ſchedis integra lectio habetur, & emendata. Nam *paci*. antiqua ſcribendi conſuetudine dictum eſt, pro *pagi*. ſupra in *Orcus* Per c. inquit, litteræ formam, nihilominus c. vſurpabant. & in columna Duiilij MACISTRATOS reperitur & LECIONES. Reliqua etiam emēdatiora in ſchedis. *Altero, cum id genus ædificiorum definitur, quæ continentia ſunt his oppidis, quæ itineribus, regionibuſque diſcriminis cauſa ſunt diſpartita.* & in fine, *in oppidi vicis*, & *vicani*, vtroque loco habent ſchedæ.

*Vigintiquinque*) Agellius lib. xx. c. i. Si iniuria alteri faxit, vingintiquinque aeris poenæ ſunto. Sed *aeris* puto adiectum. Vide Plinium lib. xvi. c. i.

*Victimā*) In ſchedis eſt, *ob hoſtes victos, pro ad hoſtes victos*



parua mutatione. nam Auguſtiniana emendatio nimis abeſt antiqua ſcriptura pro *vincta* in ſchedis eſt, *victa*. vt fortaſſe, *vitta* ſcribendum ſit. nam boues auratis cornib. vittis ornati, & ſertis ad aram ducebantur, præterea Seruius in II. Aen. ita. ita ſcribit. Solutæ ſunt hoſtiæ, nam piaculum eſt in ſacrificio aliquid eſſe religatum, ante enim ligabantur. Sed nihil mutandum cenſeo.

*Viæ*) Deſideratur hæc vox in alijs editionibus in ea vero Feſtus agebat, vt ex reliquiis eius apparet. de viis publicis, & priuatis. & antiquam legem referebat de viis muniēdis, iiſdemque lapide ſternendis, vt quæ ſtratæ lapidib. eſſent, per eas iumēta agere liceret. Extat inſcriptio in quodā denario Auguſti, QVOD. VIAE. MVNITAE. SVNT.

*Vaſtum*) videndus Nonius in *Vaſtitudine* apud quem extat verſus Pacuuii ex Teucro, quem hic Feſtus citat, vt nos emendauimus.

*Ve victu*) In ſchedis eſt *Brennus rex*, pro quo in margine alia manu, eius fortaſſe, qui ſchedas illas cum exemplari antiquo contulit, dux pro rex notatū eſt, & *penſum* pro *appenderetur*.

*Vecors*) Exempla Pacuuij, & Nonij deſiderantur in alijs editionibus.

*Vacerra*) Pro *malefica vecordia* in verſu Liuij, niſi *malefice vacerra* legamus, non video cur Liuium citet Feſtus.

V*iere*) Hæc quoque in aliis editionib. deſiderantur. Ennij verſus extat apud Varronem li. IV. de ling lat. apud quē *malaci* eſt, vt in ſchedis.

V*eruta*) Ennij verſus deeſt in aliis editionib. nec in ſchedis integer habetur, aut emendatus ſatis.

*Vruat*) Placidus in gloſſis. Oburbas, circumſcribis. dictū ab vrbo. Verſus Ennij emendatior in ſchedis.

*Vngulus*) *Nacta*, legendum. & *ſiquis requiret*. pro corrupto autē verbo, *elirio*, in ſchedis eſt, *ebrio*, quæ vera lectio eſt

*Vnciaria*) Quæ ſequuntur. quo pertineant, querendum. incerta item ſunt. quæ poſt verbum *Ventabant*, habentur.

*Vindicias*) In exemplo XII. tabularum, quod in fine adducit Feſtus, ſchedæ *ante arbitros* habent amplius dimidiatum verbum . , *tor*, vt integrum fortaſſe fuerit, *Ptor* & ita ſit legendum, *Prætor arbitros tres dato.*

FINIS.

# ANNOTATIONES
## ET CASTIGATIONES
## Doctorum virorum.

*In Sex. Pompeium Feſtum eiuſque epitomam nunc primum in lucem editæ.*

## LECTORI S.

ANNOTATIONES & caſtigationes in Feſtum Pompeium eiuſque epitomam varie in doctorum virorum libris variis diſperſas tranſcribi & in vnum quaſi corpus componi, vtque commodius vſui tuo, lector, ſeruirent hic apponi curauimus. quod ex re tua eſſe vel inde diſce. Feſtum vnus omnium optime edidit Scaliger, in eumq; caſtigationes ſcripſit: & tamen alibi etiam multa ad hunc auctorem annotauit, quæ in iſtis caſtigationibus fruſtra quæras. Igitur ne omnes paſſim libri tibi peruoluendi eſſent; voluimus hunc laborem tuum noſtro labore diminuere. poteramus & alia adiicere: ſed ad finem properantibus omnis mora eſt moleſta. faciemus tamen vt, quantum bonorum librorum quotidie creſcit copia, tantum etiam huic libello in dies accedat. Vale & fruere.

*Scriptores, à quibus hæc ſumus mutuati.*

Adrianus Turnebus.
Angelus Politianus.
Barnabas Briſſonius
Gulielmus Canterus.
Hadrianus Iunius.
Iacobus Reuardus.
Ioannes Brodæus.
Ioſephus Scaliger.
Iuſtus Lipſius.
Ludouicus Carrio.
Lucas Fruncerius.
Obertus Giſanius.
Petrus Pithoeus.
Philippus Beroaldus.
Simeo Boſius.



### A

*ANclare*] multi cenſent, *anclare*, & *exanclare*, dicendum eſſe *antlare* & *exantlare*, à verbo Græco ἀντλεῖν. à quibus diſſentio, & *anclare* puto eſſe, *anculare*, id eſt, haurire & miniſtrare: vnde & ancillarum nomen. Liuius Andronicus:

*Florem anculabant Liberi ex carcheſiis.*

Quod ſi ab ἀντλεῖν deducitur, vt Feſto videtur, certe littera mutatur. Turnebus Aduerſ. lib. III. cap. X.

*Arferia aqua*] ab afferendo nomen habet. nam priſci præpoſitionem, *ad*, in *ar*, ſæpenumero mutabant: vnde & *arceſſo* & *arueho* apud Catonem de re ruſtica cap. 135. eſt igitur, *arferia*, quaſi *adferia*. Turnebus ibid.

*Aſſiratum*] Romanis ipſis non ignota cruenta potio, quæ, *aſſiratum*, iis dicta, quod *aſſir* ſanguis, vt aiunt gloſſæ. Feſtum in, *Aſſirato*, ita capio & ſi fortaſſis ea potio olim in ſacris, quod ſuadere videtur Salluſtius in Catilina, ait enim conſuetum id in ſolemnibus ſacris. Lipſius ad lib. XII. Annal. Taciti.

*Attinge*] ſcribendum, *attingem*, pro *attingam*, ſic primus emendauit Lipſius Variarum libro. IIII. cap. XXVII. cuius verba ſunt. *Dice*, pro, *Dicam*, *attinge*, pro, *attingam*, veteres vſurpaſſe ſæpius reperies. quod certe corruptum vbique apud eum iudico, &, cum ex Quintiliani certa auctoritate conſtet, Catonem, Cenſorium vetuſtioreſque alios ea, quæ nos, *dicam*, *faciam*, efferimus, *dicem*, *faciem*, pronũtiaſſe: audacter apud Feſtum iis locis omnibus corrigendum pronuntio, *attingem*, pro *attingam*, &, *dicem*, pro, *dicam*, ſimiliaque omnia.

*Anguſtus locus*] *aues paſtæ*, id arbitror de tripudio ſoliſtimo intelligi, cum pullarius auibus offam dabat. nam ſi paſcerentur, bonum erat augurium: ſi non paſcerentur, malum. *Claudius Pulcher*, inquit Suetonius, *apud Siciliam, non paſcentibus in auſpicando pullis, ac per cõtemptum religionis mari demerſis, vt biberent quando eſſe nollent, praelium nauale iniit, ſuperatuſque eſt.* & Aſconius ſcribit dici ſolitum magiſtratum ineuntibus: *aues paſcunt*. Cicero de diuinatione: *dicito ſi paſcuntur*. Turnebus Aduerſ. lib. XXIIII. cap. XII.

*Affecta*] alludere videtur ad illum Plauti locum, qui in Rudente exſtat:

*Accipiam hoſpitio ſi nox venies veſpere*
*Item vt affectam.*

*Ambactus*] Lingua Gallica dicitur, *actus*, & *ambactus* ſeruus mercenarius, vt circumactus dicitur. Hanc vocem vſurpauit Cæſar commentario ſexto: *Ita plurimos circum ſe ambactos clienteſque habet.* Ambacti autem erant apud Gallos, qui ſe nobilibus in ſeruitutem dicarant: quod circum illos acti eſſent. In lexico Latino Græco *ambactus* ſic explicatur: δοῦλος μισθωτός, ὥς ἔνιοι. ita ab Ennio Cæſar hoc vocabulum mutuo ſumpſit. Turneb. ibid.

*Annus*] *Annus ex Græco venit, quem illi* ἔνον *dicunt, & quod nos trænnium, illi dicunt* τρίενον. Hæc ſic in Feſti codice reſtituenda cenſeo. Turneb. ibid.

*Aurum*] *Aurum dictum eſt, quia præcipue cuſtoditur. Græce enim* ὠρεῖν *cuſtodire dicitur.* Hanc lectionem videor iure affirmare poſſe, non quæ obtinuit. Turneb ibid.

*Andruare*] *à verbo Græco*, ἀναδρᾶν. lege: ἀναδεχμᾶν, aut ἀνδεχμεῖν. Turneb. ibid.

*Acus*] *cum ſarcire* lege: *quod ſarcire*. Turneb. ibid.

*Aeditumus*] Non aſſentitur Feſtus Tullio, nec Varroni, qui inter *æditimum* & *æditumum* nihil intereſſe cenſent: ſed & M. Tullius in æditimo, *timum*, productionem vocabuli cenſet, pro *intimo*, Feſtus accipit. Quanquam non ſatis apparet an ſignificatione diſtinguat, quæ notatione diuidit. Turnebus ibid.

*Attauus*] lego: *quia Atta eſt aui, id eſt, pater*, vt pueri vſurpare ſolent. nam quod, *tata*, ſcribunt, id vero tale eſt, vt ex eo *tatauus* non *atauus* formari debeat. cum autem, *Atta*, auum ſignificet, vt Feſtus in verbo, *Attam*, explicat (hanc enim vocem eſſe iuniori ad ſeniorem honoris cauſa tamquam ad auum refert) tamen pueri, *Attam*, pro patre dicere ſolebant. Turneb. ibid.

*Arbitrium*] Putant Iuriſconſulti nullum eſſe verbum Latinum quo ſententia arbitri vocetur. Itaque ipſi verbum cuderunt *laudum*, vt vere dicam illaudatum. Ego arbitrium poſſe dici arbitror auctore Feſto. *arbitrium*, inquit, *dicitur ſententia quæ ab arbitro ſtatuitur. arbitrium autem cum adhuc res apud arbitrum geritur.* Proin-



de incerta eſt & dubia controuerſique iuris, & in voluntate poteſtateque & arbitrio alterius: quo factum eſt vt Plautus certum arbitrario opponeret, quod inuito aliquo & ingratiis futurum eſſet.

*Hoc quidem profecto certum eſt non arbitrarium.*

Turneb. ibid.

*Ambrices*] lego, *ambrices*, regulas eſſe non tegulas. id quod ſenſus ipſe declarat. ſed & Francorum lingua, quæ articulo addito tabellas, quibus lacunaria texuntur aut ædes obducuntur lambrices vocat, quod cum fit ædes lambricari pro ambricari dicitur. Turneb. ibid.

*Aquarij*] hinc puto hanc ſignificationem manaſſe, quod aquarij dicebantur, qui aquam in ædes portabant, qua plurime egent, ad balneum ſeque eluendas mulieres. apud Plautum meretricula dicit:

*Aggerundaque aqua ſunt viri duo defeſſi.*

Hac occaſione amorum internuntiis ſolebant eis vti: Hinc Iuuenalis:

*Veniet conductus aquarius.*

Septimus florens: *primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tũ ſicarij venenarij, magi.* *Aquarioli* autem per deminutionē ad contemptum, vt in viliſſimis & omnium viliſſimi ipſi dicuntur. Lampridius in Commodo; *Aquam geſſit, vt lenonium miniſterijs probroſis natum magis, quam ei loco crederes, ad quem fortuna peruexit.* nos addito, m, *macarios* appellamus, reperi & in lexico Latino-Græco aquarium ὑδροφόρον eſſe, & aquariolum βαλανέα, ſed & baccarionem πορνοδιάκονον.

*Artatus*] à vetere critico exponitur, πάντεχνος, δαίδαλος. Turneb. lib. xxiiii. cap. xxxi.

B

*Bitienſes*] *betere*, dicebant veteres, pro, *ire*, non, *betare*. Hinc forte *Betienſes*, pro, bitienſes, legendum apud Feſtum. Hinc *perbitere, præbitere, interbitere.* Giſanius indice Lucretiano, *Dubitare*.

*Blennus*] ſic dicuntur, vt mucoſi, id eſt βλεννώδεις.

*Balathrones*] Gallicum peperere verbum, ſed paulum luxatum. nam bellitrones dicimus. Vernacula enim noſtra dictio balathronem potius ſapit, quam bliteum. Turneb. Aduerſ. lib. ii. cap. x.

*Bubleum* ] ſcribendum ſuſpicor , *byblinum* de quo Heſiodus

Εἴη πετραίη τε σκιὴ καὶ βίβλινος οἶνος.

Turnebus lib.xxx.cap.xxix.

C

COnitum ] legendum eſt , *Comtum*. Giſanius indice Lucretiano, *Comptus*.

*Cyprio boui*] eſt ex Sotadico Ennij:

*Prope ſtagna,genus vbi lanigerum piſcibu paſcit.*

Scaliger in Varronis librum IIII.18. quod annotauimus, vt diuerſitas lectionis vt rubique conſideraietur.

*Camellæ*] Virgines ſunt,mutatione c, in g, γαμήλιοι θεαί. Turnebus lib.III.cap.XI.

*Chalcidicum*] meminit Vitruuius lib.v.his verbis: *ſin autem locus amplior in longitudine Chalcidica in extremis conſtituantur.* nec prætermiſit Dio. ἐπειδὴ ταῦτα διετέλεσε, τό,τε Ἀθήναιον, καὶ τὸ χαλκίδικον ὀνομασμένον, καὶ τὸ βουλευτήριον τὸ Ἰούλιον τὸ ἐπὶ τῇ τοῦ πατρὸς τιμῇ γενόμενον καθιέρωσεν. nec prætermiſit Caſſiodorus in Conſulum faſtis. Videor etiam obſeruaſſe Chalcidicum pro cœnaculo poni. quod enim Homerus ſcripſit:

Γρηῦς δ' εἰς ὑπερῷ' ἀνεβήσετο καγχαλόωσα,

Conuertit Auſonius:

*Chalcidium nutrix greſſu ſuperabat anili.*

Turnebus lib.XVIII. cap.XXXIIII. Vide hac de re Lud. Carrionis emendat.lib.II cap. XVII.

D.

D*Ice*] Vide ſupra, *Attinge*, & infra , *Recipie*.

*Decotes togæ* ] malim, *decutes* , quod eſſet ſine flocco & quaſi ſine cute. Lipſius Elect.lib.I.cap.XIIII.

*Degunere*] legendum eſt, *degumiare*, non, *degunere* , id eſt, deuorare, deguſtare apud eundem diſerte ſcriptum eſt, *gumia,ingluuies*, inquit, *à gula dicta. Hinc & ingluuioſus, & gluto.gulo*, gumia, guttur. id manifeſto eſt à Græco γόμος , quod ſignificat πλήρωμα τῆς νεώς , ἕρμα. Saburrã Latini vocant. itaque qui nimis ſe ingurgitarent cibis ita dicti ab eo. Scaliger in Varronis libr. ſext. 80.

*Diſertiones*] Verius putarem , *diſortiones* , vt *conſortioni* opponantur. Turnebus Aduerſ. lib.III cap.XI.

*Deſinare* ] legendum eſt, *Deſinare*. multa enim verba



variis modis veteres efferebant. Giſanius indice Lucretiano ; *lautre*.

*Dagnades* ] *à mordendo nomen habent*. δαγνίδες ab Heſychio appellantur. δαγνίς , inquit , ὀρνέου εἶδος. Turnebus lib. XXVIII. cap. XIX.

E

EXiles & ilia ] *viarum*, id quale ſit *putando*, vt ait pœta neſcio qui , *euoluere nequeo*. ilia à viis ? qui poteſt ?
credo, quod ea ceu viarum in animalium corporibus
fungantur munere. quæ eſt hæc componendi ratio : aut
quæ eſt in vtraque voce ſyllaba, ſyllaba? immo littera pæne eadem. ſed ab *inarum* tenuitate *ilia* & exilia ſe deduxiſſe iis non difficulter Feſtus probauerit, qui alibi ita
ſcriptum eſſe meminerint : *Ilia dicta ſunt ab ina, quæ pars chartæ eſt tenuiſſima*. Ludouicus Carrio Antiq.elect. comment.I.cap.VII.

*Erctum citum* ] quod ait Feſtus, *Ercetum citum, quod ſit inter conſortes* : opinor legendum eſſe , non *ercetum* , ſed *erctum*, & ita decerno fultus auctoritate Tullij, qui in primo de Oratore ſic refert: *Iccirco qui , quibus verbis erctum cieri oporteat , neſciat , idem herciſcundæ familiæ cauſam agere non poſſit*. ex quo tamen ſcribendum videtur, *hercium*, non *erctum*. nam ita & apud Ciceronem legitur, & inde *herciſci* & *herciſcundæ* , Philippus Beroaldus in lib. I. Apulei de aſino aureo, item in lib. nonum.

*Erctum* ] Conſortioni diſortiones contrariæ ſunt, ſiquidem diſortiones, auctore Feſto , diuiſiones dicuntur patrimoniorum inter conſortes : ſoléntque ita fieri diſortiones, vt in primis coerceretur commune patrimonium, ac deinde cieretur. id enim his verbis , *erctum citumque*, legum Ro. tabulis contineri, & in iis *erctum* à coercendo, citum à ciendo dictum eſſe teſtatur idem Feſtus, cóque accedere videtur illud Seruij VIII. Aeneid. vt eſt in iure, *ercto non cito* , id eſt , patrimonio vel hæreditate coercita non diuiſa. ita enim arbitror eum locum ſupplendum eſſe. Ræbardus in l. lxxxv.§ quoties.de regul.iuris.

*Erctum* ] valere arbitror patrimonium diuiſum, diuiſam hereditatem. ſcribit enim Seruius in iure eſſe ſcriptũ, *ercto non cito*. quod interpretatur, patrimonio vel hereditate non diuiſa. Turneb.lib. III. cap.v.

*Egeria* ] *aluum conceptam. aluo conceptum* legendum cenſet Turnebus lib III. cap. V.

*Egretus* ] *Nyctegreſia* ea Homeri rhapſodia vocatur, quia maximo metu perculſis omnibus & conſternatis ob offenſionem pugnæ, nocte in caſtris ab Agamemnone excitantur, è ſtratis duces, & ad concilium vocantur. Turneb. lib. III. cap. V.

*Expreta* ] Hinc illud Bacchidum Plauti, Sc. *Nunc experiar*, explicandum eſt.

*It magiſter quaſi lucerna expretus vncto linteo.*

id eſt, *expertus*. experimur enim lucernas vncto linteo, quam bene luceant, accenſo ellychnio. non me latet tamen quoſdam in Feſto emendare experta. Turneb. ibid.

*Exercionem* ] emendandum reor ſic: *exercitionem, exercitationem*. Turneb. ibid.

*Exfaſilatum* ] lege; *Exfilatum*. Turneb. ibid.

G*Ralatores* ] *grallatorem gradu*. ſic in exemplaribus hic verſus legitur & á Feſto profertur. quod tamen in membranis pervetuſtis reperi, non indignum viſum eſt memoratu:

-- *Et clauatorem gradu.*

eſt autem *clauator*, qui claua vtitur, qui κορυνήτης Græce vocatur, ſed à Romanis *calones* qui ligneas clauas militũ gerebant ſic vocabantur. magnum autem eorum gradum fuiſſe certum eſt. quid autem vetat vtramque lectionem reperiri, in exemplaribus & defendi, cum Feſtus lib. 7. & 17. *grauaſtellum*, modo legat in eodem verſu, modo *rauiſtellus*? Turnebus lib. III. cap. XI.

H*Ippagines* ] quas Græci ἵππυς dicunt. tu emenda: quas Græci ἱππαγωγὺς. Demoſthenes: πεζὸς δὲ τὺς ἡμίσεσι τῶν ἱππέων ἱππαγωγὺς. deinde τριήρεις καὶ πλοῖα ἱππικά. Polibius, ἱππηγὺς vocat, Herodotus ἱππαγωγὰ πλοῖα. Brodæus Miſcellan. lib. II. cap. XXV.

*Haruiga* ] ſcribendum puto; *Aringa*. Heſychius: ἀρειχε, ἄρρεν πρόβατον. quæ ſcriptura reponenda in Varrone & Donato. apud quos mendoſe; *aruiga* & *haruga*. Scaliger in quartum Varronis. XXV.

*Haruiga* ] vt Velius Longus & ex Feſto Paulus, ſiue



*harugæ*, ſecundum Donatum in Phorm. Terent. Act. IIII. Sc. IIII. Briſſonius de Formulis lib. I.

*Halapanta* ] monſtroſi verbi monſtroſior explicatio. nam ſiue halopanta habet τὰ πάντα, Græco an Latinũ erit vocabulum, ſiquidem *halare*, pro *mentiri* quiſquam vſurpatum legerit: ſiue omnes decipiat ac fallat id non ἀλη ἄλη ſcribitur: nec ea tam fallentis eſt, quam errantis hominis: videtur ergo corruptum fuiſſe: hoc vocabulum ex Halophanta, quod in Plauto reperitur in Curculione, initio ſcenæ primæ quarti actus:

*Aedepol nugatorem lepidum lepide hunc nactu'ſt Phædromus*
*Halophantam an ſycophantam hunc magis eſſe dicam neſcio.*

quem quidem locum ſiue cum aliter legeret, ſic interpretandum, ſiue cum non intelligeret aliter legendum (vt videtur innuere doctiſs. Camerarius) cenſuit Feſtus: vtroq; modo negligentem ſe & ridiculum grãmaticum præbuit: Et quemadmodum huius interpretationem reiicio; ita nec Nonium recipio, qui vult Halophantam à conſuendis mendaciis dici. in qua eius etymologia vt verbum ὑφαίνειν vſurpatum agnoſco, ita mendacia vbi conſuat non video, niſi forte cum Feſto ἄλω pro mendacio ſumſerit. Quidam porro noſtræ ætatis Lexicographi, Nonium iuuare cupientes, Holophantem dici voluerunt. id quod non minus eſt, quam illa, ineptum; quamuis à magnis viris approbetur. Proxime omnium ad rem acceſſit is, quem modo nominaui, doctus vir: qui putat luſiſſe Plautum ficto nomine de ſale, re & ipſa vili, vt alterum fictum eſſet de ficis. Veruntamen nec hoc, quod parce tanti viri dixerim vndique ſatis facit. Quid ergo dicemus? aliquid ſaltem, vt iſta ne dicamus: atque exiſtimo primum, Curculionem paraſitum habitu nautico ſeu marino, quandoquidem è Caria per mare Epidaurium appulerat, ad Lyconem trapezitã veniſſe, vt patet ex verbis Choragi, *Ornamenta quæ locaui, metuo vt poſſim recipere*: ac pateret etiam magis, niſi, quod ego ſemper ſuſpicatus ſum, aliquot in hac comœdia ſcenæ deſiderarẽtur, actu tertio præſertim, qui vnam duntaxat habet. Sed ad rem. Dubitat igitur Choragus, vtrum paraſitum hunc, cui veſtes ſuas commodarat, holophantam potius, an ſycophãtam dicere debeat. Nam ſiue ad habitum eius nauticum

reſpiceret, tranſmarinus quidam non vrbanus impoſtor apparebat: ſiue ipſum hominem contemplaretur, nihil aliud quam permagnum ardelionem & ad fallendum atque calumniandum aptiſſimum comperibat: Iam paraſiti multi etiam ſycophantæ olim erant, ſi quid hoc nos iuuat. Hæc Gulielmus Canterus Nouarum lectionum lib. I I I I. cap. X.

*Holophanta* ] *Holophantam* crediderim fuiſſe non eum qui ob ficus duntaxat calumniam faceret, ſed ob omnia homines deferret: ſed cum apud Latinos immutata ſit ſycophantæ ſignificatio (nam ſycophanta Græcis eſt calumniator, Latinis eſt impoſtor) ſic & *holophanta* in omni re impoſtor, vel (vt ait Feſt. lib. 8.) qui omnia mentitur. Suſpicor igitur codices Latinos falſarios eſſe, qui *holophantam* pro *holophanta* exhibent: nonnulli etiam *halopantam*. ego tamen crediderim verbum imitatione ſycophantæ factum & amplificatione, vt non vnius rei delatio in eo verbo notaretur, ſed omnium inſimulatio contineretur: qui autem *halopanta* ſcribunt leui nituntur coniectura, quod omnia mentientem Pompeius explicet. ego illud *omnia* ineſſe in holophanta dico; & cum Plautus ſcribit in Curg. Sc. Ædepol nugatorem *holophantam an ſycophantam hunc magis dicam neſcio*, vicinitas nominum, & ſoni alluſio, & ſenſus amplificatio ab ea, quam ſcripſi, litteratura ſtant ſine controuerſia: ſi quis tamen pertinacius repugnet, equidem ei potius morem geram, quam contra tendendo hominem ad inſaniam adigam. Turnebus lib. X I. cap. V.

I*Nſanum* ] *pro valde magnum*. potius ſcripſerim; *inſanum magnum*, pro, *valde magnum*, nam reſpexit hunc Plauti verſum, *Inſanum magnum molior negotium*. Lipſius Epiſtol. Qu. cap. XX.

Iouiſtæ ] *compoſitum à Ioue & iuſtæ*. ineptiſſimæ ineptiæ. tentabat Scaliger, *ious eſto*. ſed abſiſtit, quia ſequentia arguunt vanitatem, quidquid verbi fuit, remoti aliquid fuit. Lego; *Ioſipſe* compoſitum ab *ios* & *ipſe*. ita enim antique pro *iſipſe*. vnum teſtem habeo ſed luculentum gloſſas veteres ab H. Stephano. *Ioſipſe*, αὐτὸς Lipſius Epiſtolic. Quæſt. lib. I I I. epiſt. XX.



*Ignis Veſtæ* ] *tabulam felicis materiæ*. corrigendum illum locum puto: *quibus mos erat clabulam felicis materiæ tamdiu terere*: nam atteritur lignum ligno, inde excudatur ignis. quid ſit *clabula* vel *clabola*, non ignorant, qui auctores rei ruſticæ legerunt. eſt autem Græcis σκύταλον, ὑπομοχλευτικὸς, à claua. Cato Mateolam vocat. poterat & legi; *taleam* ſed prior emendatio mutanda non eſt. Scaliger in Aetnam Virgilij.

*In non ſemper* ] *non ſemper abnutionem indicat, ſed interdum etiam pro additamento ponitur* ſic poſtrema hæc verba lego: quibus ſignificat vocem, *in*, plerumque incrementum addere verbis, quibus præponitur, vt ex his, quæ illic affert, exemplis patet. Briſſonius de verbor. ſignific. lib. I. *Abnutinum*.

*Induſtrium* ] *indoſtruum*, legendum eſt; *endoſtrium*. Giſanius indice Lucretiano; *endo*.

*Impenſum* ] *Impenſum* valet apud Feſtum, *nondum penſum*. itaque diſtingue. *impenſam ſtipem*, &c. Giſanius; *impenſus*.

L*Otos arboris genus* ] recte cenſet Feſtus. fatetur in quarto Athenæus indo *loton* pro fiſtula, vti buxum à Latinis vſurpari trado. Philippus: ἵμερον αὐλήσαντι, πολυτρήτον ἀπὸ λωτῶν. Alcæus: λωτοὶ δ᾽ οἱ κλάζοντες. Brodæus lib. I I. cap. X X V.

*Lacus Lucrinus* ] *primus locatur fruendus*, ſic illic legendum eſt. Briſſonius de verbor. ſignific. lib. V I. *frui*. & in lib. de formulis.

*Lectoſia* ] Cur Feſtus Lectoſiam inſulam ab Aeneæ conſobrina ibidem ſepulta dictam fuiſſe ait, cum de eo nihil exſtet à quoquam, quod ſciam, proditum. nec vero placere poteſt id quod alij commenti videntur, vt *Leucoſiam* ſubſtituant. Leucoſia enim non Aeneæ conſobrina, verum Sirenum vna fuit, quæ in Neptunium promõtorium à mari eiecta Leucoſiæ inſulæ nomen dedit. cuius rei teſtis eſt Lycophron Caſſandra:

Ἀκτὴν δὲ τὴν προὔχουσαν εἰς Ἐνιπέως
Λευκωσία ῥιφθεῖσα, τὴν ἐπώνυμον
Πέτραν ὀχήσει δαρόν.

tandem reperi non Lectoſiam nec Leucoſiam ſed Leucaſiam debere hanc inſulam dici. Id autem nos docuit Dionyſius Halicarn. cuius hæc ſunt libro primo verba: ἔπειτα νήσῳ προσέχουσι, ἣ τοὔνομα ἔθεντο λευκασίαν, ἀπὸ γυναικὸς ἀνεψιᾶς αἰνείου, περὶ τόνδε τὸν τόπον ἀποθανούσης. atque hinc Plinium, & Solinum vbi huius inſulæ meminerunt emendandos puto. Canterus Nouar. lect. lib. III. cap. x

*Lingulaca) auguratrix* hoc emendaturi quidam mutarunt in *garrulatrix* quod verbum plane barbarum eſt & inauditum. itaque malim ſubſtituere, *argutatrix*. vſus quidem vocis exſtat in caſina. Canterus lib. IIII. XXVIII.

M*amertini*] *vt ſi vellent eo malo.* hunc locum Librariorum incuria in Auguſtiniana editione corruptum arbitror. Pet. Pithoeus Aduerſ. lib. I. cap. VI.

*Molleſtræ) erant pelles.* ſic latini vocabulum Græcum deprauarunt & è μηλωτὴ *molleſtram* interpolarunt Turneb. lib. iii. cap. xi. & lib. xix. cap. xxiiii.

*Marſpedis) Imprecaticie ſolita vallium* emendandum puto: *in precatione ſolitaurilium & Saturnalium*, vidi qui putaret, ſed alterum illud approbo, iſtud non perinde amplector Turnebus lib. x. cap. x v.

*Meſancylum*). ſic in Gellio legendum cenſeo, *Meſancyla.* ita enim a Græcis iacula vocantur, ex eo appellata quod in medio haſtili amentum habeantquod verbum etiam in Pompeio deprauatum eſt. in eo enim meſancilum legitur, interpretaturque genus teli miſſilis Turneb. lib. xix. cap. xxxi.

*Manalem) Orci oſtium.* veteres, cum animas ad inferos deſcendere omnes putarent, multis locis eſſe oſtium Orci putabant, vt qua ſpiracula erant quæ odoris fœditate & grauitate animam adimebant & extorquebant: ſic in Auerno lacu oſtiũ eſſe Orci credebant vt eſt apud Cicero. lib. I. Tuſculanarum èvetere poeta. ſciendũm autem veteres illis in locis ſolitos eſſe potiſſimum necromantia vti, quod inde excitari animas Acherunte & huc redire crederent. ſed & in locis peſtilentibus oſtium eſſe Orci dicebant Plautus:

*Acheruntis oſtium in noſtro eſt agro.*

*Lucretius:*



*Ianua nec puteis orci regionibus illis credatur.*

dicebatur & manium poſtis. Turnebus lib. xix. cap. xxiiii.

*Mapalia) caſas Punicas* explicat Feſtus. in quibus quia nihil eſt ſecreti ſolet ſolute viuentibus obiici hoc vocabulum. hæc verba Feſti magno poſſunt eſſe auxilio ad explanandum Senecæ locum. adhuc Latinis hominibus, obſcurum, Ego, inquit P. C. *interrogare vobis permiſeram, vos mera mapalia feciſtis* quod eſt: vos diſſoluti fuiſtis & à doctrina receſſiſtis, inconditeque & perturbate omnia feciſtis, *magalia* autem & *mapalia* antiqua vocabularia χαλύβας interpretantur. Turneb. lib. xix. cap. IIII.

*Mulleos*] mulleos calceos regum Albanorum deinde patriciorum fuiſſe dicit, quos a mullando, id eſt, ſuendo appellatos refert, quid tamen ſi vocati ſunt a mulli rubro colore, cum purpurei eſſent, id equidem verius putem, & ab Iſidoro ſcriptum eſt, cui fauet Dio qui rubros calceos vocat nam de iis ſic in Iulio ſcribit. τοῦτο γὰρ ἐσθῆτι χαυνοτέρᾳ ἐν πᾶσιν ἐνεβρύνετο, ἢ τῇ ὑποδέσει, ἢ μετὰ ταῦτα ἐνίοτε ἢ ὑψηλῇ καὶ ἐρυθρᾷ χρώμενος κατὰ τοὺς βασιλέας τοὺς ἐν τῇ Ἄλβῃ ποτὲ γενομένους, ὡς καὶ προσήκων σφίσι διὰ τὸν Ἴουλον ἐχρῆτο. Hic Dio regum Albanorum calceos fuiſſe dicit, geſtatoſque a Cæſare, quod ad Albanorum regum genus ſtemma familiæ per Iulum referret. Qui magiſtratum curulem cepiſſet, inquit Cato, *calceos mulleos alutacinatos geſſiſſe, ceteros perones. Alutaci*, natos autem participium fictum à verbo, quod in vſu non ſit, formato ab adiectiuo *alutacinum* exiſtimo. vt enim dicitur ab *vncus*, vncinus, vncinatus: quid ni *ab aluta alutacinus alutacinatus*, dicetur? denique vt albo albatus, ſordido ſordidatus, ater atratus? *alutatos* alij cenſent emendandum Turneb. lib. xix. cap xxiiij.

*Mulleos*] Quia lunulos illos qui nobilitate apud Romanos præſtare videbantur in calceis tuliſſe refert in problematibus Plutarchus, idcirco dubium nõ videtur, quin Tertullianus per mulleolos calceos lunulatos, & per puros, eos qui ex puro corio ſine lunulis facti erant, qui perones appellantur, intellexerit. vel hinc potiſſimum, quod mulleis reges Albanorum primos, deinde patritios vſos eſſe ſcripſeritFeſtus eoque ſenſu calceos patricios eſſe accipiendos puto in hac inſcriptione: AEDEM. HONORI. ET. VIRTVTI. FECIT. VESTE. TRIVMPHALI.

CALCEIS. PATRICIEVS. nec ſane iiſdem vſi ſunt magiſtratus Romani calceis. ex iis enim quidam mulleis, quidam peronibus induebantur. curules magiſtratus mulleos lunulatos, ceteri perones geſtabant idque M. Catoné in teſtis eſt idem Feſtus originum libro ſeptimo ſcripſiſſe quo quidem in loco pro, *allucinatos aut alutatos*. aut *lunulatos* eſſe legendum recte vir quidam eruditus admonuit, per *perones* autem non ruſticos cum Seruio, ſed potius cum Tertulliano puros calceos intelligemus, quibus per niues, imbres, glaciem veteres etiam vſos eſſe Iuuenalis his verſibus auctor eſt Satyr. XIIII

*Nil vetitum feciſſe volet, quem non pudet alto.*
*Per glaciem perone legi.*

Eodem ſenſu *perones* accepiſſe videtur Sidonius Appollinaris epiſtol. lib. IIII. *Quorum pedes primi perone ſetoſo talos adv ſque vinciebantur genua, crura, geraque ſine tegmine.* Iacobus Ræuardus Varrorum lib. I. cap. VIII.

*Moenia*) *Neruolaria* exſtant hæc in Sticho Plautina: Turneb. lib. xix. cap. xiiii.

*Marica*] verſus ſunt qui adducuntur e Feſto, ubi, & piſcium nomina Greca mirum in modum deprauata ſunt, & luxata: qui ita reſtituendi ſunt

*Muriatica autem video in vaſis ſtanneis,*
*Bonam naritam, & caniarum & tagenia*
*Echinos fartos, conchas piſcanarias.*

*muriatica* vocat τὰ ταρίχηρὰ, quæ in muria Thaſia ſeruabantur, ea ita deſcribuntur in Penolo.

*Quaſi ſalſa muriatica eſſe autumantur*
*Sine omni lepore & ſine ſuauitate,*
*Niſi multa aqua & diu macerantur,*
*Olent, ſalſa ſunt tangere vt non velis.*

*Narita* dicitur oſtrei genus, quæ ΜΕΐΤΡΑΙΑ à Græcis *Camarum* ſcriptum eſt vno *in*, veteri conſuetudine: etiã apud Heſychium κάμμαροι *Tagenia*, ſunt piſces, qui & τηγανισταί, qui & ipſi ἐν ἅλμῃ ἐμβαφθέντες ἐπιτηδεύονται. vide Athenæum. *Echinos fartos* vocat, qui farciebantur, hoc eſt, *ſaginabantur* in viuariis, ſicut *conchas piſcinarias* quæ in piſcinis, Atque adeo *muriaticorum nomine Plautus, piſces eos omnes, qui ab eo enumerati ſunt comprehendit*. Et *ne dubites de hac correctione, audi quæ Plin. lib.* XXXII. *cap.* VIII. *de eare ſcribit*: Sic halex. *inquit*, peruenit ad oſtreas, echinos, vrticas. cammaros, mullorum iecinora: innumeriſque generibus ad ſaporem gulæ capit ſal tabeſcere. Satin aperte eoſdem piſces inter muriatica (id enim eſt halex, ὁ τάριχος) recenſuit, quos Plautus? Scaliger in lib. quartum.

*Muriatica* ] ſcribendum in Varrone diu putaui *& canatæ* : ad formam ſcilicet & ſimilitudinem pernæ caninæ: vtrarumque meminit Plautus apud Feſtum.

*Muriaticam autem video in vaſis ſtanneis.*
*Naricam bonam & canatam & comaquinas.*
*Fartas & conchas piſcinarias.*

ſed cauata in Plauto potius ſit pulpa, & caro canis marini eiuſque ſalſamentum: Nunc Strabonis auctoritate adductus, ſequanicæ legendum arbitror. Nam de ſequanis loquens ait, libro 4. Coſmogr. ὅθεν αἱ κάλλισται ταριχεῖαι τῶν ὑείων κρεῶν εἰς τὴν Ῥώμην κατακομίζονται. nec dubitabo in Plauto *Sequanicam & comacinas* legere, cum verſus menſura eam lectionem videatur poſtulare: ſenarius enim iuſtus eſt.

*Naricam bonam & ſequanicam & comacinas.*

Editiones tamen optimæ *& cauatam* & *tagumaquinas* nobis obiiciunt: imo & *canutam*. Quare Academicos ſequuti ſententiam ſuſtinebimus, & alij diſceptanda hæc potius relinquemus.

*Nec coniunctionem* ) *cuſtos neceſſit* legendum *cuſtos nec eſit* Gifanius. *eſcit*,

*Nec*] legis duodecim tabularum particulam & veſtigiis ſic legẽdam puto: *aſt ei cuſtos nec eſcit eſcit* enim pro erit veteres dicebant & *ſupereſcit* pro *ſupererit* in Ennio obſeruat Feſtus hoc verſu.

*Dum quidem & vnus homo Romæ totæ ſupereſcit.*

& in Lucretio *eſcit* etiam reperitur lib. I.

*Ergo inter rerum ſummam minimamque quid eſcit.*

Antonius autẽ Auguſtinus rectiſſime & ingenioſiſſime dicit in ea lege xii. tab. *Si adorat furto, quod nec manifeſtum*

*erit adorare* eſſe agere. ſed & *perorare* pro *agere* videntur vſurpaſſe decemuirales tabulæ: *cum perorant ambo præſentes*, id eſt, cum ambo præſentes, agunt, poſtulat. Turneb. lib.x. cap.xv.

*Nictare.*] Verſus Ennianus de venatico cane perquam elegantes ſic legendos arbitror:

*Veluti quando vinclis venatica velox*
*Apta ſilet canis, forte feram ſi ex naregai*
*Senſit, voce ſuam nictit vlulatque ibi acute.*

Turnebus ibid.

*Nictare.*] Ennij verſus valde ſunt contaminati, quos ita legendos puto:

*Veluti ſiquando vinclis venatica Venox*
*Apta ſolet: ſi forte feram ex nare ſagacè*
*Senſit, voce ſua nictit vlulatque ibi acute.*

Giſanius indice Lucretiano, *nictari*.

*Nundinalis.*] Nundinalem coquum videtur Feſtus apud Plautum, quantum è ruderibus & parietinis eius coniici poteſt velut nouendiale interpretari, qui nono demum die coqueret vt a Plauto iocante dicitur, ſeque explicante in Aulularia. Turneb. ibid.

*Naualis*) *columbaria in naue appellantur ea, quibus remi eminent* ſic enim foramina per quæ traiicientur remi nominantur vetus eſt ſcriptura, *rem geninent*. vnde natus error i litera diuulſa & cum vocali & coniuncta g ſonum reddente. ibidem Feſtus: *Non ego* inquit Plautus *te noui naualis ſcriba in columbari impudens* de vinculo colli accipi poſſet: ſed & *naualis ſcriba* dici amarè poſſet is, qui aliquando ſocius naualis & nauta fuiſſet, & inſoleſceret poſtea quod ſcriba eſſet factus interpretatur: tamen feſtus de *columbari nauis* id eſt foramine, quia traiicitur remuis in triremi foramen autem illud aſcoma operiebatur muniebaturque. Suidas: ἀσχώματα τὰ ἐν ταῖς κώπαις σκεπάσματα ἐκ δέρματος οἷς χρῶνται ἐν ταῖς τριήρεσι, καθ' ὃ τρῆμα ἡ κώπη ἐμβάλλεται. melius ergo fit vt ſocij nauales qui in claſſe militabant, infirmi erant ordinis: ſic *nauales ſcribas* infimos & contemptiſſimos ſui ordinis intelligere Turneb. ibid.

*Necumquem*) diſtimque & ſcribe: nec vniquem *pro, nec vniquem quemquam.* Giſanius, *Quæcum*.



ORcum) *Vragum*: apage non dixit hoc Verrius ſed *Vrgum* duabus litteris mutantibus, nec inepte dixit. Lipſius Epiſtolic. Quæſt. lib. III. epiſtol. xx.

*Oræ*] Cæcilius Aeſchrione:

*Oram reperire nullam, quod expedicun queo.*

hic ego, *qua me expediam*, non paulo concinnius ſcribebam & id Cæcilium ſcripſiſſe aſſerebam Lud. Carrio Antiq. lect. comment. cap. XIII.

*Opima*] *Vt quæ* ea ſcriptura, quæ in Auguſtini editione chartæ marginem inſidet. pro vera recipiatur, & ipſa verba nouum habeant initium, hunc in modum V T. Q V I. O P T V M A. lege F V E R I N T. adiici ſolet, cum quidam magiſtratus creatur. Carrio Antiq. lect. comment. III. cap. I.

*Oſtentum*] *Attius Bacchis: præſens, præſto*: propemodum deploratus locus, ſcribe.

*---Pentheus.*
*Paæſto Cerritus nobis ſe ſtupens vltro oſtentum obtulit.*

eſt enim ex Bacchis Euripi I. Scaliger in Varronis lib. quintum.

*Oſculana pugna*] quæ oſculana pugna a Feſto appellatur, & proverbij loco numeroque refertur de iis qui victi vincunt, ea Aſculana potius dici debet victoria. nam ad Aſculum ea depugnata pugna fuit aduerſus Pyrrhum, ſi Plutarcho credimus, quamquam apud Feſtum ordo ſerieſque verborum Oſculanam tuetur. Turneb. lib. III. cap. XI.

*Oſcines*] vulgo in picorum generalibus Martium audimus veteres etiam *picum feronium* non tantum Martium numerauere, vt in oſcinibus refert Feſtus. Turneb. ibid.

*Oſcines*] Oſcines aues Appius Claudius eſſe ait *quæ ore canentes faciant auſpicium, vt Coruus, Cornix, Noctua.* A L I T E S *autem quæ alis ac volatu, vt Buteo, Sanqualis, Aquila, Iimmuſſulus, Vulturius. Picus autem Martius, Feroniuſque & Parra & in Oſcinibus & in Alitibus habentur.* Quæ verba. vti a nobis deſcripta ſunt, recta eſſe indicat Paulus in voce, Alites his verbis. A L I T E S *volatu auſpicia facientes iſtæ putabantur*, Aues ait *aut* O S C I N E S *ſunt aut* P R AE P E T E S: *oſcines ſunt quæ ore futura prædicant.* P R AE P E T E S *quæ volatu augurium ſignificant, cum ſint proſpera.*

Higinius certe, referente Agellio lib. VI. cap. VI. PRAEPETES ab Auguribus appellari cenſebat aues, quæ aut oportune præuolarent, aut idoneas ſedes caperent: ſed nec ipſas tantum aues quæ proſperius præuolarent, verum etiam locos, quos capiebant, quod idonei felicesque eſſent PRAEPETES dictos Agellius exiſtimat. PRAEPETES autem aues quidam, vt ex Feſto diſcimus, inde dictas credebant quod ſecundum auſpicium facerent præuolantes, ſeque ante auſpicantem* ferentes: alij quod antea iudicarent, quam peteretur. Alij quod præteruolarent. Atque de Sanquale & Immuſſulo Paulus & Feſtus ſuis ſingulatim locis tractant, quibus addenda ſunt quæ Plinius lib. x. Natur. hiſt. cap. VII. tradit in hæc verba. *Sanqualem autem atque immuſſulum Augures Romani magnæ quæſtionis habent Immuſſulum aliqui vulturis pullum arbitrantur eſſe & ſanqualem Oſſifragae Maſurius ſanqualem oſſifragam dicit eſſe, immuſſulum autem pullum aquilae prius quam albicet cauda.* Buteonem vero, idem eiuſdem libri cap. VIII. accipitris genus eſſe ſcribit, Triorchen dictum a numero teſtium, familiamque Romæ ex eo cognominatam, cum proſpero auſpicio in ducis naui ſediſſet. Briſſonius de formulis lib. I.

*Occiſum* ] *Si hominem* Numæ legem reſtituendam puto *Si Hominem fulminis occiſit ne ſupra genua tollito id eſt ſi fulmine occiſus eſt ei iuſta nulla fieri oportet.* ſic enim totum illum locum legendum puto pro, *& alibi*, repoſuit, *id eſt*, cum ſciam eam particulam ſæpiſſime deprauatam eſſe vt in Feſto, *Nuncupata* lex eſt XII. tab. *Cum nexum faciet mancipiumque, vti lingua nuncupaſſit ita ius eſto id eſt, vti nominarit locutuſque erit ita ius eſto.* Vet. &c, ſic legendum puto & in numero: numquam Marti faciemus* volui id eſt, *nunquam nimium.* vulgo *idem eſt* Giſanius; Sanguinis, de quo eodem loco vide Epiſtolicas Lipſij.

*Obſtitus* ] Feſti liber deprauatus videtur & omnino legendum, *Obſtipus.* Giſanius. *Obſtipus.*

*Offerumenta quæ offeruntur* id ego de iis accipiendum putauerim, quæ in ſacris diis offerebantur vnde, vt ſuſpicor, natus eſt elegans Plauti iocus:

*Ni offerumentas habes plures in tergo tuo.*

vbi, *offerumenta*, vibices plagarum tergo oblatarum per-



quam ioculariter appellat. Turnebus lib. XVI. cap. XXII.

*Offucare* ] hinc putant, *infucare*, eſſe apud Plautum vinum aqua diluere, cum etiam aqua eius color infucetur: atque id merum *infucabant* quam, *infuſcabat* malunt, cum infuſcare verius putem, quod cum generoſi vini nigrior ſit color, dilutior mixta aqua fuſciorque reddatur. Turneb. ibid.

*Occiſum* ] Qui de cælo tactus erat Romanorum religione non cremabatur, ſed ſepeliebatur Plinio auctore: cuius verba ſunt, *hominem ita exanimatum cremari fas non eſt, condi terra religio tradidit* leges tamen Numæ ne ſepeliri quidem volebant, cum iuſta fieri fulminatis nollent. *Si hominem fulminibus occiſit, ne ſupra genua tollito.* huius legis hanc eſſe ſententiam ex iſtimo vt ſi quis Iouis fulmine ſit exanimatus ne ad ſepulturam tollatur. Turnebus ibid.

*Opima) opem cognominatam eſſe conſtituit.* non commiſerit vt opinor piaculum, qui *conſiuam* ſcripſerit, quod coxis cognomen fuiſſe legimus ſed quæ de opimis ſpoliis ſcribit è re fuerit cum Plutarcho conferre, quod & nos aliquando faciemus. Turneb. ibid.

PEnus) *ſæpire ſæptus diſſæptus*, ſemper ſcribenda ex auctoritate veterum librorum hinc emendari poteſt liber Feſti: *Penus vocatur locus intimus in aede Veſtae tegetibus ſæptus qui &c.* Giſanius indice Lucretiano, *ſaepta* II.

*Patagus* ] Legimus in Feſto *Patagum* morbi genus eſſe neque præterea quicquam reperimus: quod enim genus morbi ſit nobis cogitandũ reliquit vel ipſe vel eius abbreuiator. ferè crediderim morbum eſſe vitis, qui πάτταγος apud Theophraſtum ſcribitur: eius verba ſunt, κατὰ ἔνιοι κελεύουσι πάτταγον εὐλαβούμενοι vbi Theodorus πάσσαλον legiſſe videtur, cum papillum interpretetur. ac videtur hoc morbi genus eſſe, cum ſauciatur ligone in ablaqueatione vt ſit *patagus* plaga & percuſſio Turnebus lib. XVI. cap. XXII.

*Paſſer marinus* ) *ſtruthiocamelus.* qui cum ita volare ſoleat vt a terra ſe non tollat, ſed alarum paſſis velis vna remiget: idcirco Plautus ſcripſit.

*Vola curriculo iſthuc marinus paſſer in circo ſolet.*

Marinus autem vocatur paſſer, vt reor quod ex Africa in Italiam mari aduheretur. Turneb. ibid.

*Perſicus* ] Legendum, *Perſibus*, non, *Perſicus* quippe

ſimplex fuit.*ſibus*.Feſtus ,*ſibus,callidus* vel acutus . Scaliger in ſextum Varronis.

*Pedibus Obſitum* ] eſt pænunoſum, ſqualidum, vt grana quæ ſitum contraxerunt quod aliter dicitur *pedidum* vel *pædidum* . Titinnius.

*Rus detrudetur pedidoſus ſordus.*

vt male Feſtus aut Verrius legerit *pedicoſus* nam vel ſyllaba ipſa repugnat . Scaliger in Varronem de re ruſtica.

*Præcidanea*) Ait Nonius Varronem de vita P.R.lib.III. ſic ſcripſiſſe:*quod humatus nõ ſit herede porca præcidanea ſuſcipienda* Telluri & *Cereri aliter familia pura non eſt* Hanc porcam Gellius, Feſtus & Varro *præcidaneam* vocant diſſentiente Victorino , qui eam appellari *præcidariam* vult , non *præcidaneam* de Orthographia diſſerens. fuiſſe quoque porcam aliam , quæ in re & præſente mortuo immolabatur teſtis eſt idem Victorinus , eamque præſentaneam appellat . De qua porca dubium non eſt quin ſenſerit Feſtus cum ſic ſcriberet . *Præſ*. . . . *porca dicitur* &c. ita enim ea Victorini de orthographia libro reſtituendus eſt hic Feſti locus . *Præſentanea porca dicitur , vt ait Veranius, qua familiae purgandae cauſa Cereri immolatur* . nec dubito quin ea reſtitutio ſit & ad veram huius regulæ ſententiam accommodatiſſima & veriſſima. Rænardus comment. ad TIT. deregul. iur. ad L.CXXXVIII.

*Praecidanea* ] *glebam non obiecisſet*.hoc intelligo de genere ſepulturæ , quod per iniectionem glebæ fiebat , quod genus ſepulturæ omnium infimum erat, vſurpabaturque cũ quis in cadauer inſepultum inciderat.nam inſepultum relinquere nefas habebatur , quod porca expiandum eſſet ,id eſt piacularibus ſacris ſoluendum . Horatius.

*Licebit* Iniecto *ter puluere curras.*

inexpiabilem pæne fraudẽ fuiſſe id non facere oſtendit.

*Negligis immeritis nocituram*
Poſt *modo tenatis fraudem committere forſan.*
*Debita iura viceſque ſuperbae*
*Te maneant ipſum : precibus non linquar inultis,*
*Teque piacula nulla reſoluent.*

Atque eadem erat Græcis opinio & pulueris iniiciendi religio . Sophocles.

λεπτὴ δὲ ἄγος φεύγοντος ὡς ἐπῆν κόνις.



hanc ſaltem ſepulturam poſtulat ab Ænea , naufragus Palinurus , cum ait apud Maronem *Aut tu mihi terram iniice*. Sic etiam apud Halicarnaſſeum metu piaculi a populo ſepelitur Horatia , ἀλλα οἱ παριόντες αὐτὴν ἐρριμμένην ἐν ᾧ διεχειρίσθη χωρίῳ, λίθοις ἐπιφορήσαντες καὶ γῆν, ἐκήδευσαν ὡς πτῶμα ἔρημον κηδομένων.Iam hic non omittam monere, quod c.v. Petro fabro Regis conſiliario acceptum fero, cum in Feſto ipſiuſque breuiario omnis hoſtia , quæ vel frugum cauſa , vel mortui , cui iuſta quis non feciſſet, immolatur , præcidanea vocetur : a Mario Victorino culpari , qui eam ita appellarit , cum præcidariã dici debere pronũciet,dicatq; à præſentanea differre,q̃ præſente mortuo,quẽ conditurí ſunt,immoletur.Ergo auctore Fabro in Feſto vbi ſcribitur mutilate,*preſan* . . .*porca dicitur,vt ait, Veranius* , non dubitandum , quin legendum ſit, *praeſentanea porca* . adiicitur enim , *quod pars quaedam eius .ſacrificij ſit in conſpectu mortui* Turnebus lib. XVI. cap.XXII.

*Praeſent*. . .)erat & porca præſentanea cuius vocis, quæ in Feſti Pompei codicibus deſideratur , iactura ex Victorino in libro de orthographia ſarcienda eſt. Briſſonius de formulis lib.I.

Pe*tiſſant*)*ſaepius petant* puto legendum *petiſſant ſaepius petant* quamquam Priſcanus pitiſſo a πτύζω Græco deducere videatur lib. I. Giſanius petiſſere.

*Prandium* ) *ex Graeco*. . . . *eſt* . Quod hic deſideratur verbum Græcum nondum potui reperire : niſi quod ex Plutarcho , qui eandem videtur ſequi ſententiam certi quiddam licet colligere. Is enim octauo ſympoſiaco de Græcis aliquot Latinorum vocabulorum etymis diſſerens,hæc ait de prandio : ὃ δὲ ἄριστον ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ ὥρας. ἔνδιον γὰρ τὸ δειλινὸν καὶ τὴν μετ᾽ ἄριστον ἀνάπαυσιν ἐνδιάζειν· ἢ πρωΐνην τινα σημαίνοντες ἐδωδήν, ἢ τροφὴν ἢ χρῶνται, πρὶν ἐνδεεῖς γενέσθαι. quibus quidem verbis duplicem videtur afferre prandij etymologiam: : quaſi illud vel quod πρὸ τοῦ ἐνδίου vel quod πρὸ τῆς ἐνδείας ſumatur,ita dictum ſit quocirca Feſtus videtur vſurpaſſe, quoniam hic prandium proientaculo ſumit . antiquo more , ſicut & olim Græci τὸ ἄριστον . Heluetij contrà ientaculi nomen hodie prandio tribuunt Gulielmus Canterus libro IIII. cap.XXVX.

*Plorare* ] plorare apud priſcos erat quiritatu & ploratu auxilium petere, & appellare clamareque. Feſtus: *ſi parentē puer verberaſſit, aſt ollus ploraſſit parentes Diuis parentum ſacer eſt* ſic ferè corrigendum Feſtum crediderim in quo *verberit* nō credo recte legi aut poti⁹ *verberit* erit *verberet*, vt alio loco *vindicit* vindicet. Turneb. lib. XVI cap. XXII.

*Pales* ] *cuius feſta palilia.* dignum obſeruatu eſt, cum Feſtus palilia dici recte iudicet, Mario Victorino *Parilia* placere, palilia diſplicere ſic enim ſcribit *Parilia dicuntur non Palilia, non a Pale dea, ſed quod eo tempore omnia ſata arboreſque & herbæ pariant parturiantque.* Athenæus quoque lib. VIII. Parilia nominat, quæ ſua dicit ætate Romana vocata, condito vrbis genio & fortunæ templo. τὰ inquit παρίλια πάλαι μὲν χαλούμενα, νῦν δὲ ῥωμαῖα. Turneb. ibid.

*Pararium ae* ] a paribus, id eſt. duobus equis nomē habuiſſe arbitror. Turneb. ibid,

*Penatores* ] *Cato.* hac Catonis auctoritate adducti quidam *opinatores* in Codice Iuſtiniani *in penatores* mutandos cenſent. nos cum id extra cancellos noſtros ſit, pedem referemus, & iuriſconſultis ſua relinquemus, eorumque iudicio ſtabimus, tantum dicemus in antiquo vocabulario reperiſſe nos *opinatores* eſſe æſtimatores vel militares.

*Procum* ] Procos ſeruius Tullius in deſcriptione claſſium quam fecit. perantique vocauit patricios velut proceros velut proceres. ne id quidem mendo vacat, quæ mihi cauſa adſcribendi fuit Turneb. ibid,

*Produit* ] in cenſoria lege ſartorum lectorum habebatur *porticum ſartam tectam habeto prodito* quod eſt habeto & porro alijs redemtoribus dato hoc ideo retuli quod ſit mendoſum in Feſto & obſcurum Turnebus ibid. de hoc loco vide Ludouic. Carrionis Emendat lib. II. cap. V.

*Pilare* ] legēdum cenſuerim *Pilare & compilare* ſunt qui Græcæ originis putent Græci enim fures φιλῆτας dicunt pro *fares* quidem in Paulo legitur, *plures* ex quo *fures* eſſe faciendum etiam ante nos alij annotarunt. Quod autem iidem *piletas* in πιλήτας mutarunt, non puto elegantiori cuiquam probari poſſe. Ceterum quod ἀπὸ τοῦ φιλητοῦ deducit Feſtus, verbum, *Pilare*: neminem turbare debet, tametſi primæ vtriuſque litteræ



ſunt diſſimiles: quandoquidem iſta aſpiratæ in tenuem mutatio frequens in talibus contingit: quemadmodum & Feſtus ipſe in verbo, *Picati*, docet: cum quod Græci φῖκα, id Latini picum dixerint. Alioqui nemo neſcit Aeoles aſpirata tenuiter efferre ſolere. Similiter φάσκελον, quod nunc in mentem venit, Latini *Paſtolum* dixerūt, & per diminutionem Plautus. Rudente. *Paſcolum.* Atq. hæc cum primum edidiſſem, prodierunt mox doctiſſima doctiſſimi Turnebi Aduerſaria: in quibus quoniam eodem modo locum hunc emendauit, ea res nō mediocrem mihi lætitiam attulit nec mirum. nam & ille (at qualis vir?) placet interdum ſibi ſi quos habet, quamuis ſuppares ſententiæ ſuæ aſſertores. Canterus Nouar. lect. lib. I. cap. III.

*Præſiderare* ] ſimilis eſt apud Plinium prochimaſis, cui cōtraria epichimaſis eſt: in illa enim præcurrit tempeſtas, in hac poſt venit atque vt illud *præſiderare* eſt, ſic hoc poſtſiderare dici poſſet: & ſi Feſtus id in hieme, Plinius in anni tempeſtatibus accipit. Quod autem à ſideribus oriri videantur tempeſtates, cum hæ præteriere, redditaque cælo eſt ſua ſerenitas, confectum ſidus dici ſolet, vt idem Plinius lib. 18. ca. 25. tradit. Turnebus lib. III. cap. X.

*Picati* ] ſunt ſphinges apud Feſtum picæ. Vnde & apud eum *picati*, quanquam & *pici* & ſe *picatos* propagare poſſunt, qui Latinis ſunt auidæ illæ volucres feræ griphes vocatæ, aurum è cauernis penitus egerentes. Turnebus lib. III. cap. X.

*Pilare* ] dubium non eſt quin hæc à verbo Græco deducantur. Aeolico πιλητὴ, id eſt, *fur*, qui φιλητὴς ab Heſiodo vocatur, ſed Aeolum eſt aſpirationes in tenues mutare vt & in ſuperiore vocabulo pro σφίγξ, dorice πίξ & Aeolice φίξ, vnde Latinum verbum, *pica*, & *picatus*. Turneb. ibid.

*Piatrix* ] *ſimulatricem.* Mulieres, quæ olim alios ſolitæ erant expuere, vt eos qui ad dementiam lapſi erant, *ſimulatrices* vocabantur; opinor, quod multa ſimularent, & ſimulatis pro veris vterentur, quod & in ſacris facere ſolebant. Turneb. ibid. alioqui rebus diuinis deditæ mulieres *ſimulatrices* dicebantur, ſed & ſimpulatrices. idem lib. XVI cap. XXII.

*Piſcinae publicae* ] pro *obtuſo ore pugil piſcinenſis res eſt*:

ſcribendum coniicio:

*Obtuſo ore pugil piſcinenſiſque reſeſque.*

Turnebus ibid.

*Pullariam*] dicit Feſtus à Plauto appellatam fuiſſe manũ dextram, opinor, à palpandis tentandiſque pullis, id eſt, pueris. qualis erat pædiconum protetuorum manus, qui pullariam facere dicebantur. Turneb lib. III. cap. XI.

Q*Vintana appellabatur*] *Quintanam portam* dico eſſe nullam. Feſtus ſolus eam adſtruit, ego deſtruo, reponoque: *Quintana appellabatur pars in caſtris*, vel *ſimpliciter, appellabatur in caſtris.* nam, *porta*, nomen additum à Paulo non à Feſto. Quintanam certe portam non fuiſſe, ſed partem certam caſtrorum, vbi res venales, patet clare ex Liuio lib. XLI. *Praetorio deiecto direptis, quæ ibi fuerant, ad quaeſtorium, quintanamque hoſtes peuenerunt* Et lege ſequentia: videbis eſſe in mediis caſtris. Higinus: *In quaeſtorio maxime legati hoſtium & obſides, & ſi qua praeda facta fuerit in quaeſtione ponitur. Lateribus eiuſdem tendere debet ad viam Quintanam centuria ſtatorum vt poſticum praetorij tueantur.* Iſidorus lib. XV. cap. II. *Quintana pars plateæ quinta eſt, qua carpentum progredi poteſt.* via igitur. idemque diſces ex Polibij lib. VI. Suetonius in Nerone plane idẽ adſignificat cap. XXV. *Tabernulas etiam effringere & expilare, quintana domi conſtituta, vbi partæ et ad licitationem diuidendæ praedaè precium aſſumeretur*, non aliud ergo quàm violatior in vſum fori, à metatione agrorum inuento nomine, vt in porta Decumana. Lipſius ad lib. I. Annal. Taciti.

R*Ecipie*] Vide ſupra, *Attinge.*

*Recinium*] *eſſe dixerunt virilem togam.* diſtingue & lege. *Recinium omne veſtimentum quadratum ij, qui duodecim interpretati ſunt, eſſe dixerunt. Ver. togam, qua mulieres vtebantur prætextam clauo purpureo*, id eſt, *Verrius, togam.* ita corrigo: cum vetus ſcriptura ſit, *Ver. toga quæ.* Sæpe iſte abbreuiator Verrij ſententias cum aliorum opinionibus componit. quod & hic. Lipſ. Exiſt. Qu. lib. I. cap. VII.

*Reſecrare res &c. Reſecrare ſoluere religione, vt cum reus populum comitiis orauerat per deos vt eo periculo liberaretur, iubebat magiſtratus eum reſecrare, id eſt, populum religione ſoluere: ſcilicet vt ita demum populus religione teneretur, ſi is* qui per deos orauerat inſons innocenſque eſſet. Ita Fe-



ſtum ſenſiſſe Farneſiani libri veſtigia indicant. Pithoeus Aduerſar. lib. I. cap. X.

*Redantruare*] vruare eſt ita ſe iactare, vt ſurſum denuò excitet ſe. vnde *amburuare* apud Lucilium dicuntur Salij, qui eo modo corpora ſaltu reciprocabant.

*Præſul vt amburbat, ſic vulgus redantruat inde.*

At in Feſto & in Nonio mendoſiſſime verſus ille legitur hodie. Græce dicitur κυβιςᾶν, id eſt, κολυμβᾶν interprete Suda. quod Curetes, qui iidem Latine ſalij, faciebant. Scaliger in quartum Varronis 31.

*Rhonde*] *quo nomina.* lego, cognomina. nam reliqua feliciſſime doctiſſimus Turnebus emendat, Canterus lib. VI. cap. VI.

*Reus*] *de vi accitur. de via citur*, legendum eſt, quod, vt opinor valet, accuſatorem rerum citari de via, & rei nomine contineri. ſcio, *de vi accitur*, hodieque in Pompeio legi. ſed male coniuncta ius eſt diſtrahere. Turneb. lib. VI. cap. XVIII.

*Regieſcit*] gliſcere, creſcere. Feſtus: *regleſcit*, ita legendum puto. vulgo, *regieſcit*. Giſanius, *gliſcere.*

*Refriua faba*] Plinius lib. XVIII. cap. XII. integro verbo *referiuam* vocat. ſed illud, *te virtico*, homini Latino nihilo plus ſignificat quam Aethiopum ſtridor, aut ſtrepitus aquæ aut murmur apum. Sed putem ſcribendum, *è tritico.* hoc ſenſu: cum obſeuerant ſegetem, quia in agrum fruges tulerant, quod inauſpicatum videbatur domo eas exportaſſe, vt non redituras, ſolebant è ſegete aut ſtatim ſementi facta aut poſtea referre auſpicij cauſà domum pro tritico & frugibus: retuliſſeque fabam perinde erat ac retuliſſe fruges, & auſpicari earum reditum, ominarique earum reditum domum, non in agro ſemper remanſuras. Turneb. lib. XIIJ. cap. XXV.

*Remeare*] videtur ex Afranio ſenarius afferri cum hemiſtichio hunc in modum;

*Vetuit me ſine mercede prorſum Paucius*
*Remeare in ludum.*

Id eo moneo, quia quibus vnus videtur eſſe perpetuus verſus, ludum eludunt, aliudque ſubrogant.

*Raucos appella ....*] inueni *raua frumenta* eſſe frumenta arida & ſicca. nam cùm, vt è fragmento ſuſpicamur, de-

claret raucos ab ariditate vocis & gutturis appellatos, ab eadem ariditate nominatas ſubiunxerat, ſpicarum ariſtas & frumenta raua nimium ſicca & arida: niſi quis *ſtramenta* legati eodem ſenſu. quanquam alterum mihi magis probatur.

*Repaſtinare*] ſic integrabitur Afranij verſus:

Re*paſtinare ſenex tu ſexo fugis.*

At vbi ſcribitur, *Reque apſe bene meritus rem*, Haud equidem dubitem emendare:

*Bene meritus ſiem.*

Ac, vt opinor, candidum emerebitur calculum iſta correctio.

*Repotia*] Locus Pacuuij haud ſane repotus & tempeſtiuo conuiuio dignus eſt: ſed quo pro pedica ferarum venatores aut laqueo auium aucupes aut compede Grammaticorum auctores vti poſſint. ſic autem emendandum reor,

*--Ab hoc*

*Depulſum mamma pædagogandum accipit*

*Repotialis liber.*

Ac *repotialem*, credo, vocat qui ad repotia ventitare ſoleret, aut in repotiis liber factus eſſet.

*Reſtat*] *Impetus haud longe mediis regionibus rectat*, credo non male lectum iri.

*Rhonde*] ſcribitur ex Lucilio nænia pæne magica, *Rhondeſicadionque cum dixit Lucilius, quo nomina riparum poſuit, tam infeſtum ſibi corpus & valetudinem referens, quam illi eſſent ſaluti nauigantium.* Ego cum *Icadij* latronis mentionem apud Ciceronem eſſe ſciam, & in horum verborum latebris deliteſcere videam, non dubitabo legere: *Rhondo Icadionque cum dixit Lucilius nomina piratarum poſuit.*

Rod*us*] modo vt adiectio eſt, vt, *alius ſaxum rodum*, modo ſubſtantiuum vt & rudus in architectura: & cum molem, glebam, maſſam ſignificat: vt, *hunc rapere manibus rodus ſaxeum grande & graue.* & apud Lucilium in bolidis deſcriptione, qua vadum maris tentatur:

*Hunc catapiraten puer eodem deferet vnctum,*

P*lumbi paupillum rodus linique mataxam.*

Hic *rodus* eſt pondus, & *catapirates eſt*, quæ à Græcis καταπειρατηρία vocatur, à pertentandis vadis.



*Regreſcit*] à Feſto exponitur, *creſcit.* ſed cum glires indidem nomen habere videatur *regleſcit*, eſſe ſcribendum affirmo, pro, *regliſcit*, à *gliſco.* Turnebus lib. XIII. cap. XXV.

*Rutrum*] *Effigies in Capitolio ephebi erat rutrum tenentis*, & more Græcorum arenas ruentis exercitationis cauſa, vt opinor, qui athletis adſcripti erant, fodiebant arenam & ruebant pala vel rutro, quod genus exercitationis attigit Theocritus Edill. 4. ſic ſcribens:

Κἤχετ' ἔχοι σκαπάνιον τε καὶ εἴκατι τυτόθι μᾶλα.

R*uſſus*] R*uſceam* faciem pro colore ruſceo dixit Cato, qui è viridi rutilus eſt aut flauus. *Coronas aureas ruſcea facie, galbeas lineas, pelles, redimicula.* Legi & in antiquo lexico *ruſcum* pro ſordido, cui pro ſuo merito fidem quiſque addat vel detrahat.

R*ediuia*] quam omnibus in libris *reduuiam* appellari legimus, ipſa vocabuli origine adductus contra fidem omnium librorum & famam, *reluuiam*, libenter appellarem: cum præſertim à *reluendo reluuia* dicatur grammaticis, cum ſe cutis reluit, quod eſt, reſoluit circa vngues. quare & ſi improbum eſt contra omnium librorum fidem niti, tamen tenere me non potui, quin hoc adſcriberem: quod ita accipi velim, vt à me affirmari homines non putent ſed tantum moneri.

*Reus*] Lex XII. tab. exſtat, quam ſic legi debere cenſeo. eſt enim fœde contaminata. *nam in ſecunda tabula ſecunda lege ſcriptum eſt: quid horum verum fuit iudici arbitroue reoue, eo die defenſus eſto*: vel, *ſi quid horum vnum.* Scio hominibus eleganti doctrina perpolitis: *ſi quid horum vitium fuit iudici arbitroue reoue dies diffiſus eſto*, legendum videri: ſed nondum illi ſatis me mouent. arbitror enim cum in poſſeſſionem bonorum mitti ſoleret, ſi quis vadimonium non obiiſſet, nec defenſus eſſet, legem cauiſſe enim defenſum videri, ſi quid eorum, quæ enumerarat, vnum fuiſſet iudici arbitroue reoue.

R*eluere*] eſt Feſto reſoluere & repignerare: qua in ſignificatione vſurpatum eſt à Cicerone in Salluſtium, vt in optimo codice legi: *Vnde tu, qui modo ne paternam quidem domum reluere potueris, repente tanquam ſomnio beatus hortos pretioſiſſimos, villam in Tiburti C. Cæſaris reliquaſque poſſeſſiones paraueris.*

*Reciproco* ] verſus eſt ex Aſtraba Plauti,

*Quaſi tollemonem aut pilum Græcum reciproces plana via.*

vbi, *pilum Græcum*, eſſe arbitror genus pili, quo in Græcia pinſebatur: quale fortaſſe ab Heſiodo deſcribitur;

ὅλμον μὲν τριπόδην τάμνειν, ὑπερόντε τρίπηχυν.

quamquam illud Plauti pilum vt tolleno reciprocabatur: attollebatur enim altera parte depreſſum pondere aut viribus hominis, mox remiſſum deprimebatur & fruges pinſebat, quod in loco plano fiebat. Turnebus .ib. XVII. cap. VIII.

*Reciproco* ] In Aſtraba Plauti crediderim legendum, *quaſi tollenonem aut pilum Græcum reciproces plana via.* tolleno κηλώνειον eſt, quod ſurſũ deorſũ hinc inde tollitur, more oſcilli, & alternis hinc & inde ſuſpicit & deſpicit. Baſili⁹ de eo qui nõ ducebat rectos ſcripturæ ſulcos οὐκ ἐῶν ἀνανεύειν, καὶ κατανεύειν, ὥσπερ τὰ κηλώνεια, τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν ἀναγινωσκόντων. pilum quoque Græcum in pinſendo tritico vna deprimitur parte, altera attollitur more colonij. de eo loquitur Heſiodus, &c. Turneb. lib. VI. cap. XVI.

*Riuus* ] *ſpe conſilióve*. Hic quidam, *ære conſilióve* emendant. Ego legendum crediderim; ſpecu incilióve.

*Refriua* ] legendum auguror: *datantes reuertito ad rem diuinam faciendam.* vel potius; *te vindico ad rem diuinam faciendam.* immo vero improbatis his ſomniis legendũ reor: *è tritico ad rem diuinam.*

*Roma* ] *virginis tempeſtiuæ.* ea eſt matura viro & nubilis & formoſa velut ὡραία.

*Reciperatio* ] σύμβολα, ſi credimus Sudæ, appellat Demoſthenes 7. Philipp. quæ pacta conuenta ſunt ciuitatum inter ſe, quibus iura ciuibus vltro citróque redduntur. Turneb. lib. VI. cap. XVIII.

S*Vccrotilla*] Origo vocis ignorata enodationi notionis explicationíque officit. eam ſepultam conabor tanquam effodere; equidem à crotalo, aut voce Græca κρότος deductam puto cum diminutionis formatione vel certe vt Græca vox eſt fictitia, ſic de ſono Latina fuerit efficta.

*Subulo* ] eſt Feſto tibicen Etruſca lingua, hoc etiam vocabulum ſoni imitatione eſſe puto factum, vt ſit *ſubulo*,



tanquam *ſibilo.*

*Subuerbuſta* ] eſt ſub verberibus vſta, licentia & petulentia comica vocabulo è multis coagmentato ſic: *vrĩ virgis ferróque necari*, dixit Flaccus quamquam in eo vri per ſe etiam commode intelligi poteſt alio loco: *Ibericis perVſte funibus latus.* ſed & ſubuerbuſtum apud Septimium. Florentem in libro de Pallio reperimus, ſic enim ſcribit:, *Enimuero iamdudum cenſoriæ intentionis epiſcynio diſperſo, quantum denotatum paſsiuitas offert, libertinos in equeſtribus ſub verbuſtos in liberalibus dedititios in ingenuis ſcurras in forenſibus, paganos in militaribus.*

*Subſcudes* ] *cuneatæ tabulæ.* puto legendum quia quo immittuntur ſucceditur. Nam à ſuccudendo, mihi nomen videntur potius habere quam à ſuccidendo. Et ſi enim locus cui inſeruntur, excauatur, ſucciditúrque inde aliquid vt immittantur; cum tamen id fiat cudendo ſcalpris malleo percuſſis, & immittantur ictu mallei, non video cur non debeant potius à ſuccudendo quam ſuccidendo deduci. Quod ſi Feſtus à ſuccidendo ſcripſit, vt & fortaſſe fecit; ne ab eo libentiſſime diſſentio. ſed & qui *ſtrigores* dicuntur ab eo, explicantúrque denſarum virium homines vereor, *ſtrigones* potius nominandi ſint quamquam hoc in medio relinquo; nec affirmo. In *ſtrige* explicanda verſus adhibentur Græci valde deprauati, quibus reconcinnandis prodeſſet fortaſſe Heſychius, niſi & ipſe pari calamitate læſus eſſet: ſed quid vetat eius: audire balba verba? στρίγλος τὰ ἐντὸς τοῦ νέφους νυκτίφοιτον. καλεῖται δὲ καὶ νυκτοβοάς: οἱ δὲ καὶ νυκτικόρακα. hic profecto nemo dubitabit quin de nocturnis ſtrigibus loquatur, quas & à quibuſdam dicit exiſtimari nycticoracas, id eſt nocturnos coruos. Fortaſſe autem, vt aliquid conemur, & ſi non adſpirabit ſtudio forſan fauens Deus, ſic verſus non abſurde reſtituentur,

στρίγγ᾽ ἀποπέμπειν νυκτιβοάν, στρίγγ᾽ αὐτίκα λαόν,
ὄρνιν ἀνώνυμον ὠκυπόρους ἐπὶ νῆας.

vel: στρίγγα φθορολαόν.

In eas aues credebant mulieres ſagas magica cautione mutari. Ouidius:

*Næniaque in volucres Marſa figurat anus.*

*Sus Mineruam* ] *Varro &* *Euemerus.* legendum eſt. Eu-

*hemerus . non , Eumerus.* Iunius Animaduerſorum lib. VI. cap. XIII.

*Supernati* ] *Pœni & Catu.* de loci huius reſtitutione vide Politianum in miſcellaneis cap. lxxIII.

*Spicit quoque*] *Quod vbi rex.* In fragmentis Feſti ita citatur hic verſiculus Ennij :

*Quod vbi rex . . . . dulo ſpexit de contibu' altis.*

in aliis :

*Quod vbi paulo ſpexit de coribus celſis.*

puto legendum :

*Quos vbi rex pullos ſpexit de cortibu' celſis.*

Scaliger in Varronis de lingua Latina librum quintum. 61.

*Subulo* ] puto eſſe ex ſotadico carmine Ennij. Sotadicum facies, ſi , *aquas* pones in penultimo loco. quomodo legitur in Feſto eſt plane trochaicus ſeptenarius catalecticus.

*Subulo quondam marinas propter aſtabat plagas.*

Scaliger in Varronis lib. ſextum 72.

*Sos* ] *dea dearum.* Lege ; *dia dearum.* *Dius* pro Deo ſeu diuo ponebant veteres. hinc *dium* ſcribit Feſtus heroem dici , cui ſit genus ab Ioue ſummo : hoc eſt , ἀπὸ τοῦ διός. ibidem legendum : *circum ſos quae ſunt.* Giſanius indice Lucretiano : *Sos.*

*Solla* ] legendum puto ; *ſolia*, vt, *incellae*, *remillum*, *rauillae*, & *raeſullae* , vbi alterum, l , in i , mutandum eſt, meo quidem iudicio. Giſanius . *Solium.*

*Sifus* ] *donec eam inter ſe.* legendum eſt ; *donicum inter ſe*, quæ vox plerumque eſt deprauata , in *denique.* ſed de eo fragmento alias latius. Giſanius ; Donicum.

*Supereſcit*] *Dum quidem vnus homo* Romanus *toga ſupereſcit.* ſic legendum puto : & mox ; qui *Sous ſupereſcit* ſcribendum exiſtimo Giſanius ; *eſcit.*

*Sacramentum* ] Iam non admodum obſcurum eſſe puto, quid ſibi voluerit tribuniciæ huius legis auctor, quam facile mihi perſuaſit Lucas Fruterius ingenio ſingulari præditus adoleſcens ad hunc modum reſtituendum eſſe. *Quicunque poſthac praetor factus erit , qui inter ciuis ius dicet tres viros capitales populum rogato : iique tres viri capitales quicunque à populo facti erunt Sacramenta exigunto iudicantó-*



*que eodémque iure ſunto , vti ex legibus plebeíque ſcitis exigere iudicare eſſéque oportet.* Ræuardus Variorum lib. II. cap. XVIII. quem vide.

*Sacramentum* ] *Quicumque praetor poſt hoc factus erit.* Ita legendum : non ; poſthac. cuius locum ignari antiquitatis immutarunt. Giſanius; *poſt hoc.*

*Sacramentum* ] Sacramentum ſic explicatur à Feſto , vt quæ apud eum conturbata ſunt, digeram . *Sacramentum æs ſignificat , quod pœnae nomine penditur ſiue eo quod quis interrogatur , ſiue contenditur. Id in aliis rebus quinquaginta aſſium eſt , in alijs quingentorum , inter eos , qui iudicio inter ſe contenderent . qua de re lege L . Papirij Tribu. Pleb . ſancitum eſt his verbis . Quicumque prætor poſt hoc factus erit qui inter ciues ius dicet , Treſuiros capitales rogato. iique treſviri quicumque erunt exigunto ſacramenta ex iudicandoque , eodem iure ſunto , vt quos ex legibus plebiſque ſcitis exigere iudicareque oportet . Sacramenti autem nomine , id æs dici cœptum, quod & propter ærarij inopiam & ſacrorum publicorum multitudinem conſumebatur in rebus diuinis .* vtcumque potui hanc è fragmentis laceris & diſiectis Pompeij ſcripturam erui : quam germanam eſſe præſtare non auſim. Turneb. lib. XXIX. cap. XXXVI.

*Solitaurilia* ] *Taurus* hic pars eſt obſcœna : vnde laſtauri. Turneb. lib XVII. cap. VII.

*Sos* ] *dia dearum.* vt ab Homero δῖα γυναικῶν, ſic ab Ennio dictum eſt eius imitatione:

*Conſtitit inde loci propter ſos dia dearum.*

*Serilla* ] *Serilia* vetus pœta Pacuuius nuncupauit *funes*, veriloquium & notationem verbi ſecutus Græci. nam σειραὶ Græce dicuntur à ſerendo vnde & ſerilia , quod cannabi linoque fierent : quãuis de ſparteis illud dixerat :

*Nec vlla ſubſcus cohibet compagem aluei :*
*Sed ſutc[illegible]ino & ſparteis ſerilibus.*

Turnebus ibid.

*Spetile* ] *ſumen ſueres.* legendum arbitror : *ſumen ſueris.* vt apud Varronem in obſoletis ſcribitur exemplaribus: *perna, à pede : ſueris, à nomine eius.* Turneb. lib. XIIII. cap. X.

T*Yria* ] *hunc ſerrium autem.* Lego : *hunc ferreum autem.* id eſt hunc hominem aſperum & tangi periculoſum vt maria Tyria. Lipſius Epiſtolic. Qu. epiſt. XX.

*Tam ſignificationem* ] *Tam male ſubimus, vt quidam perbi-*

*bent viri.* Titinnij verſum corrigo: *Tam male audimus, vt quidem.* quærela eſt mulierculæ de iniuria, quæ à viris factum itur ſexui ſuo; bene an male faciant, tamen male audiunt. Lipſius ibid.

*Tonſam* ] *Et in Aſota* error inoleuit apud Feſtum, vt apud Varronem de lingua Latina, *Aſota*, pro, *ſotallico.* non *Aſotum* ſcripſit Ennius ſed Cæcilius. ſic idem Ennius citatur à Feſto, in ſotadico: *Cyprio boui merendam.* quod ſane comma eſt ſotadicum. Scaliger in lib. 4. Varronis 18.

*Teſca* ] forſan ita non male expleri poſſent lacunæ Feſti. Varro ait loca augurio deſignata quo ſit termino finis in terra augurij. Oppilius loca conſecrata Diis quæ non aperta ſint, ſed ſancta loca, vndique, ſepta vt perhibent Pontificij libri in quibus ſcriptum eſt templúmque ſedémque teſcumque locum rite diis nuncupatum *dedicauerit, vti eos adhibeſſit bonos propitioſque, Hoſtius belli Historici lib* . . . . .

*-- perdiu gentes*
*Aliger aethereas, atque idem teſca volabis*
*Templa antiqua Deum ---*

*Explicauere, aſpera, difficilia aditu.* Attius, *Loca aſpera, ſaxa teſca tuor.* Idem Philoctetа: *Quis tu es mortalis, qui in deſerta Lemnia & teſca te apportas loca?* ita fortaſſe hoc modo rudera illa Feſti reficere poterimus, quamquam facta tecta præſtare non poſſumus. Scaliger in lib. ſext. Varronis. 67.

Torrere ] *à torreo.* ſcribe, *à torro* deductum, adſtipulante vetere codice. vide ibidem *torrum.* monet enim Feſtus veteres protuliſſe *torrus*, & antiquiſſimos *torus*, vnde *torridus, torreo ac* torreſco profecta ſunt. Gifanius: *fereſcere.*

Tull . . . *dixerunt* ] Scribe. *Tullios alij dixerunt eſſe ſilanos, alij riuos.* Gifanius, Silanus.

*Titiuillitium* ] Feſtus nullius ſignificationis eſſe ſcribit, vt apud Græcos eſt nullius, *σκινδαψὸς & βλίτυρι*. ſed auctor non contemnendus Fulgentius *textiuillitium* legiſſe videtur, cum ita ſcribat: *Textiuillitium dici voluerunt fila putrida, quae de telis cadunt.* Hic ergo *textiuillitium* rem viliſſimam interpretor. tametſi autem videtur Feſto efficititium temere vocabulum ad vilitatis & contemptionis ſignificationem, tamen origo ac natales, à quibus



quibus deducit Fulgentius, magnam veriſimilitudinem præ ſe ferunt. vt enim in *textiuillitium*, ineſt vilitatis ſententia: ſic antegreſſam vocabuli partem ſenſus expertem de nihilo iactatam eſſe non eſt credibile liti autem cum ſenſus ſit nullus, & ſit *text. textiuillitium* dictum putemus. Turneb. lib. XVI. cap. III.

*Taxat* ] *Quod ei ius ſit ſtatuendi.* ita legendum vulgo; *ius ſit.* Gifanius, *iuſſa.*

*Tignum* ] Lex eſt de tigno iuncto XII. tab. verbo neſcio quo, *concapu*, contaminata, aut vt alij emendant, *capulo* capularis facta. quam ego ſic ſcribendam puto, & fortaſſe turpius inquinabo fœdaboque. *Tignum iunctum ædibus vineæque copula ne ſoluito.* vt lex vetet tignum vindicari & extrahi ex ædibus & vinearum maceria, aut aliquo earum compluuio aut iugo. numquam putaui capulos egere tignis. fauet emendationi, quod Iuriſconſulti tradunt tantum de tigno in vinea & ædibus legem XII. tab. locutam, nec capuli meminerunt, ſed nec Feſtus ipſe. verum quia in antiquis libris partem *concapet* partim *concapu* reperitur, neque eorum negligenda eſt auctoritas, fortaſſe hac formula lex ſit edenda *Tignum iunctum aedibus vineaeque cum capulone ſoluito.* nam capite iunguntur tigna vineæque, cum alligantur, innectunturque vitibus, & ædificiorum parietibus cum inſeruntur induntur que vel potius in vinea iunguntur cum aliquo vitis capite nam capita vitium ſtirpes dici non ignorat, qui ſcriptores re ruſticæ legit. ſed & Maro ita vſurpat.

*---- ſupereſt deducere terram*
*ſæpius ad capita.*

atque hanc interpretationem verriorum puto, poſterióremque ſcripturam legis certiorem exiſtimo. ſed omnium ſinceriſſimam: *Tignum iunctum ædibus ne vendicato, ne ſoluito.* Huic quidem fauet Vlpiani interpretatio, qua dicit legem duodecim tabularum neque ſoluere permittere furtiuum tignum iunctum ædibus vineæque neque vindicare. Turneb. lib. XIII. cap. vlt. Simeo Boſius legendum putabat, *compage* litteris, vt ille dicebat, tranſpoſitis, &, g, pro, c, accepta in commentario in epiſtolas ad Atticum.

V*Aſtum pro magnum*] Nonius eſt Feſtus hunc in modum ſunt corrigendi:

*Quae deſiderio alumnum, paenitudine,*
*Squales ſcapreſque inculta vaſtitudine.*

nam illud, *ſcabres*, quod vitioſum eſſe Nonius ipſe docet & *ſcares*, pro, *ſcabres*, dixiſſe Pacuuium notat Marcellus. Lud. Carrio Antiq. lect. comment. cap II.

*Voiſgram*) antique, *auolſus*, pro, *avulſus*. ſic Feſtus *volſgram* auem dixit. ita enim puto legendum, non, *voiſgram*. Giſanius indice Lucretiano; *Auolſus*.

*Vagulatio*) Cumà Feſto explicatur, *res comperendinatæ, iudicium in tertium conſtitutum*, magno id adiumento eſt ad intelligendam & illuſtrandam XII. tab. legem, quæ his verbis eſt concepta: *Cui teſtimonium defuerit is tertiis diebus ob portum ob vagulationem ito*. Puto ſignificari, ſi teſtis ei defuerit qui litem habuit licere ei comperendinationis die, id eſt, die tertio, ante eius ædes libere conqueri & implorare eius teſtimonium, comitiumque recuſanti facere nam a *vagio*, *vagilo* & *vagulo* deducitur, vnde *vagulatio*, quod conquerentis & plorantis eſt. nec aſſentior iis, qui a *vagor* deducunt, nec qui *obuagulatum* legunt, cum *vagulationem* Feſtus plane aperteque legat & interpretur, ſitque *obuagulationem* dictũ antiquo more pro *ad vagulationem*. Turnebus lib. xiii cap. xxvi, & lib. xv. cap xv. legem xii. tab. de vagulatione, id eſt, vagitu & clamore & conucio ſic legendam arbitror non enim eam proponam vt perſcripta exſtat, ſed vt ſcribi debere mihi videtur. *Cui teſtimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum ob vagulationem ito tertiis diebus* valet, *perendinis*, vt dicitur tertiis dinundinis: *ob portum* ad ædes. ob vagulationem, ad quiritandum & conuicium homini faciendũ, qui ad teſtimoniũ dicendũ non venerit. hæc ille. Huius autẽ legis xii. tab. veriorẽ & longe elegantiorem interpretationem vide apud Ræuardum, in Explicatione xii. tab. cap. xi.

*Vapula Papiria*] prouerbiũ eſt ortũ a quadã ancilla, quæ libertate donata a Papiria hera ſua, patronã mox contẽpſit, ac manuiſſa et libertate freta mox benemeritã ingrate aſpernata eſt ancilla enim illa continuo ſe libertam ſalutauit cum patronam ſalutare deberet: (qui enim manumiſſi erant mox patrono Salue patrone, dicebant) & patronæ dixit per contemptum *Vapula Papiria*. Plauti verba ſunt:



*Ideo dico: liberta ſalue, vapula Papiria.*

*Vindiciæ*] elegans Lucilij ſed corruptum tamen carmen, quod ita legendum ſuſpicor:

*Nemo hic vindicias neque ſacra aut numinaretur.*

Cuius ſententia eſt: nemo hic ius vllum eſſe putat, aut vlla ſacra aut numina. nam vindicias partem quandam iuris pro iure poſuit. Turneb. lib. xv. cap. xv.

*Vindiciæ*] in Pompeio ſcribemus: *Vindiciæ appellantur res eæ, de quibus controuerſia eſt: aut potius dicuntur vindiciæ inter eos qui contendunt*. ſic ferè ſenſum in eo conſtituendum cõtenderim, cum mihi neſcio quid tale proloqui, voluiſſe videatur, & ſententiæ noſtræ Catonis exemplum conuenit quod ipſe profert. *Pretores ſecundum populum vindicias dicunt* ſed & *vindiciae* dicebantur quæ ex agro afferebantur in ius vindicandi cauſa etiam *vindiciam* ſingulari numero dicebat rem ſeruius, de qua controuerſia erat, ab eo quod vindicabatur. *Vindiciam* ferre, eſt ſententia decretoque obtinere rem dicebat vindicias iudex, ferebat, qui rem obtinebat. ſed ſi vindiciam ille, tulerat qui non debuerat, tribus arbitris datis duplione damnum luebat. lex enim erat: *Si vindiciam falſam tulit, rei ſiue litis arbitros tres dato eorum arbitrio duplione damnum decidito* ſignificant & *vindiciae* manus correptionem carpeſinos a clemente vocatur, a Cariſio χαρπεία, quod manus brachiale caperetur, qui carpus dicitur id & Gellius indicat ſcribens: *Vindiciæ correptione manus in re atque loco praeſenti apud pretorem fiebant*. ex eo etiam aſſertor χαρπιστὴς & adſertio χαρπιστία vocatur vt in lexico Latino Græco reperi ſunt & *vindiciæ* libertas Cariſio auctore, qui ἐλευθερίαν explicat: Turneb. lib. XIII. cap. XXVII.

*Vindiciæ*) *dicebantur illae* legendum, *glebae* non, *illae*. Cui glebas, ex fundo in ius allatas aut alias res mobiles pendente proprietatis controuerſia cauſa cognita, is qui iuriſdictioni præerat, addicebat, eidem vindiciæ addici dicebantur, quantum ex Feſto & Cincio colligimus Seruius autem ſulpicius vocabulo etiam ſingulari ter formato *vindiciam* eſſe ait cum de aliqua re controuerſia eſt, ab eo quod vindicat illudque huiuſmodi decẽuirali lege cõfirmat. *Si vindiciam falſam tulit Rei ſiue litus arbitros tres*

*dato eorum arbitriis fructus duplione damnum deciditor*. ſic primus locum hunc, qui mutilus erat & omnino deprauatus, apud Feſtum reſtitu, in verbo, *Vindiciæ*. Et quis obſecro dubitauerit, quin hæc emendatio veriſſima ſit, præſertim, ſi non ignoret in legibus ſcribi ſolitum: *rem ſiue litem*, idque ſeruium Honoratum in Virgilium adnotaſſe? Vnde Reuardum in explicatione XII. tab. cap. VI.

*Vinulus*] In Plauto mollis eſt, ex vini deminutione. cum enim vinum, quod generoſum non eſſet, ſignificare volebant, vinulum & villum appellabant, vnde adiectiuum vinulus eſt factum. Neque aliud quidquam cominiſci poſſum. Turneb. lib. XV. cap. XV.

*Vecticularia*] Perfoſſorum parietum verticularia vita à Catone appellatur, quod verte demolirentur & aperirēt parietes. ſic & μοχλὸν Græci tribuunt τοιχωρύχοις in ſuis ſcriptis. Turneb. lib. XXI. cap. XI.

V*erticulas*] videtur tamen potius Lucilius eo verſu, quē iam proferam, *verticulas* vocare ſpondilos ſpinæ potius, quam articulos, quemquam & articulos intelligi nihil prohibet,

*Hæret verticulis adfixum in poſteriore*
*Parte, atque articulis vt nobis talu genuſque eſt.*

Verticulas autem credo dici & ſpondilos & articulos à vertendo, quod ibi ſe vertant & flectant membra corpuſque, quaſi στροφίγγες ſint. Turneb. lib. XXVIII. cap. 9.

*Vagorem*] ſcribe in verſu Ennij:

*Qui clamos oppugnantis vagore volanti.*

*Giſanius*] *Vagor.*

V*ictimam*] *ad hoſtis*. ſcribe, *ob hoſtis*, ſæpe illa inter ſe mutant ob ad, & ſimilia ſic in Feſto, *ordijſſe*, pro, *obijſſe*. Giſanius ibid.

V*indiciæ*] Lege: *At Ser. Sulpicius nomine iam ſingulariter formato vindiciam eſſe ait, qua de re controuerſia eſt, ab eo quod vindicatur. vt in duodecim: Si vindiciam falſam tulit rei ſiue litis arbitros tres dato: arbitrijs fructi duplione damnum decidito* vel *deciditor*. Giſanius ibid.

FINIS.